DUKE
UNIVERSITY

DIVINITY SCHOOL
LIBRARY

Digitized by the Internet Archive
in 2022 with funding from
Duke University Libraries

https://archive.org/details/matthiaedejanovr31jano

# MATTHIAE DE JANOV

DICTI

MAGISTER PARISIENSIS

# REGULAE VETERIS ET NOVI TESTAMENTI.

PRIMUM IN LUCEM EDIDIT

VLASTIMIL KYBAL.

VOLUMEN III.

TRACTATUS DE ANTICHRISTO.

ACCEDIT TRACTATUS MAGISTRORUM PARISIENSIUM DE PERICULIS NOVISSIMORUM TEMPORUM NEC NON MILICII LIBELLUS DE ANTICHRISTO.

SUBSIDIO ACADEMIAE SCIENTIARUM, ARTIUM ET LITTERARUM BOHEMICAE PRAGENSIS.

OENIPONTE.

SUMPTIBUS LIBRARIAE UNIVERSITATIS WAGNERIANAE.

1911.

Matěj z Janova.

# MATTHIAE DE JANOV

DICTI

MAGISTER PARISIENSIS

# REGULAE VETERIS ET NOVI TESTAMENTI.

PRIMUM IN LUCEM EDIDIT

VLASTIMIL KYBAL.

VOLUMEN III.

TRACTATUS DE ANTICHRISTO.

ACCEDIT TRACTATUS MAGISTRORUM PARISIENSIUM DE PERICULIS NOVISSIMORUM TEMPORUM NEC NON MILICII LIBELLUS DE ANTICHRISTO.

SUBSIDIO ACADEMIAE SCIENTIARUM, ARTIUM ET LITTERARUM BOHEMICAE PRAGENSIS.

OENIPONTE.

SUMPTIBUS LIBRARIAE UNIVERSITATIS WAGNERIANAE.

1911.

Div. S.

# *Praefatio.*

*Amplum volumen, quod in praesentia in publicum proponimus, unum tantum Magistri Matthiae de Janov tractatum continet, qui „De Antichristo“ inscribitur. Jam in praefatione primi et secundi voluminis commemoravimus tractatum hunc esse quintum tertii Regularum libri, qui sex totos tractatus complectitur; inter quos tractatus quintus „De Antichristo“ et sextus „De abominatione desolationis“ cum amplitudine tum gravitate rei, quam pertractant, reliquis adeo praestant, ut facile scripta per se efficere possint.*

*Tractatus de Antichristo, sicut infra accuratius ostendemus, ex septem distinctionibus (dist. V.—XI.) constat, quarum ultimae et paenultimae praeterea ut appendices duo gravissima documenta inserta sunt: distinctioni X. quidem integer tractatus a magistris universitatis Parisiensis medio saeculo XIII. compositus, qui inscribitur „De periculis novissimorum temporum“, distinctioni XI. autem brevis Milicii de Antichristo libellus, qui anno 1367 conscriptus est. In eadem autem distinctione notam illam Matthiae de Milicio narrationem legimus.*

*Ac nisi aliis quoque argumentis verisimiliter demonstratum esset Matthiam ad totum hunc de Antichristo tractatum componendum Parisiis anno 1380, quo novennium studiorum eius in universitate Parisiensi finiebatur, accessisse, ea res, quod libellum illum magistrorum Parisiensium, quem supra diximus, in tractatu suo collocavit, Parisiis eum ortum esse satis evidenter ostenderet. Cum autem ex propriis auctoris verbis*

*sciamus ipsum dicta iam Milicii de Antichristi „revelatione“ ad conscribendam „de Antichristo“ disputationem adductum esse, uno hoc exemplo propemodum certe nobis exploratum est, ex quo fonte Matthiae sententiae manaverint, in qua rerum et hominum condîtione maturuerint et ad quem finem contenderint. Quae omnia in libro nostro bohemico de Magistro Matthia de Janov a. 1905 edito, vitam, scripta, sententias eius generaliter explicantes, copiosius atque subtilius illustravimus. Quare hoc loco in eo acquiescere possumus, ut nonnulla specialia, quae ad intellegendum necessaria videntur, paucis verbis addamus.*

*a) In conscribendis tractatibus suis ad mores emendandos spectantibus magister Matthias, doctissimus atque subtilissimus rerum investigator, maxime sacra scriptura, matre et nupta sua carissima, nitebatur (cf. vol. I, p. 12—13) et Milicio, patre suo dulcissimo (cf. p. 359). Scriptura sacra adminiculum eius fuit in moribus ecclesiae contemporaneae aestimandis (cf. p. 213) et simul etiam inexhaustus paene fons, ex quo innumeras locutiones et voces ad sententias suas aptissime exprimendas sumere non desistebat (cf. indicem vocum biblicarum). Studiis quoque biblicis Matthias, cum de Antichristi tempore meditaretur, eo adductus est, ut se potissimum ad eum impugnandum missum et mentem suam ad eam rem divinitus singulari indole praeditam esse opinaretur. „Enimvero, quantum est ad presens, negare nequeo, quin hoc in me ipso recongnoscam, quod in ista materia dominus Jhesus piissimus michi valde hostium apperuit et noticiam dilatavit et instituit me ad scribendum ea omnia, que concernunt statum presentem sacerdotum, principaliter carnalium, et que explicant qualitatem horum temporum“ (p. 208). Quamobrem sibi de his rebus scribendum esse liberius et licentius profitetur, quam apostoli, prophetae sanctique doctores fecerunt, nam tempus novissimum id requirere et se ad id vehementer impelli (p. 208—209). Haec igitur inspiratio biblica et interna consecratio praecipue illustrare potest Matthiae revera liberum scribendi modum, severam eius pravitatis sacerdotum damnationem neque minus inauditam illam adversus papam Alexandrum IV. protestationem, qui anno 1256 tractatum theologorum Parisiensium „De periculis novissimorum temporum“, quoniam monachos impugnabat, ad comburendum damnavit, denique etiam fortem atque impavi-*

*dum animum eius, cum tractatum illum, quem cum papa etiam summi ecclesiae theologi, Thomas Aquinas, Albertus Magnus, Bonaventura condemnaverunt, operi suo inseruerit. Dicit enim aperte ad damnationem illam non fidelem communitatis sanctae ecclesiae respectum, sed nimium „amorem et zelum ordinis fratrum Minorum et aliorum super mendicitate constructorum“ ansam dedisse; nam librum magistrorum Parisiensium utique universali ecclesiae esse utilem, et maxime praelatis et gubernatoribus sanctae ecclesiae, neque in eo inveniri posse unum iota vel unum apicem falsitatem vel ullum errorem redolentem; cum igitur sibi sit persuasum tempus aliquando esse venturum, quo hic liber ecclesiae catholicae multos et gloriosos fructus laturus sit, ideo se librum hunc denuo in lucem edere in tractatu suo de Antichristo (p. 250—251).*

*b) Praeter scripturam sacram haud leviter iuvenilem scriptoris animum commovebat recens Milicii memoria atque etiam praesens exemplum veterum magistrorum Parisiensium, ad quorum consuetudinem adductus est, cum in Sorbonna studiis litterarum operam daret. M i l i c i u s quoque mentem suam divino spiritu afflatam esse existimans, non dubitavit, quin ad reformandam sui temporis ecclesiam electus esset. Perpetua magistri huius carissimi recordatio sine dubio animo discipuli obversabatur, cum relicta patria Parisios iter faceret, ibi vero dicta et facta illius Eliae Bohemici animum ipsius ita penitus occupaverunt, ut, probabiliter Parisiis commorans, efficacem suam de Milicio narrationem composuerit, et auctoritate Milicii revelationis ductus, ad copiosam suam de Antichristo disputationem conscribendam accesserit (cf. p. 365).*

*c) Neque minus commemoratione dignum est, quanti momenti in conscribendo hoc Matthiae tractatu auctoritas u n i v e r s i t a t i s P a r i s i e n s i s fuerit. Matthiam Parisiis inde ab anno 1373 usque ad annum 1381 in studia incubuisse constat. Illo autem tempore s c h i s m a in summa sede apostolica anno 1379 exortum universam Sorbonnam vehementissime concitavit; Matthias, quo erat ardore animi, haud dubitanter in ea re documentum gravissimum depravationis ecclesiae vidit et, immutata Milicii de summo Antichristo notione, antipapam Clementem VII. talem Antichristum declaravit et collegia magistrorum et cardinalium, quae eum secuta sunt, ab illo publice iam*

*nato Sathana seducta esse confirmavit. Quo in iudicio Matthiam ad alios illius temporis libros de Antichristo scriptos sententiam suam conformavisse demonstrari nequit. Id vero pro explorato habemus Matthiam sive auctoritate alicuius magistri in Sorbonna ductum, sive propriis studiis impulsum, quibus operam dabat eo loco, ubi undique circumdatus erat traditionibus mysticae doctrinae Hugonis a S. Victore et animi monachis inimici, summo cum ardore totum se vertisse in studium librorum magistri Parisiensis Guillelmi de Sancto Amore medio seculo tertio decimo scriptorum. In quibus Matthias suas ipsius contentiones ad ecclesiam reformandam pertinentes et opinionem suam de novissima huius mundi hora iamiam instanti gravissimis argumentis fultam et historiae fide comprobatam invenit. Ad originem tractatus Matthiae de Antichristo intellegendam etiam aliquantum conferet, si commemoraverimus, quod a Matthia quasi testes „revelationis Jezabel" adducuntur imprimis prophetae veteris testamenti, ante alios Ezechias, deinde Jhesus et apostoli eius Jacobus, Petrus, Johannes, tum sancti doctores, in quibus papa Gregorius Magnus, Bernhardus Claraevallensis, doctor anonymus, magister Guillelmus de Sancto Amore, denique magistri Parisienses, qui tractatum „De periculis novissimorum temporum" composuerunt (cf. p. 209—251). Sed quamquam Matthias haud raro alienas sententias recipiebat et interdum ex auctoritate aliorum scriptorum pendet, tamen eum in quaestione de Antichristo tractanda pro sua parte liberum iudicium praestitisse et doctrinam de hac re a reformatoribus francogallicis saeculi XIII. et bohemicis saeculi XIV. traditam non modice amplificavisse et promovisse, certis testimoniis demonstrari potest.*

*d) Ad sententiam finemque doctrinae de Antichristo magistri Matthiae recte aestimanda generalem eius rationem breviter explicare necessarium nobis videtur. Jam in praefatione secundo Regularum volumini praemissa mystica et eschatologica elementa iudicium, quod de rerum cursu magister Matthias sibi finxit, aperte continere commemoravimus. Eschatologica quidem elementa omnes Matthiae de Antichristi adventu cogitationes manifesto ostendunt (cf. praecipue dist. V. De tempore Antichristi, dist. X. Depositio meretricis Apocalypticae, dist. X. De revelatione Antichristi per fideles praedicatores). Mystica autem elementa in ea re latent, quod*

*Matthias antichristeitatem cum neglectione frequentis eucharistiae communionis et cum inde sequenti defectione a plena dei gratia tamquam causam et effectum coniungit (cf. indicem rerum, Eucharistia). Sed in summa magister Matthias suas de Antichristo sententias proferens, id potissimum sibi proponit, ut ecclesiam reformet et vitiis in ea gliscentibus adversetur. Certe iam in libro nostro bohemico p. 205 docuimus antichristeitatem Matthiae sicut etiam illam Milicii signum proprium esse carnalitatis ecclesiae atque membrorum eius. Secundum Matthiam enim Antichristus omnis homo est, qui factis suis Christum negat, externa autem antichristeitatis species est hypocrisis et dei cum mundo commixtio, praecipue autem superbia et ex ea profluens imperium adinventionum humanarum, avaritia cum sua manifestissima forma, simonia, cupiditas carnalis, tepiditas moralis et amor nimius huius mundi. Talis antichristeitatis naturae existimatio, sicut plane in libro nostro bohemico ostendimus p. 203—204, per se est sobria et apud scriptores ecclesiasticos veteris et mediae aetatis usitata; sed proprium, conditioni temporum convenientem colorem doctrina haec apud Matthiam ea demum re ducit, quod apocalyptico aetatis suae spiritu incensus, imprimis autem exemplum Milicii secutus, ideam suam animat et corpore induit, transferens eam in papam Clementem VII, et quod non solum aetatem suam, sed etiam tempus praeteritum et futurum in tristi luce prophetiarum et signorum apocalypticorum conspicit. Itaque doctrina de Antichristo apud Matthiam de Janov est regula principalis, secundum quam rationem temporum existimat et ad quam iudicium suum ethicum ac teleologicum de hoc mundo et de rerum in eo gestarum historia conformat.*

*Si scribendi modum Matthiae respicimus, manifestum est dictionem eius elementis apocalypticis redundare, quorum vigor iis maxime locis apparet, ubi sacerdotes et clerici carnales animo finguntur tamquam turpis meretrix purpura et auro induta, manu tenens calicem aureum plenum abominationis et sordidae fornicationis, ebria sanguine sanctorum et martyrum dei, quae sedet in bestia coccinea, habenti septem capita et decem cornua, i. e. in carnali populo. Similiter autem corporeum magister Matthias cogitatione depingit summum Antichristum, filium Sathanae, qui exorto schismate primum terrarum orbem perlustravit et cuius corpus per innumeros hypo-*

*critas ita impiguatum est, ut universam ecclesiam operuerit. Sicut omnium temporum res gestae (aetas tyrannorum, haereticorum, hypocritarum) Matthiae tamquam certamen inter Christum et Antichristum, inter duos principes regnorum sibi oppositorum, apparuit, ita etiam tempus, quo ipse vixit, animo fingebat ut perpetuum acerrimumque bellum inter filios huius mundi et filios dei, inter „synagogam hypocritarum" et sanctos praedicatores vel filios regni Jhesu. Quod bellum novissimo tempore ad summam saevitiam pervenit, nam cruentae caedes, fames, pestis, schisma manifesta signa ultimorum dierum sunt. Quamobrem Jhesus misit Eliam et Enoch, h. e. praedicatores, qui Antichristum interficient, omnes sanctos et electos ab quattuor angulis mundi congregabunt et omnia reparabunt. Initium autem reformationis huius factum est per Milicium, quem Matthias alterum Eliam, „filium et imaginem Jhesu Christi apostolorumque ipsius similitudinem prope expressam et ostensam" (p. 359) appellat, cum metropolim et sedem imperatoris Pragam tanta cum vehementia et ardore purgaverit, ut Sodoma ad antiquam dignitatem rediret et ut Praga, spiritualiter Babylon existens, in Jerusalem, omni verbo Christi et salutari doctrina abundantem, converteretur. Imprimis autem conversio ducentarum meretricum, quas Milicius perduxit, ut vitam et mores mutarent, demonstravit dominum Jhesum per praedicatorem illum initio saltem Pragam, urbem adhuc Babylonicam et confusam ac funestam, vertisse in Jerusalem, lucidam civitatem supra montem constitutam, et amplius similem etiam aliunde perfecturum esse conversionem piissimum dominum et fidelem deum, quamvis successive per omnipotentem in praedicatoribus spiritum suum.*

*Ita Matthias de Janov cum Antichristi notione biblicis imaginibus expressa et amplificata coniungit sententiam successivae et ultimae reformationis ecclesiae. Initium autem reformationis huius Bohemus ille patriae amantissimus reperit Pragae, in sede imperii, ex qua prodiit spiritus novus, per quem tota ecclesia est regeneranda.*

# *Liber tertius.*

## *Tractatus quintus.*

### *De Antichristo.*

*(Continetur volumine toto inde a p. 1. usque ad p. 367).*

*1. Inscriptio in cod. A (codex Musei Regni Bohemiae, sign. XIII. E. 13), f. 131ª his verbis exprimitur: „Incipit de Antichristo"; sed singulae distinctiones, in quas tractatus dividitur, praeterea singillatim propriis inscriptionibus insigniuntur, quas sub n. 3 adducimus.*

*2. Causa, qua Matthias de Janov ad componendum tractatum hunc commotus est, Milicii tractatus de Antichristo esse videtur. Cf. p. 365: „Tractatum vero illum et revelacionem de Antychristo decrevi hic inserere dictis meis, quia ipse est, qui me movit de Antychristo disputandum." Ad quam causam tamquam interior impulsus accessit inspiratio Jhesu Christi, qua etiam liberior et licentior scribendi ratio excusatur, finis tractatus statuitur, vis et efficacitas eius confirmatur (cf. supra p. IV).*

*Argumentum ab auctore in Regularum prooemio, vol. I, p. 17 his verbis est adumbratum: „In quinto tractatu venatur seu scrutatur per sepe dictam regulam Antichristus et revelatur corpus eius et tempus." In libri III. praefatione Matthias de tractatu hoc dicit (v. vol. II, p. 69): „Tercio loquendum erit de Antichristo et temporibus Antichristi membrisque ipsius vel apostolis simulatis, et illud fiet eciam per comparacionem ad regulam illam regiam sepe dictam."*

*3. Divisio tractatus talis est, ut in septem distinctiones disponatur, quae in serie distinctionum totius libri tertii sunt dist. V.—XI.*

*Distinctio V. (p. 1—53) in codice A nullam habet inscriptionem. Quattuordecim capitula eius continent definitionem et descriptionem Antichristi, eius originem, incrementum tempusque, praeterea etiam peccata eius. Distinctionem hanc simpliciter inscripsimus: „De tempore Antichristi."*

*Distinctio VI. (p. 54—84) inscribitur „De corpore Antichristi." Matthias ibi novem capitulis exponit de trifaria contentione odiosa corporis Antichristi et quae inde se-*

*quantur; de similitudine, quae intercedit inter corpus Antichristi et bestiam, de divisione corporis huius tamquam singulari eius indole, denique de occulta et fraudulenta compositione corporis Antichristi.*

*Distinctio VII. (p. 85—112) titulo „De dispositione et potestate corporis Antichristi" notata est et in ea septem capitulis de magistris et canonicis corpus Antichristi ornantibus et defendentibus tractatur, insuper etiam de successiva dispositione Antichristi, de similitudine corporis eius et Christi, de cognitione corporis Antichristi et de potestate eius.*

*Distinctio VIII. (p. 113—146) „De armatura corporis Antichristi" inscripta novem capitula continet, quibus de inventionibus humanis, quae sunt propria Antichristi arma, agitur.*

*In distinctione IX. (p. 147—206), cuius titulus est „De inconstancia membrorum Antichristi", viginti capitulis Matthias disputat de membris Antichristi, quae sunt sacerdotes carnales, qui cum locustis apocalypticis comparantur, dein loquitur de insanabili et effeminato animo eorum, de tempore imperii eorum, de vestibus Antichristi, de bellis et de sanctorum cultu per carnales sacerdotes.*

*Distinctio X. (p. 207—251) titulo caret; undecim capitulis eius revelatio Antichristi pertractatur, quae facta est praesertim per prophetas veteris testamenti, per Jhesum et apostolos atque per sanctos doctores. Quamobrem eam „Depositio meretricis Apocalypticae" inscripsimus.*

*Ad capitulum XI. tamquam appendix additus est integer tractatus theologorum Parisiensium „De periculis novissimorum temporum" inscriptus (p. 252—314) una cum sermone Mag. Guillelmi de S. Amore in die ss. Jacobi et Philippi (p. 315—332). Quem tractatum in extenso typis describendum curavimus partim propterea, quod in Matthiae de Antichristo disputatione pars haec tanti est momenti, ut omitti nequeat, partim etiam, quod permultas sententias continet, quas Matthias suas fecit (sufficit in hac re indicem rerum in volumine hoc cum indice rerum tractatus theologorum Parisiensium comparare), partim denique, quod ex Matthiae recensione non solum nonnulla alia exemplaria posterioris temporis derivanda sunt, sed etiam editiones typis expressae, quarum primam in opere A. p. invenimus, quod Wolfgangus Wissenburg Basileae a. 1555 in*

*lucem edidit*[1]). *Editio Wissenburgii immutata atque integra in editionem est recepta, quam Londinii anno 1690 Brown comparavit, tamquam „Appendicem ad fasciculum rerum expetendarum et fugiendarum“*[2]). *Quae editiones omnes admodum sunt mendosae, innumeris scribarum et librariorum erroribus depravatae. Neque satis notum est, ex quo libro manu scripto fluxerint, nam in praefatione Antilogiae papae (s. p.) et Fasciculo Brownii (p. 13) praemissa tantum legimus: „Nam Scholae Parisiensis scriptum (quod nonnulli, vel ob declinandam invidiam, vel evitanda pericula, quae a pontifice expectanda fuerant, Guilielmo de S. Amore inscripserunt, quem errorem Mathias Parisiensis sua praefatione detexit, quam ei scripto praefiximus), hoc inquam scriptum ante annos fere CCC editum et codicis vetustas, unde desumptum est, et ipsius argumenti ratio ostendit.“*

*In editione nostra hos mendosos libros respicere non potuimus (cf. infra p. 252, n.), immo in textu, qui dicitur, constituendo solo primario Regularum codice A nisi sumus eumque, sicubi opus erat, emendare studuimus adhibita editione satis accurata, quae facta est in collectis scriptis magistri Guillelmi de Sancto Amore, nunc admodum pretiosa, Constantiae anno 1632 edita et titulo „Magistri Guilielmi de S. Amore Opera omnia, quae reperiri potuerunt“ inscripta. Id enim potissimum spectavimus, ut illius clarissimi magistrorum Parisiensium tractatus recensionem Pragensem, ut ita dicamus, eam nempe, quam magister Matthias ante oculos habuerat,*

---

[1]) *„Antilogia papae, hoc est de corrupto ecclesiae statu et totius cleri papistici perversitate scripta aliquot veterum authorum ante annos plus minus CCC et interea, nunc primum in lucem eruta et ab interitu vindicata. . . Cum praefatione D. Wolfgangi Wissenburgii, theologi Basiliensis“. Basileae, s. d. [1555]. (Volumen rarissimum in bibl. Casanatensi Romae, sign. FF. XIV. 11). Tractatus De periculis novissimorum temporum una cum praefatione M. Matthiae (v. infra p. 249—251) legitur hic in pag. 1—137 et Sermo in die ss. Jacobi et Philippi in pag. 171—210.*

[2]) *„Appendix ad Fasciculum rerum expetendarum et fugiendarum, ab Orthuino Gratio editum Coloniae a. d. MDXXXV., sive tomus secundus Scriptorum veterum . . ., qui ecclesiae Rom. errores et abusus detegunt et damnant, necessitatemque Reformationis urgent . . . Opera et studio Edwardi Brown, parochi Sundrigiae in agro Cantiano . . . Londini . . MDCXC“ (p. 17—41 et Sermo p. 48—54). — In „Fasciculo“ ipso O. Gratii, ed. Colon. 1535, tractatus hic non invenitur.*

restitueremus. Quae cura in tractatum hunc collata eo magis iusta videtur, cum eum magister de Janov tanti fecerit, ut de eo dicat (p. 251): „Tractatus hic fructus multos apportabit et gloriosos, eo quod ex fidelibus studiis et laboribus bonis est comparatus ecclesie catholice sacrosancte."

Non alienum autem ab hoc loco putamus singulos libros manu scriptos, tractatum „De periculis" continentes, qui Pragae in bibliothecis inveniuntur, breviter enumerare: 1. In bibliotheca universitatis Pragensis tractatus „De periculis" legitur: a) in cod. VIII. A. 25, f. $229^{a}$—$248^{b}$, qui extremo saeculo XIV. est scriptus; b) in cod. I. G. 35, f. $109^{a}$—$133^{b}$, anno 1449 confecto; c) in cod. III. A. 19, f. $265^{a}$—$281^{b}$ saeculi XV.; d) in cod. XII. F. 15 bis, f. $52^{a}$—$72^{b}$ saeculi XV. (Cf. Truhlář, Catal., vol. I. n. 1433, 311, 404, et vol. II. n. 2203) 2. In bibliotheca capituli metrop. Pragensis DLVII (cf. Patera-Podlaha, Catal., p. 370). De aliis libris manu scriptis v. Denifle, Chartularium univ. Paris., t. I, p. 296 et dissertationem Mauritii Perrod, Maître Guillaume de Saint Amour, l' Université de Paris et les ordres mendiants au XIII$^{e}$ siècle, Paris 1895, p. 132—138 (idem legitur in ipsius auctoris libro intitulato „Étude sur la vie et sur les oeuvres de Guillaume de Saint-Amour, docteur en théologie de l' Université de Paris," 1902, p. 184—190).

Distinctio XI. (p. 333—367) octo capitulis disputationem praebet, quomodo Antichristus per fideles praedicatores sit revelatus; quare eam inscripsimus: „De successiva revelatione Antichristi a fidelibus praedicatoribus."

Capitulo VI., VII. et VIII. distinctionis huius (p. 358—367) Matthiae de Milicio narratio est inserta; quae quidem iam in Fontibus rerum Bohemicarum, vol. I., p. 431—436 in lucem prodiit, sed in editione nostra denuo ita typis describitur, ut in ea lectiones codicis A accuratissime reddantur, praeterea omnes loci ex scriptura sacra a magistro Matthia tracti adnotentur, cum per eos demum sententia auctoris nonnumquam explicari possit. Contra narratio haec, quae inseparabilem operis Matthiae partem efficit, per se examinari non potest, imprimis cum pro certo affirmari possit eam in nullo libro manuscripto tamquam libellum seorsum compositum occurrere. Itaque satis habemus commemorare veri esse simillimum narrationem hanc Parisiis esse compositam inter annum 1374, quo Milicius mortuus est, et annum 1380, quo magister Matthias disputationem

*de Antichristo ea forma confecit, quam primum habuisse videtur. Certe enim originem Parisiensem narrationis huius etiam mentio in capitulo 3. (p. 345) „cuiusdam“ Milicii („ut eciam patuit de silencio inposito cuidam venerabili sacerdoti et eximio ac glorioso predicatori Milicio“) demonstrat, tum in initio ipsius narrationis p. 358 verbi „Milíč“ interpretatio latina („quod nomen latinum in sermonem translatum sonat „karissimus“), nec non modus, quo vocabula „Praga, Bohemia“ adhibentur, auctorem ab iis remotum de ipsis scripsisse comprobat, denique ea, quae de „Jerusalem“ Pragensi Milicii dicit: „qui usque hodie tali nomine est in Boemia, id est in Praga maxime celebriter diffamatus“ (p. 362). Milicii quidem „Jerusalem“ iam eo anno periit, quo conditor eius e vita decessit (cf. Tomek, Dějiny města Prahy, III, p. 315), sed nomen eius diu „in grata plebis memoria“ mansit (ib. p. 316). Etiam ex verbis, quae p. 367 legimus: „Milicius usque modo non est autentice a papa et ab imperatore et ab aliis, ut dignum est, susceptus“, iudicare possumus narrationem hanc eo fere tempore, quo supra demonstravimus, esse scriptam. Quanti haec Milicii vitae expositio vel potius laudatio esset facienda, in libro nostro bohemico p. 22—23 ostendimus.*

*Ad capitulum 8. distinctionis XI. (p. 368—381) Matthias integrum Milicii de Antichristo libellum adiunxit, non solum grato animo motus erga auctorem, qui ipsum ad similia studia impulit (p. 365), sed etiam cupiditate ductus, ut legentes Milicium ex propriis verbis eius cognoscerent et ex animo adamarent (p. 367: „Qui tamen habet discrecionem spirituum, facile poterit ex dictis Mylyczi congnoscere eundem et caritative ipsum amplexari“). — Libellum hunc a Milicio anno 1367 conscriptum (v. p. 373) typis edidit F. Menčík in Annalibus Regiae Societatis scientiarum Bohemicae anni 1890, p. 328—336, secundum codicem Vindobonensem 4062, f. 81—84 (= cod. Av.), qui, licet tempore posteriore sit ortus et ad legendum difficillimus, editori tamen meliorem et vulgatiorem textum praebere videbatur (p. 326). Sed subtilior variarum lectionum codicis Av. et codicis Regularum A collatio, quam in editione nostra perfecimus, ostendit codicem Av. scriptoris verba aliquibus tantum locis rectius reddere quam codicem A, nam additamenta vel correcturae codicis Av. — cf. p. 371, n. a): pro salute mea „et ecclesie“, ibid., n. f) add.: „in die Ascensionis Domini“, ibid., n.*

*p) om. „pro domino nostro imperatore" — haud dubie docent textum in codice hoc potius esse depravatum quam emendatum. Praeterea non est causa, cur editio tractatus anno 1367 compositi potius secundum librum manuscriptum comparetur, qui saeculo XV. ab ignoto scriba confectus est, quam secundum librum, qui circa annum 1390 curante ipso Matthia de Janov ex vetustiore quidem exemplo describebatur. Itaque nostram tractatus Milicii editionem in codice A fundavimus, varias autem lectiones codicis Av. atque etiam codicis B (codex Vidobonensis 3971, f. 258—261) in notis collocavimus. Ad hoc insuper accedit, quod tractatum hunc edentes etiam omnes locos ex scriptura sacra allatos, omnes phrases et voces biblicas collegimus, proprium quoque accuratissimum indicem adiunximus, ut sententiae magistri et discipuli de eisdem rebus facile cognoscerentur. Ceterum iam in libro nostro bohemico, p. 204—206, certam secuti rationem doctrinas utriusque auctoris inter se comparavimus.*

*4. Distinctio V. totusque tractatus de Antichristo incipit verbis: „Omnis insuper yppocrita et carnalis atque iniquus christianus necesse habet, ut per hanc regulam . . . ad unguem usque meciatur" (p. 1). Verba autem, quibus distinctio XI. explicit, sunt: „Quapropter nunc suum libellum de Antichristo incumbit hic consequenter scripture commendare. Unde dicit in nomine domini" (p. 367). Tractatus vero Milicii extrema verba haec sunt: „paratus est tenere in ista, quidquid dominus papa sive ecclesia sancta mandabit" (p. 381).*

*5. Tempus, quo M. Matthiae tractatus de Antichristo conscriptus est, partim ex iis locis, quibus certus annus indicatur, partim ex tectis temporis significationibus statui potest. Certus autem annus duobus locis in tractatu commemoratur: in distinctione V. annus 1380 et in distinctione IX. annus 1389. Ad annum 1380 haec verba (p. 13) spectant: „Tunc illud tempus, quod beatum dicit propheta vel in eo presentes, iam currit et incepit ab annis XL$^{a}$ V, quoniam post annos M$^{e}$CCC.XXXV. ab incarnacione domini propheta innuit illud tempus advenire, qui anni procul dubio ante annos XL$^{a}$ V nunc sunt completi" (1335 + 45 = 1380). Eundem annum 1380 documenta supra a nobis allata, quibus Parisiis ortam esse Matthiae de Milicio narrationem demonstravimus, dilucide confirmant. Denique etiam certum testimonium proferre possumus magistrum de*

*Janov iam anno 1380 amplum librum de Antichristo edidisse. Bulaeus enim in „Historia universitatis Parisiensis", vol. IV. (1668), p. 584 dicit: „Hoc anno (1380) Matthias Parisiensis, natione Bohemus, valde prolixum librum de Antichristo edidit; docuitque publice, eum iam natum esse; ab eo omnes universitates et eruditorum collegia seducta fuisse, ita ut iam nihil, quod sanum esset et vere catholicum, docerent." Sed iam ante Bulaeum Flaccius Illyricus in „Catalogo testium veritatis", anno 1665 edito, p. 767 similiter affirmat Matthiam de Janov circa annum 1380 „valde prolixum librum de Antichristo scripsisse ac probare eum iam venisse", et addit „Matthiam subinde non obscure ipsum papam esse Antichristum iudicare." Bulaei verba vim suam habere eo magis concedendum est, quo melius in Matthiae de Antichristo tractatum cadunt, nam 1) tractatus revera est „valde prolixus liber", 2) Matthias in eo ostendit Antichristum publice iam natum esse (p. 34), 3) id quoque Matthias demonstrat ab Antichristo hoc iam omnes universitates et eruditorum collegia esse seducta (cf. p. 35).*

*Contra ea non est infitiandum argumenta maximi ponderis in promptu esse, quibus probatur tractatum de Antichristo, in ea scilicet forma, in qua in Regularum libris ad nos pervenit, aliquot annis post, sed non ante annum 1389 compositum esse. Primum enim non est omittendum Matthiam etiam illo loco, ad quem Bulaei verba pertinent, sententiam suam ita expressisse, ut de Parisiorum urbe tamquam remota, ex qua iam pridem discesserat, loquatur (cf. p. 34: „quemadmodum in summa sede tocius sapiencie et sciencie, scilicet Parysiis, est manifeste predicatum tunc et divulgatum"); quin etiam Matthias aperte res tangit, quae usque ad annum 1389 et 1390 pertinent. Dicit enim p. 35, quod antipapa Clemens VII. per mendacium et spiritum dyaboli iniquum fecit tocius ecclesiae Jhesu Christi „vacare toto tempore suo, fere per XII annos, rixe et contencioni, ut singuli clament et contenciose dicant ad singulos: Ego Cephe, ego Pauli, ego Clementis, ego vero Urbani." At quaestionem hanc prorsus persolvere videtur ea res, quod auctor ipse anno 1389 se componendo tractatu hoc occupatum fuisse profitetur; dicit enim in dist. IX. p. 169: „Sed eciam hodie adhuc, puta in anno domini M°CCC°.LXXXIX. valde multi vivunt, qui easdem locustas viderunt, et omnia, que hic dicuntur, narraverunt." Et cum hac temporis significatione*

*optime congruit etiam mentio facta de decreto synodi Pragensis, in qua anno 1389 de imaginibus venerandis agebatur (p. 36 et 38), et adnotatio, qua ostendit sibi de imaginibus venerandis (p. 42) et de doctrina ecclesiastica ad crebram sacramenti altaris communionem pertinenti (p. 110) silentium esse impositum, quod ipsum in synodo Pragensi 19. Octobri anni 1389 habita accidit.*

*Quibus argumentis recte perpensis dubitare non possumus, quin magistri Matthiae de Antichristo tractatus e a m f o r m a m, i n q u a i n R e g u l a r u m c o d i c e A a d n o s p e r v e n i t, anno 1389 acceperit. Sed in tempore, quo tractatus hic scriptus est, statuendo, longius etiam procedere possumus; nam in dist. VII, c. 6, sicut iam supra commemoravimus, auctor flebilibus verbis mentionem facit, se doctrinam suam die 19. Oct. a. 1389 abiuravisse, dicitque: „Heu, me miserum et infelicem, quoniam nimis datum est michi experiri dentes locustarum istarum u s q u e h o d i e!“ (p. 166), tum p. 107 legimus: „Nam, ecce, iaceo in medio ventris eorum devoratus“, et p. 108: „Dic igitur, mi Jhesu, mi dulcissime, mi pro me crucifixe, dic Leviathan, ut me evomat, et me relaxet!“ Quibus verbis biblicis auctor certe significat poenam, quae ei, postquam doctrinam suam abiuravit, imposita est, et qua in sex menses ei interdictum est, ne extra suam parochialem ecclesiam praedicaret, confessiones audiret, sacramentum altaris ministraret. Sed tempus hoc usque ad diem 19. mensis Aprilis anni 1390 pertinebat. Quamobrem magister de Janov distinctionem septimam inter 19. Oct. 1389 et 19. Aprilem 1390 scripsisse videtur, immo accuratius etiam dicere possumus, inter 19. Oct. 1389 et finem huius anni, quoniam, ut supra demonstravimus, distinctio IX. ante finem anni 1389 scripta est. Quodsi haec omnia reputaverimus, dicere possumus tractatum de Antichristo f i n e a n n i 1389 absolutum eam formam accepisse, qua in Regularum libris est collocatus.*

*Sed ita tempus, quo Matthias tractatum de Antichristo ad finem perduxit, statuentes, non reprobamus opinionem supra iam prolatam auctorem disputationem hanc in e a s c i l i c e t f o r m a, q u a m p r i m o h a b u i t, iam anno 1380 Parisiis composuisse vel componere coepisse. Nam originem Parisiensem operis huius demonstrat, ut supra dictum est, haud dubie ea res, quod auctor tractatum theologorum Parisiensium „De periculis novis-*

*simorum temporum" ei inseruit. Veri simile enim est Matthiam, quem paupertas cogebat, ut libros manu scriptos transcribens, Parisiis victum sibi quaereret (ipsius eius scribendi ratio manum librarii exercitatissimi ostendit), tractatum „De periculis" iam Parisiis descripsisse ibique eum in distinctionem X. operis sui inseruisse. Etiam satis ampla pars ex libro magistri Guillelmi de Sancto Amore „Collectiones catholicae et canonicae scripturae" excerpta et in Matthiae librum recepta atque locus ex ignoti francogallici scriptoris de Antichristo libro apud Matthiam allatus demostrant tractatum hunc Parisiis ortum esse. Quae autem Matthias in dist. XI. de Milicio narrat, sine ulla dubitatione ante annum 1389 scripta sunt; ad summam omnia documenta ad revelationem Antichristi spectantia revocant ad tempus, quo Matthias Parisiis litterarum studiis operam dabat. Ceterum etiam secundum artis psychologicae, quae dicitur, praecepta rem considerantes, non reperiemus tempus ad componendum de Antichristo librum magis consentaneum, quam erat annus 1380, quo Matthias Parisiis praesens vidit perniciem effectam schismate tum exorto et quo recens in animo eius erat affectus concitatus vita et doctrina Milicii, cuius de Antichristo vaticinia tunc potissimum magnifice comprobata et adimpleta esse videbantur. Quae cum ita sint, vix a veritate deflectemus, si dixerimus, Matthiam consilium disputationis de Antichristo conscribendae iam Parisiis anno 1380 coepisse eumque fortasse etiam illo iam tempore librum hunc componere coepisse vel saltem tum iam materiam, quae tractanda erat, digessisse et ex aliorum libris copiosa documenta ad sententias suas gravioribus argumentis probandas et latius explicandas collegisse. Quatenus autem in conficiendo opere hoc Parisiis processerit, num iam ibi secundum Bulaei testimonium totum et amplum de Antichristo librum ediderit, dicere non possumus, cum nullus liber manu scriptus operis huius exstet, neque in codice A prima disputationis divisio et forma explorari possit. Permultae enim partes sunt (cf. indicem s. v. Janov: Forma exterior), quae ante annum 1389 non conscriptae sunt, aliae vero iam multis annis ante hoc tempus litteris mandari potuerunt. Denique nihil etiam impedit, quominus coniciamus duos libros Matthiae de Antichristo exstitisse, quod etiam Laurentius Krasonický saeculo XVI. affirmat (cf. infra p. XIX.). — Quae hoc loco de tempore, quo Matthiae tractatus de Antichristo ortus est, ex-*

*posuimus, eo consilio a nobis sunt allata, ut iudicium nostrum de eadem re in libro nostro bohemico p. 65—66 prolatum aliqua ex parte suppleretur et corrigeretur.*

*6. Libri manuscripti, qui tractatum de Antichristo continent, non alii sunt, quam qui totum Regularum opus complectuntur:*

*a) Cod. Musei Regni Bohemiae, sign. XIII. E. 13 (= cod. A), f. 131ª—208ª.*

*b) Cod. Capituli Metropol. Pragensis, sign. D 55 (= cod. D 1), f. 34ª—44ᵇ (excerpta).*

*c) Cod. Gersdorfensis (Budissinus) in 8⁰, n. 7 (= cod. D 2), f. 284ª—296ª (excerpta).*

*Plura de codicibus his invenies in vol. I. p. VI.—VIII.*

*7. Matthiae de Janov tractatus de Antichristo ex notissimis magistri huius scriptis est ac non solum, quoad magister Matthias ipse vixit, sed etiam sequenti aetate husitica vulgo legebatur. Juxta doctrinam de frequenti communione sacramenti altaris per laicos et de venerandis imaginibus et statuis sanctorum Matthiae de Antichristo opinio maxime et diutissime valuit ad augenda studia reformatoria in Bohemia et illinc etiam in Germania. Sed tractatus hic in eadem fuit fortuna, in qua etiam reliqui Matthiae libri: notior enim erat magis argumento, quam auctoris nomine, quod post breve tempus omnino fere in oblivionem cecidit. Quo factum est, ut ipsius Matthiae discipulus Magister Jacobellus de Misa ad verbum fere Matthiae sententias in suam de Antichristo quaestionem anno 1412 editam receperit, neque auctorem neque librum, ex quo eas deprompsit, indicans. Jam anno 1905 in disputatione „M. Matthias de Ianov et M. Jacobellus de Misa“ (Český Časopis Historický, XI. 1905, p. 22—37) demonstravimus Jacobellum in quaestione de Antichristo Matthiae sententias, quas in tractatu de Antichristo protulerat, immodeste sibi vindicavisse. In disputationem illam hoc loco legenies convertere nobis liceat.*

*8. Etiam veteres Matthiae de Antichristo tractatus in alias linguas translationes valde sunt notabiles. Nota autem est eius interpretatio bohemica et germanica.*

*a) Bohemicam interpretationem saeculo XV—XVI. dominus Johannes de Kunšic et Zaječic confecit, qui*

*inter annos 1480—1521 vixit (cf. de eo Jireček, Rukověť, I. p. 432—433 et Rybička in Ann. Mus. Regni Boh., 1864, p. 89). Sed amplius de interpretatione hac nihil aliud scimus, quam quae Johannes Blahoslav in „Grammatica bohemica“ anno 1571 edita adnotavit. Dicit autem Blahoslav de domino Johanne de Zaječic haec: „Též pan Jan z Kunšic a na Zaječicích. Ten drahnau knihu mistra Matěje Pařížského o Antikristu z latiny do češtiny přeložil, dosti dobře a vlastně.“ („Etiam dominus Johannes de Kunšic et Zaječic. Is prolixum librum magistri Matthiae Parisiensis de Antichristo ex lingua latina in bohemicam convertit, satis bene et accurate“). Et infra dicit: „I pan Jan Zaječický dosti pěkně psal, jediné ty některé archaismy vyvrci: Abychmy, Budemy. Tehdáž byl tak obecný způsob mluvení.“ („Etiam dominus Johannes de Zaječic in conscribendo satis puro sermone utebatur, tantum obsoletae quaedam locutiones eiciendae sunt, exempli gratia: abychmy, budemy. Sed illo tempore ita vulgo homines loquebantur“) (p. 285 editionis ab Hradil et J. Jireček curatae). Hoc Blahoslavi testimonium, quod ob eam causam magni est aestimendum, quod ostendit circa annum 1571 adhuc notam fuisse domini de Zaječic bohemicam interpretationem, confirmatur et suppletur etiam antiquiore adnotatione fratris Laurentii Krasonický, qui in libello de sacramento corporis et sanguinis Domini composito dicit: „Item, mistr Matěj Pařížského učení, Čech, kanovník na hradě Pražském, pohřbený na témž hradě-uřezali nad ním kus tabule-napsal dvoje knihy o Antykristu. A pan Jan Zaječický přeložil oboje knihy z jazyka latinského na český.“ („Item magister Matthias ex universitate Parisiensi, natione Bohemus, canonicus in arce Pragensi et in eadem arce sepultus — partem tabulae super eo absciderunt — duos libros de Antichristo conscripsit. Utrumque autem librum dominus Johannes de Zaječic ex lingua latina in bohemicam transtulit“). (Cf. Goll, Ann. Mus. Regni Boh., 1878, p. 395).*

*Praeter versionem domini Johannis de Zaječic nota sunt fragmenta translationis veterobohemicae, quam medio saeculo XVI. sacerdos Victorinus Anxiginus Scutecius confecit in scripto: „Napomenutí kněžstvu, aby zanechajíce učení a nálezkuov lidských, sebe a lid slovem božím zpravovali.“ („Admonitio sacerdotum, ut relicta doctrina et inventionibus hominum ipsi cum plebe verba domini sequantur“, edidit Erben in*

*Collectis scriptis bohemicis magistri Joh. Hus (Sebrané spisy české M. Jana Husi), vol. III. p. 312—315). Primum enim caput „Admonitionis" huius, quod incipit verbis: „Toto píše proti ustanovením lidským X známosti Ježíše ukřižovaného", est versio bohemica capituli 9. distinctionis VIII., editionis nostrae p. 143, lin. 3—13; verba sequentia „Ačkoli falešní proroci ... straší se jmenovati Ježíše ukřižovaného anebo uplvaného X farizeuom, kteréž pán Kristus od takových věcí často odvozoval" sunt versio bohemica cap. 4. dist. VIII., ed. nostrae p. 125, lin. 10—24; caput alterum „Ta pak přikázaní lidská X vyvracujíce domácí své" versio capit. 1. dist. VIII., p 113, l. 4 usque ad p. 114, lin. 10; caput sequens „Pak poněvadž spravedliví X nezachovával" versio cap. 7. dist. VIII., p. 135, l. 27 usque ad p. 136, l. 21; quartum caput „Ty pak zlé věci X ani jich ctíti" reddunt bohemice cap. 10. dist. V., p. 36, lin. 8—29; quintum caput „A protož dnes se plní X že pravdu zastávají" = dist. V, c. 7, p. 25, lin. 12—14, 25—30 et p. 26, lin. 1—21; sextum caput sunt versio cap. 7. dist. V., ab l. 3 usque ad l. 14. Anxiginus sine dubio verba Matthiae transferebat secundum editionem fragmentorum Matthiae a Brunfelsio comparatam, quod imprimis interpretatio capituli 9, dist. VIII. demonstrat, nam in fine locum habet, qui etiam apud Brunfelsium interpolatione est corruptus.*

*b) Haud minus digna, quae respiciatur, est interpretatio germanica eorundem fragmentorum, quam editione Brunfelsi adhibita Wenceslaus Linck, sacerdos Oldenburgensis, notus Lutheri amicus, comparavit et anno 1525 Oldenburgii in lucem edidit. Quae interpretatio inscribitur: „Joannes Husz. Von schedligkeit der menschensatzungen oder Tradition. Verdeütscht durch Wentzeslaum Linck, Ecclesiasten zu Aldenburgk. Gedruckt zů Aldenburgk durch Gabriel Kancz." In libello hoc ad verbum in linguam germanicam conversa sunt quattuor capitula, quae Brunfelsius edidit in operibus magistri J. Hus sub titulo: „Johannes Huss. De pernicie traditionum humanorum", anno 1524, f. LXXXII$^b$—LXXXIV$^b$ (= Opera Jo. Hus, ed. Norimbergensis, t. I, p. 472—473). Caput I. apud Linckium incipit his verbis: „Die vilfeltigen statut und menschengesetze bringen mit sich torheit vnd vnfüge. Das sie aber nerrisch sein und torheit mit sich, ist daroben genüglich gesagt", etc. Finem capituli IV. et totius versionis faciunt verba*

*haec: „Man kan auch nit leychtlich wider die Juden bestehen, und sollichs verneinen, wo diese lere, die die obbemeldeten ausbreyten, gepredigt wird. Endt von schedligkeit der menschengesetz.“ — De vita et scriptis Wenceslai Linck disputavit Bendixen in RE³, XI, p. 505—513 et Brecher in Allgem. Deutsche Biographie, tom. 18, p. 661—663.*

*9. Typis, si additementa supra commemorata (tractatum „De periculis nov. temp.“ et Milicii de Antichristo libellum) exceperimus, ex Matthiae tractatu de Antichristo tantum singula fragmenta expressa sunt. Recepit ea Otho Brunfelsius in librum suum anonymum anno 1524 editum, unde in Norimbergensem scriptorum magistri Hus editionem ann. 1558 et 1715 comparatam (tom. I.) translata sunt. Sed fragmenta haec cum apud Brunfelsium tum etiam in editione Norimbergensi magistro Hus, non magistro Matthiae de Janov adnumerantur. Plura de hac re invenies in libro nostro bohemico de M. Matthiae, p. 77—81. Sequentes tabulae praebent indicem quam plenissimum harum ex Matthia excerptarum partium, simul loci Regularum adnotati sunt, unde sunt excerptae, et praeterea paginae primorum trium voluminum editionis nostrae.*

### *I. De anatomia Antichristi.*

*Ap. Brunfels, f. Iª—XLVIᵇ. Cf. Workman, The age of Hus, 1902, App. H, p. 355 et 356, ubi per nefas Milicio atribuitur. Sed neque de Mag. Matthaei de Janov tractatus hic provenit.*

### *II. De mysterio iniquitatis Antichristi fragmentum*[1].

*(Cf. Gieseler, Kirchengeschichte, II, 3, 326, nota 8. Hefele, Konciliengeschichte, VII, 56. Schwab, Johann von Gerson,*

---

[1] *Cf. notam Brunfelsii, l. c.: „Hunc librum invenimus prorsus mancum et indigestum, et multa non cohaerebant, quaedam prae postero dicebantur. Unde apparet ab studioso quopiam extractum ex volumine, cui titulus fuerit: „De mysterio iniquitatis Antichristi.“ Quod ipsum indicabant ad marginem notae. Nos pro viribus in capita digessimus.“ Ex sequenti tabula apparet evidenter, quam „liber“ Brunfelsii indigestus fuerit, cum ex variis tractatibus tertii libri Regularum extractus fuerit; nec sententiae M. Matthiae utique integriter reproducuntur, multis ommissis, non paucis libere allatis aliquibusque additis.*

*p. 547. Krummel, Geschichte der böhm. Reformation, p. 77. Flajšhans, Literární činnost M. J. Husi, p. 156, n. XVI.)*

*c. 1. Brunfels (= Br.), f. 47$^{a}$—$^{b}$, Opera J. Hus 1558 (= Opp.), t. I., f. 451$^{b}$ = Regulae, l. III, tr. 5, c. 2, vol. III, p. 7—8.*

*c. 2. Br. 47$^{b}$, Opp. 452$^{a}$ = l. III, tr. 5, c. 2, vol. III, p. 8—9.*

*c. 3. Br. 47$^{b}$—48$^{a}$, Opp. 452$^{a}$ = l. III, tr. 5, dist. 5, c. 5, vol. III, p. 16—17.*

*c. 4. Br. 48$^{a}$—$^{b}$, Opp. 452$^{b}$ = l. III, tr. 5, dist. 5, c. 9, vol. III, p. 32—33.*

*c. 5. Br. 48$^{b}$—49$^{a}$, Opp. 452$^{b}$—453$^{a}$ = l. III, tr. 5, dist. 11, c. 3, vol. III, p. 343—344.*

*c. 6. Br. 49$^{a}$, Opp. 453$^{a}$ = l. III, t. 5, dist. 6, c. 3, vol. III, p. 63—64.*

*c. 7. Br. 49$^{a}$—$^{b}$, Opp. 453$^{a}$—$^{b}$ = l. III, tr. 5, dist. 6, c. 5, vol. III, p. 69—70.*

*c. 8. Br. 49$^{b}$—50$^{a}$, Opp. 453$^{b}$ l. III, tr. 5, dist. 7, c. 3, vol. III, p. 96—97* [1]).

*c. 9. Br. 50$^{a}$—$^{b}$, Opp. 453$^{b}$—454$^{a}$ = l. III, tr. 4, c. 21 et 23, vol. II, p. 206 et 227—228.*

*c. 10. Br. 50$^{b}$, Opp. 454$^{a}$ = l. III, tr. 4, c. 23, vol. II, p. 229—230.*

*c. 11. Br. 50$^{b}$—51$^{a}$, Opp. 454$^{b}$ = l. III, tr. 4, c. 23, vol. II, p. 230—233.*

*c. 12. Br. 51$^{a}$—52$^{a}$, Opp. 454$^{b}$—455$^{a}$ = l. III, tr. 4, c. 24, vol. II, p. 233—235.*

*c. 13. Br. 52$^{a}$, Opp. 455$^{a}$—$^{b}$ = l. III, tr. 4, c. 27, vol. II, p. 248—249.*

*c. 14. Br. 52$^{b}$—53$^{a}$, Opp. 455$^{b}$—456$^{a}$ = l. III, tr. 5, dist. 8, c. 3, vol. III, p. 120—123.*

*c. 15. Br. 53$^{a}$—$^{b}$, Opp. 456$^{a}$—$^{b}$ = l. III, tr. 5, dist. 8, vol. III, p. 123—124.*

*c. 16. Br. 53$^{b}$, Opp. 456$^{b}$ = l. III, tr. 5, dist. 8, c. 9 et 4, vol. III, p. 143 et 125.*

*c. 17. Br. 53$^{b}$—54$^{a}$, Opp. 456$^{b}$—457$^{a}$ = l. III, tr. 5, dist. 8, c. 1, vol. III, p. 113—114.*

---

[1]) *Incipit „Ecclesia semper deteriorando processit: per quod diabolus cum suo Antichristo multum profecit“ ab editoribus additum est; in Regulis non legitur.*

c. 18. Br. $54^{a}$—$^{b}$, Opp. $457^{a}$ = l. III, tr. 5, dist. 7, c. 4, vol. III, p. 97—99.

c. 19. Br. $54^{b}$—$55^{a}$, Opp. $457^{b}$ = l. III, tr. 5, dist. 9, c. 1, vol. III, p. 148—149.

c. 20. Br. $55^{a}$—$56^{a}$, Opp. $457^{b}$—$458^{a}$ = l. III, tr. 5, dist. 9, c. 3 et 4, vol. III, p. 152—154.

c. 21. Br. $56^{a}$—$57^{a}$, Opp. $458^{a}$—$^{b}$ = l. III, tr. 5, dist. 9, c. 6 et 7, vol. III, p. 159—160, 161—162.

c. 22. Br. $57^{a}$, Opp. $459^{a}$ = l. III, tr. 5, dist. 9, c. 12 et 13, vol. III, p. 180—181.

c. 23. Br. $57^{b}$—$59^{a}$, Opp. $459^{a}$—$460^{a}$ = l. III, tr. 5, dist. 9, c. 15 et 17, vol. III, p. 188—191 et 196—198.

c. 24. Br. $59^{a}$—$^{b}$, Opp. $460^{b}$ = l. III, tr. 5, dist. 9, c. 18, et dist. 9, c. 1, vol. III, p. 200—201 et 209.

c. 25. Br. $60^{a}$, Opp. $461^{a}$ = l. III, tr. 5, dist. 10, c. 3, vol. III, p. 222.

## III. De revelatione Christi et Antichristi fragmentum secundum[1]).

(Cf. Schwab, Joh. v. Gerson, p. 547. Hefele, Konziliengeschichte, VII, p. 56. Flajšhans, l. c., p. 156, n. XXII).

c. 1. Br. $60^{b}$—$62^{b}$, Opp. $461^{b}$—$462^{b}$ = l. III, tr. 5, dist. 10, c. 3 et 4, vol. III, p. 219—229 (partim verbaliter, partim libere allatum).

c. 2. Br. $61^{b}$—$63^{b}$, Opp. $463^{a}$ = l. III, tr. 5, dist. 9, c. 16, vol. III, p. 192—194.

c. 3. Br. $63^{a}$—$^{b}$, Opp. $463^{a}$ = l. III, tr. 5, dist. 10, c. 5, vol. III, p. 230—232.

c. 4. Br. $63^{b}$—$64^{a}$, Opp. $463^{b}$—$464^{a}$ = l. III, tr. 5, dist. 10, c. 5 et l. III, tr. 4, c. 14, vol. III, p. 232—233 et vol. II. p. 189.

c. 5. Br. $64^{a}$—$^{b}$, Opp. $464^{a}$ = l. III, tr. 5, dist. 10, c. 5 et dist. 9, c. 8, vol. III, p. 233—234, 163 et 234.

c. 6. Br. $64^{b}$—$65^{a}$, Opp. $464^{b}$ = l. III, tr. 5, dist. 10, c. 6, vol. III, p. 236—239.

---

[1]) Cf. annotationem Brunfelsii: „Et hunc libellum reperimus non in suo candore et abbreviatum. Agit autem de revelatione Christi et Antichristi ab origine mundi. Item de malis, quae extremis temporibus futura sunt, de seductoribus et hypocritis, per quos decipit Antichristus, et alia quaedam non illepida. Tu vel fragmentum hoc boni consule et vale!“

*c. 7. Br. 65$^{a}$—65$^{b}$, Opp. 464$^{b}$—465$^{a}$ = Collectiones cath. et can. script., vol. III, p. 246—249.*

*c. 8. Br. 65$^{b}$, Opp. 465$^{a}$ = De peric. nov. t., c. 2, vol. III, p. 257—258.*

*c. 9. Br. 65$^{b}$—66$^{a}$, Opp. 465$^{a}$—$^{b}$ = De peric. nov. t., c. 12, vol. III, p. 284.*

*c. 10. Br. 66$^{a}$—67$^{a}$, Opp. 465$^{b}$—466$^{a}$ = De peric. nov. t., c. 13, vol. III, p. 293—295.*

*c. 11. Br. 67$^{a}$—70$^{a}$, Opp. 466$^{a}$—468$^{b}$ = De peric. nov. t., c. 14, vol. III, p. 296—314 (abbreviatum).*

*c. 12. Br. 70$^{a}$—71$^{b}$, Opp. 468$^{b}$—469$^{b}$ = l. III, tr. 5, dist. 11, c. 1. 2. 3, vol. III, p. 333—338 et 342—343.*

*IV. De abolendis sectis et traditionibus hominum.*

*(Cf. Gillet, The life and times of J. Huss, 3. ed., p. 33. Flajšhans, l. c., p. 155, n. IX.)*

*c. 1. Br. 72$^{a}$—$^{b}$, Opp. 442$^{a}$ = l. III, tr. 4, c. 8, vol. II, p. 169.*

*c. 2. Br. 72$^{b}$—73$^{a}$, Opp. 442$^{a}$—$^{b}$ = l. I, tr. 1, c. 10, vol. I, p. 45—47.*

*c. 3. Br. 73$^{a}$—74$^{a}$, Opp. 442$^{b}$—443$^{a}$ = l. III, tr. 2, c. 1, vol. II, p. 40—42.*

*c. 4. Br. 74$^{a}$, Opp. 443$^{a}$—$^{b}$ = l. III, tr. 2, c. 6, vol. II, p. 55—56.*

*c. 5. Br. 74$^{b}$, Opp. 443$^{b}$ = l. III, tr. 2, c. 8, vol. II, p. 61—62.*

*V. De unitate ecclesiae et schismate*[1].

*(Cf. Gieseler, l. c., VI, p. 316, nota 8. Böhringer, l. c., II, 4, 2, p. 42. Gillet, l. c., p. 33).*

*c. 1. Br. 75$^{a}$—$^{b}$, Opp. 445$^{b}$ = l. III, tr. 2, c. 10, vol. II, p. 66—67.*

---

[1] *Cf. annotationem Brunfelsii: „Vel ex hoc solo libro cognosces, quisquis es, qui christianam mentem habes, quam non fuerit haereticus Joannes Hus et quam iniquissime damnatus est ab incendiariis et carnificibus illis. Qui enim poterat scribere christianus? Exstat et alius eiusdem nominis liber, sed grandior paulo, phrasim eandem redolens. Unde liquet prorsus supposititium non esse: atque utinam integer exstaret, nobis mutile redditus est. Quod eisdem exterminatoribus et tyrannibus debemus. Quis enim non credat, quemadmodum in virum grassati sunt, ita de libris curasse, ut ex omnibus bibliothecis proscriberentur et eiicirentur? Adeo neque frontem, neque iudicium, neque fidem, neque modestiae christianae vel tantillum habent . .“*

*c. 2. Br.* $75^{b}$—$76^{b}$, *Opp.* $446^{a}$—$^{b}$ = *l. III, tr. 4, c. 2, vol. II, p. 147—149.*

*c. 3. Br.* $76^{b}$—$77^{a}$, *Opp.* $446^{b}$—$447^{a}$ = *l. III, tr. 4, c. 16 et 22, vol. II, p. 194—195 et 220—221 et 223.*

*c. 4. Br.* $77^{b}$, *Opp.* $447^{a}$ = *l. III, tr. 4, dist. 5, c. 33, vol. II, p. 285—286.*

*c. 5. Br.* $77^{b}$—$78^{a}$, *Opp.* $447^{a}$—$^{b}$ = *l. III, tr. 4, dist. 5, c. 34, vol. II, p. 288—289.*

*c. 6. Br.* $78^{a}$—$^{b}$, *Opp.* $447^{b}$—$448^{a}$ = *l. III, tr. 4, dist. 5, c. 34, vol. II, p. 289—290.*

*c. 7. Br.* $78^{b}$—$79^{a}$, *Opp.* $448^{a}$—$^{b}$ = *l. III, tr. 4, dist. 5, c. 35, vol. II, p. 291—292.*

### *VI. De evangelica perfectione*[1]).

*(Cf. Flajšhans, l. c., p. 155, nr. XIII.)*

*c. 1. Br.* $79^{b}$—$80^{a}$, *Opp.* $449^{a}$—$^{b}$ = *l. III, tr. 5, dist. 6, c. 8 (finis) et 9, vol. III, p. 81—83.*

*c. 2. Br.* $80^{b}$, *Opp.* $449^{b}$ = *l. III, tr. 5, dist. 6, c. 9, vol. III, p. 83—84.*

*c. 3. Br.* $80^{b}$—$81^{b}$, *Opp.* $449^{b}$—$450^{a}$ *et Opp. 413 = l. III, tr. 6, c. 3.*

*c. 4. Br.* $81^{b}$—$82^{a}$, *Opp.* $450^{b}$ *(cum interpol.) = l. III, tr. 6, c. 34.*

*c. 5. Br.* $82^{a}$—$^{b}$, *Opp.* $451^{a}$ *l. III, tr. 6, c. 34.*

### *VII. De pernicie traditionum humanarum.*

*(Cf. Flajšhans, l. c., p. 156, nr. XVIII.)*

*c. 1. Br.* $83^{a}$, *Opp.* $444^{a}$ = *l. III, tr. 5, dist. 8, c. 8, vol. III, p. 138—139.*

*c. 2. Br.* $83^{b}$—$84^{b}$, *Opp.* $444^{a}$—$^{b}$ = *l. III, tr. 5, dist. 8, c. 7, vol. III, p. 134—135.*

*c. 3. Br.* $84^{a}$, *Opp.* $444^{b}$ = *l. III, tr. 5, dist. 8, c. 7, vol. III, p. 135—136.*

*c. 4. Br.* $84^{a}$—$^{b}$, *Opp.* $445^{a}$ = *l. III, tr. 5, dist. 5, c. 10, vol. III, p. 36—37.*

---

[1]) *Cf. annotat. Brunfelsii: „Argumentum in promptu est, tametsi desint quaedam ad ipsum exordium spectantia . . .“*

*VIII. De regno, populo, vita et moribus Antichristi.*

*(Cf. Neander, Kirchengeschichte, VI, p. 369, nota 2. Gillett, l. c., p. 33. Krummel, l. c., p. 77—78 Matthiam auctorum esse per nephas negat).*

*c. 1. Br.* $85^{a}$—$^{b}$, *Opp.* $368^{b}$ = *l. III, tr. 5, dist. 5, c. 4, vol. III, p. 14—15.*

*c. 2. Br.* $85^{b}$—$86^{a}$, *Opp.* $369^{a}$ *(omissis deduct. de freq. communione) = l. III, tr. 5, dist. 5, c. 5, vol. III, p. 17.*

*c. 3. Br.* $86^{a}$—$^{b}$, *Opp.* $369^{a}$ = *l. III, tr. 5, dist. 5, c. 6, vol. III, p. 21—22.*

*c. 4. Br.* $86^{b}$, *Opp.* $369^{b}$ = *l. III, tr. 5, dist. 5, c. 6, vol. III, p. 22-23.*

*c. 5. Br.* $86^{b}$—$87^{a}$, *Opp.* $369^{b}$ = *l. III, tr. 5, dist. 5, c. 7, vol. III, p. 24—25.*

*c. 6. Br.* $87^{a}$—$^{b}$, *Opp.* $369^{b}$—$370^{a}$ = *l. III, tr. 3, dist. 5, c. 7, vol. III, p. 25—26.*

*c. 7. Br.* $87^{b}$, *Opp.* $370^{a}$ = *l. III, tr. 5, dist. 5, c. 7, vol. III, p. 26—27.*

*c. 8. Br.* $87^{b}$—$88^{a}$, *Opp.* $370^{a}$—$^{b}$ = *l. III, tr. 5, dist. 5, c. 14, vol. III, p. 50—51.*

*c. 9. Br.* $88^{a}$—$^{b}$, *Opp.* $370^{b}$ = *l. III, tr. 5, dist. 6, c. 6, vol. III, p. 72—73*[1]).

*c. 10. Br.* $88^{b}$, *Opp.* $370^{b}$—$380^{a}$ = *l. III, tr. 5, dist. 6, c. 5, vol. III, p. 70—71.*

*c. 11. Br.* $89^{a}$, *Opp.* $371^{a}$ = *ibidem, vol. III, p. 71.*

*c. 12. Br.* $89^{a}$—$^{b}$, *Opp.* $371^{a}$—$^{b}$ = *l. III, tr. 5, dist. 6, c. 8, vol. III, p. 78—79.*

*c. 13. Br.* $89^{b}$—$90^{a}$, *Opp.* $371^{b}$ = *l. III, tr. 5, dist. 7, c. 1. vol. III, p. 85—86.*

*c. 14. Br.* $90^{a}$—$^{b}$, *Opp.* $372^{a}$ = *l. III, tr. 5, dist. 7, c. 1, vol. III, p. 87—89.*

*c. 15. Br.* $90^{b}$—$91^{a}$, *Opp.* $372^{a}$—$^{b}$ = *l. III, tr. 5, dist. 7, c. 2, vol. III, p. 91—92.*

*c. 16. Br.* $91^{a}$, *Opp.* $372^{b}$ = *ibidem, vol. III, p. 93.*

*c. 17. Br.* $91^{a}$—$92^{b}$, *Opp.* $372^{b}$—$373^{b}$ = *l. III, tr. 5, dist. 7, c. 4 et 5, vol. III, p. 99—103.*

*c. 18. Br.* $92^{b}$, *Opp.* $373^{b}$ = *l. III, tr. 5, dist. 7, c. 6, vol. III, p. 105—106.*

---

[1]) *Prima pars extracta est ex p. 67 et 72—73.*

*c. 19. Br. 92$^b$—93$^a$, Opp. 374$^a$ = l. III, tr. 5, dist. 7, c. 7, vol. III, p. 108—109.*

*c. 20. Br. 93$^a$—$^b$, Opp. 374$^a$ = l. III, tr. 5, dist. 8, c. 1, vol. III, p. 115—116 et 116—117.*

*c. 21. Br. 93$^b$—94$^a$, Opp. 374$^b$ = l. III, tr. 5, dist. 9, c. 5, vol. III, p. 155—157* [1].

*c. 22. Br. 94$^a$—$^b$, Opp. 375$^a$ = l. III, tr. 5, dist. 9, c. 9, vol. III, p. 167—168.*

*c. 23. Br. 94$^b$—95$^a$, Opp. 375$^a$—$^b$ = l. III, tr. 5, dist. 9, c. 9, vol. III, p. 168—169.*

*c. 24. Br. 95$^a$, Opp. 375$^b$ = l. III, tr. 5, dist. 5, c. 1, vol. III, p. 6.*

## *IX. Fragmenta* [2].

*(Cf. Palacký, Dějiny, III$^3$, 1, p. 36, nota 36, et Flajšhans, l. c., p. 157, nr. XXXIX.)*

*1. „Contentionem in disputationibus vitandam esse“, Br. 95$^b$, Opp. 470$^a$ = De periculis nov. t., prologus, vol. III. p. 256.*

*2. „Apostoli manibus victum quaesiverunt, non mendicarunt“, Br. 95$^b$—96$^a$, Opp. 470$^a$ = De peric. nov. t., c. 12, vol. III, p. 289.*

*3. „De fide formata quaedam, et quid sit discedere a fide, negare fidem et accedere ad deum“, Br. 96$^a$—96$^b$, Opp. 470$^b$ = l. III, tr. 5, dist. 11, c. 4, vol. III, p. 350 et 348—350.*

*4. „Explanatio loci Generis XLIX: Fiat Dan Coluber“ etc., Br. 96$^b$—97$^a$, Opp. 470$^b$ = Milicii libellus de Antichristo, c. 2, vol. III, p. 375—376.*

---

[1] *Ultima phrasis de arte musica desumpta est ex l. I, tr. 1, c. 10, vol. I, p. 47, lin. 6—10.*

[2] *In Br. et Opp. sic inscribitur: „Aliae quaedam fragmenta Joannis Hus“; sequitur annotatio Brunfelsii ad lectorem: „Huc usque, quae videbantur cohaerere, in suum quaeque digessimus ordinem. Erant autem inter haec quaedam inspersa, quae prorsus non consentiebant, et (ut dicitur) nihil facientes ad carmen: sed de quibus ne divinare quoque licebat, quid sibi vellent. Ea interim ad calcem locavimus, memores praecepti domini Jhesu, qui iussit et ipse fragmenta colligere, ne pereant. Tituli praeferebant, quae locis suis patent. Inter quae erat decretum doctorum quoddam Parisiensium de frugi disputatione, quod sic inceperat: „Ex tractatu doctorum Parisiensium.“ Haud dubie adscriptum ab rapsodo vel librario, cui video hunc fuisse morem, ut in describendo multa decurtaverit; quae sibi ad institutum de Antichristo facere non videbantur, et ea decerpsisse tantum, quae de ipso ipsissimo erant Antichristo, ut haec in promptu haberet, nullo habito respectu vel ordinis vel elegantiae.“*

5. *„Juge sacrificium quando fuit ablatum et abominatio desolationis quando inceperit. Item de abominatione carnali et spirituali“, Br. 97ª, Opp. 470ᵇ = Milicii libellus de Antichristo, c. 2 et 3, vol. III, p. 372 et 378.*

6. *„De mysterio Joseph et Pharaonis“, Br. 97ª—ᵇ, Opp. 471ª—ᵇ = l. III, tr. 5, dist. 8, c. 4 et 5, vol. III, p. 126—128.*

---

*Pro amico auxilio in volumine hoc edendo iterum sociis operis mei domino doctori VENCESLAO NOVOTNÝ, professori historiae Bohemicae in Universitate Pragensi, et domino HENRICO NEUDERT, professori in consilio scholastico Regni Bohemiae, gratias optimas ago.*

*Pragae, 21. Decembri 1910.*

**Vlastimil Kybal.**

# CONSPECTUS ARGUMENTI.

## LIBER TERCIUS

## TRACTATUS QUINTUS

### DE ANTICHRISTO.


| | Pagina |
|---|---|
| *DISTINCCIO QUINTA* | |
| *[DE TEMPORE ANTICHRISTI]* . . . | 1—53 |
| Cap. I. — Quod Antichristus non est aliquis ex extraneis, ut Judeus vel paganus . . . . . . . . . | 1 |
| Cap. II. — Antichristus est armatus vel opertus speciebus religionis christiane . . . . . . . . . | 6 |
| Cap. III. — Descripcio Antichristi . . . . . . . | 9 |
| Cap. IV. — De illis, qui predicabunt contra Antichristum . . | 13 |
| Cap. V. — Quod sicut Antichristus venit per longa tempora successive, ita eciam destruetur successive, et de signis mendacibus Antichristi . . . . . . | 16 |
| Cap. VI. — Quod in ecclesia primitiva Antichristus fuit invalidus | 20 |
| Cap. VII. — Quod in presenti tempore validus et multus est Antichristus . . . . . . . . . . | 24 |
| Cap. VIII. — De modo, quo Antichristus est contrarius Jhesu Christo, et de comparacione ecclesie Christi ad synagogam peccancium modernorum . . . . . . | 28 |
| Cap. IX. — Quod nunc iam est tempus proprium Antichristi . | 32 |
| Cap. X. — De operacione Sathane in Antichristo per suos . | 36 |
| Cap. XI. — De inpedicione predicacionis veritatis per Anticristum | 40 |
| Cap. XII. — De promocione viarum Antichristi . . . . | 43 |
| Cap. XIII. — De singulari via, id est summa superbia Antichristi | 45 |
| Cap. XIV. — De avaricia antichristiana et concupiscencia . . | 48 |

*DISTINCCIO SEXTA* Pagina

*DE CORPORE ANTICHRISTI* . . 54—84

Cap. I. — De tripharia contencione odiosa corporis Antichristi . 54
Cap. II. — De contenciosa divisione membrorum in corpore Antichristi . . . . . . . . . . 57
Cap. III. — De alia contencione membrorum corporis Antichristi 60
Cap. IV. — De tribulacione electorum Christi propter scissuram corporis Antichristi . . . . . . . 65
Cap. V. — Quod corpus Antichristi est simile copori bestie . 68
Cap. VI. — Quod contencio et scisma est propria proprietas corporis Antichristi . . . . . . . . 72
Cap. VII. — Quam periculosa et timenda est illa contencio membrorum Antichristi . . . . . . . 75
Cap. VIII. — De occulta et fraudulenta composicione corporis Antichristi . . . . . . . . . . 78
Cap. IX. — Quod tepidos et inconstantes christianos absorbebit corpus Antichristi . . . . . . . . 81

---

*DISTINCCIO SEPTIMA*

*DE DISPOSICIONE ET POTESTATE ANTICHRISTI* . 85—112

Cap. I. — Quod scribe et sapientes secundum hoc seculum non intelligent Antichristum et ipsius altissimas decepciones, sed primi seducti in corpus ipsius transigentur et ipsum adornabunt ac armabunt . . 85
Cap. II. — Quod sacerdotes, mundi amatores et carnales, contranseunt ad apparenciam et munimen corporis Antichristi . . . . . . . . . 91
Cap. III. — Quod Sathan corpus sui Antichristi successive exposuit et astute depinxit . . . . . . . 94
Cap. IV. — Quod ipse similiter format atque conponit corpus mysticum Antichristi corpori mistico Jhesu Christi . 97
Cap. V. — Quod nullus potest discernere corpus Antichristi, nisi a spiritu Jhesu visitatus . . . . . . 102
Cap. VI. — De potestate corporis Antichristi . . . . 105
Cap. VII. — Quod membra Antichristi precipue genti pauperum forcia se exhibent, et de cessacione iugis sacrificii . 108

---

*DISTINCCIO OCTAVA*

*DE ARMATURA CORPORIS ANTICHRISTI* . . 113—146

Cap. I. — Quam sint formidabilia membra Antichristi . . 113
Cap. II. — Quod arma Antichristi sunt lucencia et dura et connexa 117
Cap. III. — Quod arma Antichristi sunt perplexa et collorata . 120

Pagina

Cap. IV. — Quomodo subtiliter applicat contra electos dei spiritus arma sua Antichristus . . . . . . . 124
Cap. V. — Quomodo subtiliter et efficaciter invadit [et] involvit electos Christi per sua arma Antichristus . . 127
Cap. VI. — Quomodo possint evadi a christiano involuciones et arma Antichristi . . . . . . . . 131
Cap. VII. — Quod fulcimenta vel arma Antychristi iniquos simul et iustos involvunt et obligant . . . . . . 134
Cap. VIII. — Quod fulcimenta Antychristi vel obligaciones hominum sunt inhabilia Christi discipulis et inepta . 138
Cap. IX. — Discrecio mandatorum dei a tradicionibus hominum 142

---

*DISTINCCIO NONA*

*DE INCONSTANCIA MEMBRORUM ANTICHRISTI* . 147—206

Cap. I. — [De inconstantia et duplicitate modernorum hypocritarum] . . . . . . . . . . 147
Cap. II. — Quam nociva et quibus sunt membra Antychristi . 150
Cap. III. — De composicione inepta et ex contrariis membrorum Antychristi . . . . . . . . . 152
Cap. IV. — De effectibus membrorum Antychristi . . . 154
Cap. V. — De contencione alterutrum membrorum Antychristi . 155
Cap. VI. — Quod seipsos ignorant yppocrite et sunt incorrigibiles 157
Cap. VII. — Quod membra Antichristi indurata et forcia ad nocendum . . . . . . . . . 160
Cap. VIII. — Quod membra Antichristi sunt confracta et mollia ad obsequendum Christo et incurabilia . . . 163
Cap. IX. — De mensura temporis, in quo permittitur regnare membris Antychristi . . . . . . . . 167
Cap. X. — Ostenditur, quod est caput et que sunt membra Antichristi . . . . . . . . . 170
Cap. XI. — De indumentis celebribus Antichristi et concubine seu adultere ipsius . . . . . . . . 173
Cap. XII. — Quid est vel que est aut ex quibus generacio adultera et concubina mistici Antychristi . . . . 178
Cap. XIII. — Quam sit monstruosa et admirabilis fornicaria mistici Antichristi et cruenta a crudelitate sua . . . 181
Cap. XIV. — De magna iniquitate et dampnacione meretricis Antychristi . . . . . . . . . . 184
Cap. XV. — [Nota de sanctis colendis ab hypocritis] . . . 187
Cap. XVI. — [De superhabundanti iniquitate illae generationis nequam sacerdotum, quae persequitur electos dei] . 192
Cap. XVII. — [Quales sint sacerdotes persequentes sanctos modernos: Superbi] . . . . . . . 196
Cap. XVIII. — [De sacerdotibus superbis] . . . . . . 198

Pagina
Cap. XIX. — [De sacerdotibus crudelibus et avaris] . . . 201
Cap. XX. — [De sacerdotibus voluptuosis] . . . . . 205

---

*INCIPIT DISTINCCIO X. TERCII TRACTATUS SIVE LIBRI [DEPOSITIO MERETRICIS APOCALYPTICAE]* . 207—251

Cap. I. — Denudacio Jezabelis meretricis vel concubine mistici Antichristi . . . . . . . . . . 207
Cap. II. — Ostensio pudendorum meretricis vel adultere Antychristi, quid est abhominacio desolacionis, etc. . 212
Cap. III. — Denudacio faciei meretricis magne . . . . 219
Cap. IV. — Denudacio eorum, qui intrinsecus latent in magna meretrice, et quod Antychristus venit de christianis inpiis . . . . . . . . . . 224
Cap. V. — Ostensio culcioris vestis meretricis et subtilioris fuci adultere, et de subtilitate maiore decipiendi christianos a spiritu Antychristi . . . . . 229
Cap. VI. — Revelacio Antychristorum et magne meretricis secundum Judam Thadeum et quo modo diligenter fuit hec meretrix ab antiquo descripta et prophetata, etc. 236
Cap. VII. — Revelacio manifestior Antychristi et meretricis eius secundum doctores et secundum Gregorium . 239
Cap. VIII. — Revelacio magne meretricis secundum Bernhardum . 240
Cap. IX. — Denudacio Jezabel meretricis secundum doctorem alium 241
Cap. X. — Denudacio eiusdem fornicarie mulieris apparencior secundum doctorem quemdam modernum . . 243
Cap. XI. — Revelacio manifesta eiusdem synagoge yppocritarum, alias meretricis, etc. . . . . . . 249

---

*MAGISTRORUM UNIVERSITATIS PARISIENSIS TRACTATUS DE PERICULIS NOVISSIMORUM TEMPORUM* 252—332

Incipit prologus . . . . . . . . . . . 252
Cap. I. — [Quod pericula novissimorum temporum multa et magna futura sunt in ecclesia generali] . . . . 256
Cap. II. — [Per quos aut per cuiusmodi homines futura sint pericula novissimorum temporum] . . . . 257
Cap. III. — [Quam habiles et apti erunt praedicti periculosi homines ad praedicta pericula inducenda] . . . 265
Cap. IV. — [Quae aut cuiusmodi erunt pericula memorata] . 267
Cap. V. — [Quam astute procedunt praedicti homines periculosi in praedictis periculis inducendis] . . . . 269
Cap. VI. — [Quod qui non praeviderint praedicta pericula, aut praevisa non praecaverint, peribunt in illis] . . 272

Pagina

Cap. VII. — [In quibus periculis erunt constituti illi, qui aliis praedicta pericula procurabunt] . . . . . 272
Cap. VIII. — [Quod praedicta pericula non sunt longe remota, sed sunt propinqua vel iam inchoata. Et quod eorum inquisitio et repulsio non sit amplius differenda] . 275
Cap. IX. — [Quod praelatorum ecclesiae est praedicta pericula praevidere, praenunciare et repellere] . . . 280
Cap. X. — [Quam penam incurrent praelati ecclesiae, tam in praesenti, quam in futuro, si circa praedicta pericula fuerint negligentes] . . . . . . 281
Cap. XI. — [Quod licet praedicta pericula fuerint prophetata, tamen poterunt repelli ad tempus, si eis viriliter resistatur] 282
Cap. XII. — [Qualiter procedendum sit in dictis periculis repellendis] 284
Cap. XIII. — [Quomodo isti seductores congnoscantur, ut arceri possint a praelatis et evitari ab hominibus] . . 292
Cap. XIV. — [Signa plurima, quaedam infallibilia, quaedam vero probabilia, per quae poterunt praedicti homines cognosci] . . . . . . . . 296
Cap. XV. — [Sermo Magistri Guillelmi de Sancto Amore in die sanctorum apostolorum Jacobi et Philippi] . . 315
Cap. XVI. — [Sermo continuatur atque finem habet] . . . 331

---

*INCIPIT DISTINCCIO UNDECIMA EIUSDEM*

*[DE SUCCESSIVA REVELATIONE ANTICHRISTI A FIDELIBUS PRAEDICATORIBUS]* . . . . 333—367

Cap. I. — Quomodo Christus Jhesus fuit successive magisque demonstratus esse futurus, et ita et Antychristus . 333
Cap. II. — De silencio facto de Antychristo ante tempus et in tempore Antychristi . . . . . . 337
Cap. III. — Qui sunt causa silencii et habundancie iniquitatis Antychristi . . . . . . . . . 341
Cap. IV. — Que est vel qualis discessio in tempore Antychristi, et cetera . . . . . . . . 347
Cap. V. — De predicatoribus, qui revelant Antichristum et de multitudine ipsorum successiva . . . . 351
Cap. VI. — [Quod Elias iam venit non personaliter, sed in multitudine sanctorum praedicatorum] . . . . 355

*INTERPONITUR NARRATIO DE MILICIO* . . 358—367

Cap. VII. — [Continuatur Narratio de Milicio] . . . . 361
Cap. VIII. — [Narratio de Milicio finem habet] . . . . 365

---

*MILICII* Pagina
*LIBELLUS DE ANTICHRISTO* . . . 368—381
Cap. I. — [Milicius inspiratus quomodo cognoverit Antichristum venisse] . . . . . . . . . . 368
Cap. II. — [Antichristum venisse a. 1365 dicit. Abominatio desolationis probat Antichristum venisse] . . . 372
Cap. III. — [Quis sit Antichristus, quaeritur. Discessio probat Antichristum venisse] . . . . . . . . 376
Cap. IV. — [Salus christianorum quibus mediis procurari poterit] . 379

---

# ADDENDA ET CORRIGENDA.

*P. 11, lin. 33 ad voces:* qui post carnem abierunt *adde notam* 3) Cf. Judae 7.
*P. 50, lin. 32 ed. Br. addidit voces biblicas:* quia faciet omnes pusillos et magnos et divites et pauperes, etc. Apoc. XIII.
*P. 57, lin. 35 lege* de locis *pro* de loci.
*P. 61, lin. 31 lege* miscuerunt *pro* miserunt.
*P. 63, lin. 27 lege* particeps spiritus *pro* particeps spiritu.
*P. 77, lin. 4 lege* pretendentibus *pro* precedentibus.
*P. 80, lin. 4 lege* vinee mee *pro* vinee me.
*P. 188, lin. 10 lege* ecclesia sancta *pro* ecclesie sancte.
*P. 190, lin. 16 lege* multiplices *pro* multiplice.
*P. 231, lin. 35 lege* notam 9) *pro* nota 8); *ita et lin. 40.*
*P. 237, lin. 20 lege* [ad] cavendum . . sanctos *pro* cavendum . . sanctis.
*P. 247, lin. 39 adde* non existente.
*P. 249, lin. 31 adde:* Impr. in Antilogia papae, ed. W. Wissenburg, 1555, p. 1—5.
*P. 252, lin. 16 adde:* In editione, quae Basiliae 1555 prodiit, p. 5, tractatus hic inscribitur: „Incipit scriptum scholae Parisiensis de periculis ecclesiae, compositum anno 1389“ *(sic)*; ita et in Fasciculo, ed. 1690, p. 18.
*P. 260, lin. 32 lege* signa veritatis *pro* signa veritatum.
*P. 261, lin. 31 adde* [si] preter auctoritatem.
*P. 264, lin. 8 lege* qui *pro* quia.
*P. 267, lin. 2 lege* inimicus *pro* amicus.
*P. 272, lin. 7 lege* transferentur *pro* transferuntur, *et lin. 22* requiretur.
*P. 280, lin. 5 lege* talibus *pro* tales.
*P. 298, lin. 32 lege* in finali ecclesia *pro* in finali ecclesie.
*P. 301, lin. 27 lege* pompa culti *pro* pompa cultu.
*P. 315, lin. 15 lege* manifestem *pro* manifeste.
*P. 325, lin. 12 lege* quam *pro* quem.
*P. 330, lin. 20 adde* [alius] annuncciavit, *et lin. 38* religiosiores.
*P. 331, lin. 13 lege* interficiet *pro* interficit.

---

# LIBER TERCIUS[a]).

## TRACTATUS QUINTUS[a]).

# DE ANTICHRISTO.

## DISTINCCIO QUINTA[a]).

### [f. 131[a]] **Capitulum primum**[b]).

*Quod Antichristus non est aliquis ex extraneis*[c]), *ut Judeus vel paganus*[d]).

Omnis insuper[e]) yppocrita et carnalis atque iniqus christianus necesse habet, ut per hanc regulam, id est per veritatem vite et doctrine Jhesu Christi et eius discipulorum et tocius ecclesie sanctorum, ad unguem usque meciatur et secundum hoc diiudicetur ac probetur, si debet seipsum [deprehendere et ostendere], vel ab aliis, qualis in se[f]) existit, deprehendi et ostendi. Et quantum quilibet invenitur minus[g]) habere vel esse difformis isti regule, tantumdem ad corpus vel ad partem illius est delapsus, videlicet diaboli, qui primus in veri-

---

a) *add. ab ed. In A inscribitur tantum in folio superiore:* Incipit de Antichristo *(rubr.)* b) *ita A rubr.* c) extraneus *corr.* ex extraneis *A.* d) *ita A rubr.* e) *Cf. in vol. III. p. 3:* „Et hec (scil. regula generalis) erit aptissima ad hoc, ut homo per eam seipsum congnoscat, eidem comparatus, et ut congnoscat alios a se, precipue pseudomagistros, de quibus sermo, ad ipsam coequando facta et dicta eorum." — *Cf. etiam, quod de argumento tractatus de Antichristo ab auctore dictum est in vol. II, p. 69:* „Tercio loquendum erit de Antichristo et temporibus Antichristi membrisque ipsius vel apostolis simulatis, et illud fiet eciam per comparacionem ad regulam illam regiam sepe dictam." f) *post corr. A.* g) *add. in m. A.*

tate non stetit et ideo mendax est et pater eius[1]), quoniam omnis[a]) christianus, qui non cogitat, non loquitur vel non facit ea, que sunt ex[b]) hac et secundum hanc veritatem, est in tantum[c]) sors et membrum Antichristi et solo nomine christianus[d]).

Ille autem homo, qui in summo gradu inequalis est veritati isti notate, et non tantum difformis, sed persecutor ac dissuasor ipsius veritatis, est palam summe Antichristus tenetque caput corporis Antichristi, quia est in summo gradu habundancie iniquitatis et falsitatis, cui nequit ulla iniquitas Judei, Sarraceni vel gentilis comparari, quoniam Antichristus, ut ex nomine signatur, est vel debet esse summe contrarius Christo. Sic enim est ethymologia ipsius, quia ab „ante", quod est „contra", et „Christus" [derivatur]. Sed quia veritas vite Christi et doctrine fuit per hoc probata, ut dictum est II. huius c. [3][2]): diligere veritatem in corde, testificari in ore et facere in opere, ergo per contrarium falsitas vite Antichristi est odire veritatem, non tamen[e]) quamlibet, sed Christi Jhesu, id est salutarem, eam tacere, vel inpugnare in ore veritatem, opere non inplere. Et ista est proprie Antichristeitas[f]) congnita per comparacionem regule sepe dicte.

Ex quo sequitur, quod ille[g]) omnis est contrarius veritati Jhesu, qui cogitat vel loquitur male vel vivit male, quamvis[h]) confitetur se male facere, prout peccator publicanus. Magis autem contrarius est veritati Christi, qui agit male et dicit se bene agere, quia omnino offendit veritatem. Et talis est omnis simulator christianus. Et[i]) ideo dicit I. Jo. I[3]): „Si diximus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est. Si autem dixerimus", etc.

---

20) Antichristeitas *A*.

[a]) *hac voce excerpta in cod. D 1. 2 incipiunt. D 1. in marg. fol. super. alia manu inscribitur:* De Antichristo. *Quod etiam in cod. D 2. in marg. colore rubro scriptum legitur.* [b]) ex veritate et secundum veritatem Jhesu Christi *D 1. 2.* [c]) est tantum *D 1;* est iterum *D 2.* [d]) *post hanc vocem D 1. 2. cont.:* Ille enim omnis, *v. infra lin. 22.* [e]) *post corr. A.* [f]) Antichristi veritas *corr.* Antichristeitas *A in m.* [g]) Ille enim omnis *cont. D 1. 2.* [h]) *om. D 2.* [i]) Et — dixerimus, etc. *om. D 1. 2.*

[1]) *Cf. Joann. VIII. 44.* [2]) *Cf. libr. III, tract. II, c. 3, in vol. II. p. 46.* [3]) *I. Joan. I. 8. 10.*

Item omnis, qui simpliciter facit male et confitetur se velle male facere, est contrarius Christo Jhesu, sicut est manifeste iniqus christianus. Sed magis est contrarius veritati Christi is, qui promittit se non facere male et nolle facere male, et tamen facit, quia ita facit male, sicut precedens, et[a]) cum hoc specialiter, quia mentitur. Et ita faciunt iterum christiani et maxime votivi, ut sacerdotes et religiosi. Et[b]) propterea Christus, comparans tales veritati in parabola, dicit[1]): „Erat pater familias, [qui habebat duos filios], et dicit uni eorum: Vade, fili, in vineam hodie. Qui respondit: Nolo. Et post penitencia ductus ivit. Dixitque seniori: Vade tu in vineam. Qui respondit: Vadam. Et non ivit".

Item contrarius est veritati, qui simpliciter non credit veritati, et dicit se nolle credere eidem, veluti sunt pagani et Judei. Sed multo magis contrarius veritati eidem, qui promisit se credere et assumpsit signacula fidei, et tamen infideliter agit et non credit veritati post promissum, sicut[c]) sunt christiani iniqui et infideles.

Item omnis, qui manifeste agit male et patitur pro eo contemptum et confusionem, est contrarius Christo, qui manifeste fecit bonum. Sed magis est contrarius veritati Christi, qui male agit sub similitudine boni, et sic licet male agens, tamen utitur gloria et honore virtutis. Et talis est omnis yppocrita.

Item omnis, qui male agit, est contrarius Christo, quamvis nesciat esse tantum malum, quod agit, prout sunt simplices. Sed magis est contrarius veritati Christi, qui scit quantitatem mali, quod agit, et tamen ipsum excusat vel facit[d]) sibi ipsum leve. Ideo[e]) dicit psalmista[2]): „Ut non declines cor meum in verba malicie."

Item hic addere potes omnes alias circumstancias peccatum aggravantes, ut est magna persona et locus sanctus, in quo fit peccatum, et tempus et persona, contra quam fit offensa, et sic de aliis, que faciunt maiorem contemptum dei.

Ex istis colligitur Antichristeitas[f]), que est in summo contraria veritati vite Christi et doctrine. Et est, cum homo sciens malum, facit ipsum, et hoc facit cooperte sub similitu-

---

a) et hic *(sic)* *D 2.* b) Et — non ivit *om. D 1. 2.* c) sicuti *D 2.* d) facit *repetitur superflue in D 2.* e) Ideo — contemptum dei *om. D 1. 2.* f) Antichristi veritas *corr.* Antichristeitas *A in marg.*

1) *Matth. XXI. 28—30.* 2) *Psalm. CXL. 4.*

dine boni, et inde honorificatur[a]) ut bonus; et promisit seu vovit non facere ipsum malum, et non wlt confiteri se fecisse [malum] vel facere, ne perderet suam gloriam, et tamen facit malum, existens persona magna et digna in populo, et facit in loco sancto malum et per res sacras vel in rebus sacris et in tempore pleno gracia et veritate; et facit malum contra deum vivum vel contra filium dei iam sedentem ad dexteram dei patris omnipotentis, habens contemptum vel leviter accipiens Jhesum crucifixum et eius passiones. Et iste talis quicumque est proprie[b]) et maxime Antichristus [f. 131[b]], quia proprie et maxime [est] contrarius Jhesu Christo.

Quantumcumque autem talis „homo peccator et[c]) filius perdicionis“[1]) ad summum gradum vel locum virtuti soli et veritati ac iusticie adaptatum in populo christiano pervenerit, tunc[d]) procul dubio ille est vel erit ille summus et famosus Antichristus[e]), de quo multus sermo et multa fama est in populo christiano, quoniam tunc verum est vel erit, quod de[f]) Antichristo inquit apostolus[2]): „Filius iniquitatis extolletur super omne, quod dicitur[g]) aut quod collitur deus[h]), ita quod in templo dei sedeat ostendens se[i]), tamquam ipse sit deus.“ Non quidem [est] deus natura, sed participacione, neque deus in celestibus, sed deus in terrenis hominibus; ad quem sensum eciam dyabolus dictus est deus huius seculi[3]). De quo modo accipiendi deum, puta per[k]) participacionem, scriptura sancta in pluribus locis loquitur, vocans eos deos, qui inter homines sibi locum dei obtinent, in summo gradu veritatis et virtutis constituti aut in loco soli veritati et iusticie preparato[l]), sicut scriptum est[4]): „Deus, deorum dominus, locutus est et in medio autem deos diiudicat“, et iterum[5]): „Ego dixi: Dii estis“, et sequitur de summo Antichristo: „Vos autem sicut homines mo-

---

[a]) *post corr. in m. A.* [b]) *add. A sub lin.* [c]) *om. D 2.* [d]) tunc etc. *om. D 2. continuans:* Ex hiis verisimiliter, *v. infra p. 5, lin 13.* [e]) *post hanc vocem D 1. cont.* Ex hiis verisimiliter, *v. infra p. 5, lin 13.* [f]) de quo Antichristo apostolus inquit, quod extolletur ꝛc., *cont. D 1. 2., v. infra p. 9, lin. 2.* [g]) dicitur deus *D 1. 2.* [h]) *om. D 1. 2.* [i]) *ita D 1. 2.;* et ostendens *A.* [k]) *sup. lin. add. A.* [l]) *post hanc vocem D 1. 2. cont.:* Est vel erit, *v. infra p. 10, lin. 22.*

[1]) *II. Thess. II. 3.* [2]) *II. Thess. II. 4.* [3]) *Cf. II. Cor. IV. 4.* [4]) *Psalm LXXXI. 1:* „Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos diiudicat.“ [5]) *Psalm. LXXXI. 6. 7.*

riemini et sicut unus de principibus cadetis.“ Quis est iste princeps unus et ita insignis et singularis, quem propheta in spiritu loquens, vocat eum notanter unum principem, nisi iste pessimus christianus, scilicet Antichristus, qui unicum et summum apicem omnis principatus ecclesie dei per operacionem Sathane obtinebit? Et ideo unus proprie est nuncupatus, quia non habet sibi in ecclesia comparem, sed omnes excessit in[a]) loco altitudinis, in dignitate et honore et cum hoc in gradu omnis nequicie et falsitatis et in statu generositatis, diviciarum et omnis glorie huiusmodi mundi. Regula siquidem est, que ex proprietate sermonis est accepta, qua dicitur: Quod per superhabundanciam dicitur, uni soli convenit.

Et ex hiis verisimiliter potest autumari, quod Antichristus ille unus et summus non erit aliquis Sarracenus vel gentilis tyrannus potens neque Judeus vel alius extraneus a religione christiana, tum quia talis secundum[b]) intellectum iam tactum non elevaretur supra omne, quod dicitur deus aut quod colitur[1]), puta supra[c]) omnem ordinem dignitatis et auctoritatis ecclesie sacrosancte, tum quia tales iam tyranni valde multi precesserunt, utpote Romani imperatores, et tamen Antichristi esse[d]) non sunt proprie accepti vel iudicati, sed tyranni inpii[e]) et persecutores ecclesie sanctorum, tum[f]) quia illi nondum ut presbyter summum gradum iniquitatis atque falsitatis habuerunt, quoniam nequior esset in tali tyrannide et crudelitate, si foret dominus papa vel imperator christianus constitutus, tum quia non esset sub eodem genere religionis positus et per consequens non esset proprie Antichristus, id est Christo contrarius, quia secundum logicos contraria proprie debent esse sub eodem genere, ut album et nigrum, callidum et frigidum contraria sunt sub eisdem[g]) generibus, et ideo album frigido non potest dici vel esse secundum

---

14) Damascenus libro 4° in fine dicit, quod Antichristus veniet personaliter et nascetur ex fornicacione *D 1 in m. infer. folii 34*[b]. Antichristus non erit Sarracenus aut aliquis ethnicus *D 2 in marg. alia manu.*

[a]) *superscript.* et *A.* [b]) secundum intellectum iam tactum *om. D 1. 2.* [c]) super *D 1. 2.* [d]) *om. D 2.* [e]) impii *D 1; qui codex ante litteram* p *in compositis vocabulis consequenter scribere solet* im —, *prout et infra legitur* (impietas, impingeret, implicans, *etc.).* [f]) tum quia — est censendum *om. D 1. 2.* [g]) eodem *corr.* eisdem *A.*

[1]) *Cf. Thess. II. 4.*

se contrarium, eo quod sint de alio genere: simili modo hic secundum analogiam est censendum.

Item si Antichristus[a]) foret Judeus vel gentilis aut quivis[b]) infidelis, ille non esset secundum omne posse et ultimum Sathane informatus ad omne genus decepcionis et omnem viam sanctos invadendi, neque esset instructus secundum omnem fraudem sanctos decipiendi, sed esset sua inpietas et infidelitas ecclesie sanctorum satis notoria et manifesta. Antichristus autem ille venit aut veniet, invadens sanctos omni genere vincendi electos dei; que sunt tria, scilicet (1) tyranis[c]) vel potestas[d]) secularis, veluti precessit a gentilibus cesaribus Romanis; (2) prudencia carnis per argumenta contra Christum et scripture, quemadmodum fuit in hereticis; (3) simulata equitas, ficta sanctitas, videlicet multum ab extra apparens et arte Sathane transformata et non existens in veritate, sicuti[e]) est in yppocritis. Venit itaque aut veniet Antichristus contra sanctos omni fraude per dyabolum munitus[f]), ut ex ewangeliis et apostolo luculenter potest haberi. Propterea habundanciam malicie ipsius et decepcionis innuens, veritas dicit[1]): „Et erit tribulacio, qualis numquam fuit a tempore, quo homines esse super terram inceperunt, nec post futura est, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, et electi.“

## Capitulum secundum[g]).

*Antichristus est armatus vel opertus speciebus religionis christiane*[h]).

Item si esset Antichristus ille famosus Judeus vel gentilis aut alius extraneus a religione christiana, et ecclesiam dei sic manifeste inpugnaret, nichil novum vel inusitatum ecclesie accideret atque in nullo esset ecclesie mirandus, quoniam, ut dictum est, multi iam et multociens tales precesserunt [f. 132[a]] et in nullo sancte ecclesie prevaluerunt, sed ecclesiam perinde

---

[a]) si Judeus foret Antichristus *D 2.* [b]) aliquis *D 1. 2.* [c]) *ita corr. ab ed.;* tyranidis *omnes cod.* [d]) potestatis *D 1.* [e]) sicud *D 2.* [f]) *post hanc vocem D 1. 2. cont.* Unde contingit, *v. infra p. 8, lin. 9.* [g]) *ita A rubr.;* capitolum *scribitur in A; ita et inferius.* [h]) *ita A rubr.*

[1]) *Matth. XXIV. 21. 24. (libere allatum).*

laciorem et gloriosiorem effecerunt, ut patet per precedentes adversitates sancte ecclesie perscrutanti.

Quam ob rem Sathan non ea operacione formabit Antichristum, quia ipse valde novit iam per experienciam pluries, quod nec in modico nec in magno sic contra sanctos prevaleret. Sed ad sua arma solita remeabit, puta in yppocrisi summam religionis et locum supremum in religione per omnia instrumenta sapiencie et omnem apparatum virtutum, quantum sibi concedetur, suam iniquitatem colorabit et filium iniquitatis perarmabit. Et tunc sevissima erit iniusticia habens arma.

Similis equidem erit decepcio dyaboli ante adventum Christi extremum decepcioni, que precessit adventum primum, puta in religone Judeorum. Tunc enim, id est in tempore mortalitatis Jhesu, Sathan potestate vel auctoritate magistratus templi ac sacerdocii et potestate manus publice[a]) et iudicii[b]) ordinarii et ficta sanctitate et male intellecta legis dei execucione atque omni spe yppocrisis Christum Jhesum invasit, et est usque ad mortem persecutus. Sic eciam tempore Antichristi conformibus ficcionibus virtutem dei et sapienciam invadet et usque ad internicionem[c]) persequetur. Postquam siquidem dyabolus, secundum narracionem Christi Jhesu Marci[d]) [1]), dyabolus fortis, armatus custodiebat atrium domus, et in pace omnia silebant sub eius possessione, venit forcior eo dominus Jhesus crucifixus; tunc supperans dyabolum, arma eius abstulit et spolia divisit, forasque mundum eum proiecit, iniqum principem, sicque pace suis firmata abiit in longinquam regionem [2]). At Sathan, iam ab extra inermis, licet familiam Christi per mille vices obpungnaverit, tociens est expertus fortitudinem mulieris, sponse agni, quia eciam per mille vices et mille modis eciam ipsa contrivit caput suum, donec prorsus Sathan sub pedibus electorum secundum illam viam invadendi est contritus [3]). Et ecce moram faciente sponso venire, postquam omnes eciam virgines, et non tantum fatue, sed eciam prudentes dormitaverunt et dor-

---

a) publica *corr.* publice *A.* b) *ita emend. ab ed.;* iudicii et *A.*
c) *ita etiam in m. add. A.* d) *lacuna sequitur in A.*

1) *recte Lucae XI. 21. 22:* „Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quae possidet. Si autem fortior eo superveniens vicerit eum, universa arma eius auferet, in quibus confidebat et spolia eius distribuet."
2) *Cf. Lucae XIX. 12.* 3) *Imago ex Gen. III. 15 sumpta est.*

mierunt[1]), Sathan secundum altitudinem suam, quam nemo novit, nisi qui eum formavit, iterum[a]) arma ecclesie surripuit et spolia congregavit suaque mancipia nimis valde cumulavit, quia yppocrite sui multiplicati sunt sibi super numerum, et interim refriguit caritas et habundavit iniquitas multorum, assumptis secum nequioribus seipso septem spiritibus, domum ecclesie irrepsit et fere universa eius purgata et ornata inveniens, suis misteriis venenavit et infecit[2]).

Unde[b]) contigit[c]) ecclesie dei novissima tribulacio, pessima et supra qua dici potuit, peior priore, quoniam inimicus non iam afforis et per forenses obpugnat, veluti quondam foras [e]iectus per[d]) infideles obpugnavit[e]), sed intus iam per domesticos fidei intestinum bellum exaggerat[f]) nimis et intolerabiliter aggravando. Non insuper[g]) nudus vel nude invadit per manifesta scelera Christi simplices vel per peccatores publicos, sed armatus et opertus omni sciencia et arte atque religione et sanctitate, nec non simulacris virtutum miro modo et indicibiliter picturatis, ita ut ubi summam sanctitatem vel virtutum apicem videatur[h]) sibi populus comparasse, ibi summam iniquitatis et yppocrisis postremo congnoscet et dolebit se incurisse.

Horum autem omnium in summo loco et in summo gradu fuit vel est positus ille famosus Antichristus. Quare nequaquam sibi competit, ut veniat in statu gentilis vel alterius extranei a religione christiana. Si namque veniret in tali statu, puta exhibens se manifeste extraneum et infidelem Jhesu Christo cum omni splendore diviciarum et honorum carnalium vel mundialium et cum omni virtute Sathane prodigiorum et portentorum, non proficeret utique contra fideles Jhesu Christi, neque tantum inpingeret electos[i]) dei, ut, si fieri posset, eciam ipsi in errorem inducerentur[3]), quamvis forte sic prosperaretur in decepcione incredulorum, utpote gentilium et Judeorum[k]) et quorumdam nequam carnalium christianorum, de quibus est minima sollicitudo dyabolo, neque ulla facciosa[l]) decepcione sibi[m]) opus

---

a) *rasura seq. in A.* b) *cont. D 1. 2.* c) contiget *D 2.* d) *ita D 1. 2; om. A.* e) oppugnabat *D 1. 2.* f) eraggerant *corr.* exaggerat *A.* g) omnis *sequitur in A, sed postea del.* h) videbatur *D 2.* i) in electos *A D 2;* electos *D 1.* k) Judeorum et gentilium *D 1. 2.* l) facciosa *D 1. 2;* ficciosa *A.* m) est sibi *D 1. 2.*

1) *Cf. Matth. XXV. 1 sq.* 2) *Voces singulae passim ex biblia haustae sunt.* 3) *Cf. Matth. XXIV. 24.*

contra istos, cum sint eius, neque Christo sunt [f. 132b] hii preciosi, cum spiritum eius non habentes non sint[a]) eius[b]); sed de sanctis primum et maxime Sathan negociari satagit et sataget per Antichristum, quia sancti sunt „cibus ipsius electus“ [1]), ad quem ipse dyabolus totis suis conatibus anhelavit, sicut scriptum est Job XL [2]): „Absorbebit flumen et non mirabitur, habet fiduciam, quod Jordanis influat in os eius.“ Quapropter principaliter et maxime contra electos seducendos subtiliter armabit Antichristum et suos satellites. Ergo non solum palam mala suggeret, sed specie bonorum sagacissime cooperta, quia, ut dictum est in primo tractatu [3]), ille est sibi modus et fuit a principio convenientissimus emulatores bonorum seducendi. Vero si ita veniret Antichristus, puta cum prodigiis et portentis, alias tamen manifeste se ostendens incredulum et persecutorem religionis christiane, illud nullum foret novum, quia iam tales plurimi deceptores precesserunt, utpote Symon magus, Saroen et Arphaxat et apostata Julianus, qui mira portenta et prodigia per operacionem spirituum iniquorum perfecerunt. Non est neque igitur erit itaque incredulus Antichristus tyrannus.

## Capitulum tercium[c]).

*Descripcio*[d]) *Antichristi*[e]).

Sed neque erit [Antichristus] aliquis christianus potens, tyrannus et persecutor manifestus Jhesu Christi tantum[f]), quia talis nondum ad plenitudinem iniquitatis perveniret, quoniam nequior eo foret, qui sub specie sanctitatis et summe religionis sanctos deciperet et introduceret in ecclesiam contemptum dei sapiencie et virtutis Jhesu Christi; neque insuper talis summum locum attingeret dignitatis, quia superior valde eo foret status ecclesie sacerdotum, presertim status summi sacerdotis. Et ita solum per tyrranidem et potenciam noceret christianis, et per

---

[a]) sunt *D 1. 2.* [b]) *post hanc vocem D 1. 2. cont.* De quo Antichristo, *v. supra p. 4, lin. 18.* [c]) *ita A rubr.* [d]) Describcio *A.* [e]) *ita A rubr.* [f]) *corr. ab ed.;* tamen *A.*

[1]) *Cf. Habacuc I. 16.* [2]) *Job XL. 18.* [3]) *vide in libri III, dist. IV, c. 35, vol. II, p. 291.*

hoc similis esset per omnia tyranno incredulo et gentili, potenti adversario ecclesie sacrosancte. Quamobrem, ut prius dictum est, nocere usquequaque ecclesie sanctorum non valeret, maxime per subtilitatem decepcionis.

Sed neque eciam persona quevis indifferens potencia vel specie religionis christiane fallaciter erit Antichristus, quoniam auctoritatem, quod est potentissimum ad convincendum simplices, non haberet, et talis similiter nocere non posset, quia ab auctoritate pari sancte ecclesie vel superiore sibi occur[r]eretur, et per consequens de facili inpediretur, ut notum est et precessit simile de quam plurimis, veluti hereticis, qui nocere sanctis subdole cupierunt.

Item neque una sola persona religione christiana operta, quantacumque auctoritate sit prepotens vel potestate et diviciis excellat, erit Antichristus, tum quia a multitudine fidelium excuteretur faciliter et communicaretur suum esse iniquum machinatum, ut gestum est de plurimis, qui existentes heretici aut alias iniqui, summam sedem ecclesie ascenderunt, qui ex eo, quod non habuerunt assistenciam, persistere non valuerunt, — tum quia si in uno loco ecclesie dampna talis ingereret, tamen latitudinem orbis ecclesie nequaquam posset suis studiis viciare.

Est[a]) vel erit igitur *Antichristus* homo veritati vite Christi et doctrine *fraudulenter* contrarius, christianus pessimus[b]), sed vel ex toto vel ex maiori parte in malicia *coopertus*, vel falso nomine christianus, *summum gradum in ecclesia possidens* summamque auctoritatem super omnem personam clericalem et layca[le]m[c]), de plena potestate gloriam habens, summa collegia divitum seculi et sapientum per universam ecclesiam non ex sua tantum, sed ex Sathane operacione suis studiis et voluntati [habens] consentanea, pollens omnibus mundi diviciis, auctoritate et honore, maxime autem et principaliter hiis bonis, que sunt Christi Jhesu, ut sunt scripture, sacramenta et species religionis, ad suam propriam gloriam et cupiditatem abutens, ea, que sunt spiritualia, ad carnem simulate retorquendo, et ea,

---

22) Nota, qualis erit Antichtistus *A alia manu.* — Antichristus qualis sit futurus *D 2 in marg. alia manu.*

a) *contin. D 1. 2.* b) christianus *om. A.* c) laycam *A D 1.*

que sunt ad salutem per Christum posita et concessa, ad seduccionem a veritate et virtute Christi Jhesu subtiliter et operte coaptando, puta ut christiani alii per hoc facilius et apparencius atque periculosius ad avariciam, luxuriam et superbiam mundi deflectantur et seducantur.

Non autem hec ipsemet perficiet vel facere intentabit[a]), sed spiritus demoniorum per similes sibi yppocritas illa facient, per totam ecclesiam dense multiplicatos. Non est[b]) autumandum, quod puta isdem Antichristus congregaret sibi aliquam sectam singularem vel discipulos et apostolos suis iniquis studiis consentaneos aut[c]) specialia collegia et turbas suorum manifeste populorum, ut sic, videlicet notorie et publice, ecclesiam invaderet, atque siccine verbo suo et predicacione sui nominis in populis manifesta gentes post se seduceret[d]), veluti [f. 133ª] fecit Machometus in Sarracenis. Non faciet tali modo, nam hoc fieret vel tyranice solum et nimis manifeste, vel stolide et rudi modo[e]), et per consequens non usquequaque subtiliter deceptorie in tantum, ut in errorem inducantur, si fieri potest, et electi. Et ille modus per omnia esset similis modo[f]) incredulorum tyrannorum vel principum christianorum inpiorum et manifeste iniustorum, qui tamen modus nocendi dei ecclesie non conpetit Antichristo, quoniam ipse veniet secundum subtilissimum, pessimum et ultimum genus seduccionis[g]). Et eciam ille modus fieret vel appareret fieri secundum facultatem et operacionem hominum, quamvis non sine dyabolo. Adventus autem Antichristi dictus est fieri ab apostolis secundum operacionem Sathane[1]) et alibi secundum operacionem demoniorum[2]).

Magis verisimiliter ergo credendum est, quod Sathan secundum altitudinem suam et potestatem, cui nulla potestas super terram potest conparari, longe ante per suos malignos spiritus, per dei iusticiam et permissionem, multitudinem tepidorum christianorum, et qui post carnem abierunt, per septem malignos spiritus nequiores per universum orbem ecclesie insistens, inspirabit et, potenter occupans, demum ascendet multi-

---

[a]) attenptabit *D 1. 2.* [b]) enim *add. D 1. 2.* [c]) quod aut *A.* [d]) se *sup. lin. add. A.* [e]) *add. in m. A.* [f]) modo — qui *in m. add. A.* [g]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Quid obsecro, *v. infra p. 19, lin. 19.*

[1]) *Cf. II. Thess. II. 9.* [2]) *Cf. I. Tim. IV. 1.*

tudinem populorum et summa eciam collegia, rectores et magistratus, donec vel totam massam vel secundum maiorem partem ecclesie auctoritate, eloquencia et sapiencia atque diviciis et gloria potenciorem fermentabit. Ipse inquam dyabolus sua spirituali operacione et coloratissima atque efficacissima ad seducendum illa perficiet, donec ita corpore suo magno et lato et, quanto magis potest, Christi mistico corpori similimo, ordinato, solidato et compacto, in quantum sibi concedatur, tunc demum caput sui corporis eciam mistici audebit formare et revelare, imitans in hoc[a]) quemlibet furem vel latronem, qui licet multa mala clam faci[a]t et machinetur, caput tamen suum producere in publicum non presumit, donec se potenciorem esse viderit, quam hii, quibus ausus est multa dampna intulisse. Et sic perinde ad hoc devenit, ut quondam fur et latro occultus, iam manifeste iniurias et mala inferens, fiat princeps iniustus et tyrranus, quemadmodum quidam astutus pyrata legitur magno Allexandro audacter respondisse: „Ego, inquit, quia una nave, subaudis occulte et private, spolio, pyrata vocor; tu, quia classe mundum spolias, puta manifeste et potenter, inperator vocitaris."

Quod autem sic Sathan corpus misticum Antichristi, a longe augmentans et furtive, in unum conpegerit bestiaque sic de mari ascenderit, sibi plurima capita coaptans et adunans mistice et successive, facile doctus secundum Christi Jhesu spiritum intelliget: quicumque desierit esse de corpore Antichristi et, desinens inpie contra fidem Jhesu ac in fide agere, incipiet esse aquilla et ad corpus suum congregari [1]), quoniam Apok. XV. scriptum est ad propositum manifeste [2]): „Ecce, venit sicut fur. Beatus, qui vigilat et vestigia sua custodit, ne nudus appareat et videatur turpitudo sua." Et veritas, Jhesus noster[b]), postquam de istis diebus multa est locutus, subiunxit[3]): „Vigilate, quia nescitis, qua hora dominus vester venturus est". Et tunc ad propositum [4]): „Illud autem scitote, quia si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret utique et non sineret perfodi domum suam." Imbutus vero fermento Pharyseorum, quod est yppocrisis [5]), non tantum non intelliget, ubi est modo

[a]) per hoc *corr.* in hoc *A.* [b]) *correctura praecedit in A.*

[1]) *Cf. Matth. XXIV. 28.* [2]) *recte Apoc. XVI. 15.* [3]) *Matth. XXIV. 42.* [4]) *Matth. XXIV. 43.* [5]) *Cf. Lucae XII. 1.*

Christus vel Antichristus, sed eciam pro Christo suscipiet Antichristum, ymmo Antichristum zelanter conmitans, Christum Jhesum et suos pessimis conviciis atque iniuriis persequetur. Omnia hec siquidem scit et potest altitudo Sathane operari in hiis, qui Christum habere in noticia non probaverunt et a veritate auditum avertentes ad fabulas sunt conversi [1]), vel, congnita virtute Christi et veritate, rursus prolapsi, retrorsum abierunt [2]). Ideo scriptum est in Daniele de tempore Antichristi [3]): „Impie agent impii et non intelligent omnes impii, porro docti intelligent.“

## Capitulum quartum [a]).

*De illis, qui predicabunt contra Antichristum* [b]).

Et nota, si vales, ea, que secuntur in propheta [4]), que respiciunt tempus presens, quoniam describit tempus ablacionis iugis sacrificii, enumerat tempus posicionis in templo abhominacionis in desolacionem et tunc tempus reparacionis ecclesie sacrosancte, quorum exposicionem require in tractatu primo huius libri [c]) [5]), excepto, quod hic ponit tempus, in quo sancta ecclesia [f. 133$^{b}$] incipit aliquo modo singulari restaurari post miserias suas precedentes. Ubi adverte, si pro die capiatur annus, secundum scripturam, que dicit [6]): „Diem pro anno dedi tibi“, et inchoacio numeri per [d]) prophetam expressi ab anno incarnacionis domini Jhesu intelligatur, tunc illud tempus, quod beatum dicit propheta vel in eo presentes, iam currit et incepit ab annis XL$^{a}$V., quoniam post annos M$^{e}$CCC.XXXV. ab incarnacione domini propheta innuit illud tempus advenire, qui anni procul dubio ante annos XL$^{a}$V. nunc sunt completi. Hec au-

---

13) Nota *A*.

a) *ita A rubr.* b) *ita A rubr.* c) *lacuna sequitur in A.* d) *super lin. add. A.*

1) *Cf. II. Tim. IV. 4:* „Et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.“ 2) *Cf. Hebr. VI. 6* (prolapsi) *et Joan. XVIII. 6* (abierunt retrorsum). 3) *Daniel. XII. 10.* 4) *Daniel. XII. 11—12:* „Et a tempore, cum ablatum fuerit juge sacrificium et posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. Beatus, qui expectat, et pervenit usque ad dies mille trecentos triginta quinque.“ 5) *recte vide infra distinctionem XII.* 6) *Ezech. IV. 6.*

tem probet et videat unus quisque tali racione, si et in quantum videtur esse consonum veritati et si et in quantum in hiis potest edificari.

Item docilis secundum spiritum Jhesu Christi facile videre poterit, quod modus operacionis Sathane ad corpus sui Antichristi aliqualiter iam descriptus, scilicet spiritualis et longe ab ante successivus, est per multa designatus et expressus in scripturis et singulariter II. Thessa. II.°, ubi dicitur [1]: „Nam misterium iam operatur“, id est secrete, „iniquitatis“, introducendo videlicet in populo christiano nequiciam suam, eam operiens speciebus religionis et sanctitatis. „Tantum [ut] qui tenet [nunc], teneat, donec de medio fiat“, subaudis supple sublatus de medio malorum vel de medio huius corporis et mundi ad vitam eternam futuram; vel donec fiat de medio, id est de proprietate et disposicione medii, puta in quiete medii, quia in medio est quies, vel in medio quelibet res et virtus quietatur, extrema autem sunt labor et excessus; inde venit wlgo in proverbium communiter ad dicendum: „Ego volo esse de medio“, id est in quiete vel in pace; aut donec aut de medio ecclesie fiat, supple sublatus per Christum Jhesum Antichristus, de quo mox infertur [2]: „Et tunc revelabitur ille iniquus, quem dominus Jhesus interficiet spiritu oris sui.“

Qui modus interficiendi Antichristum, caput omnium iniquorum videlicet et corpus eius, non videtur magis proprie hic intelligi alius, nisi quia dominus Jhesus inspirabit suos electos sacerdotes et predicatores, replens eos spiritu Helye et Enoch, id est spiritu zeli et innocencie, spiritu fervoris et puritatis, spiritu strenuitatis et devocionis, multiplicabitque tales et mittet adhuc semel per mundum universum suos angelos, ut colligant de regno suo omnia scandala [3]), adhuc, inquam, semel movebit per eos celum et terram, et per eos occidet prefatum Antichristum, id est totam multitudinem Gog et Magog [4]), qui usque modo castra sanctorum potenter ambientes, per auctoritatem et yppocrisim electos dei afflixerunt et multas gentes a veritate dei et virtute seduxerunt verbo suo et exemplo, ficte negociantes de simplicium animabus. Et isti sacerdotes et Levite amicissimi in Christo Jhesu [5]) occident cetum in mari [6]), et divi-

---

1) *II. Thess. II. 7.* 2) *II. Thess. II. 8.* 3) *Cf. Matth. XIII. 41.*
4) *Cf. Apoc. XX. 7—8.* 5) *Cf. Joann. I. 19.* 6) *Cf. Isaiae XXVII. 1.*

dent corpus eius, quod pridem conpactum nimis erat[a]), tamquam scuta fusilia[1]), quia ipsi prudentes negociatores[2]) non querent, que sua sunt amplius, sed Jhesu Christi[3]), videlicet salutem animarum. Quamobrem lucrabuntur multas animas et extrahentes eas de corpore Antichristi, Christo Jhesu incorporabunt in eternum. Propter quod scriptum est Job XL[4]): „Concident eum amici, divident eum negociatores.“ Et isti sunt, qui multiplicabuntur in senecta ecclesie uberi et bene pacientes erunt, ut anunccient[5]), et restaurabunt omnia. Et isti sunt angeli, qui de regno Christi colligent omnia scandala[6]), et isti convertent corda patrum ad filios et corda filiorum ad patres[7]), quia spiritu Jhesu unitivo per eos operante et inflante ossa arida[8]), id est fidem mortuam multorum, per latitudinem campi[9]) ecclesiastice culture carnibus suis, et iterum vestita vivent fide filii dei, et in unitatem vite Jhesu multi confluent, colligati in vinculo ferventis caritatis plebesque amabunt et obedienter sequntur suos patres. Patres autem, id est sacerdotes, qui wlgo dicuntur curati, fideliter suos subditos diligent, sollicite eos nutrient verbo et sacramentis et gubernabunt.

Sic itaque et tali modo Christus Jhesus interficiet Antichristum spiritu oris sui[10]), id est per os predicatorum suorum, ignem zeli et caritatis spirancium[b]) inimicos eorum devorantem[11]), sicud serpens Moysi devoravit serpentes magorum Pharaonis[12]). „Destruetque, inquit apostolus[13]), Christus [f. 134[a]] illustracione adventus sui eum, cuius est adventus secundum operacionem Sathane in omni virtute et signis et prodigiis mendacibus et in omni seduccione iniquitatis hiis, qui pereunt, eo quod caritatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent. Ideo mittet illos deus in[b]) operacionem erroris, ut credant mendacio, ut vindicentur[c]) omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.“

---

[a]) erat *A*. [b]) in i. *A*. [c]) inducentur *biblia*.

[1]) *Cf. Job XLI. 6.* [2]) *Cf. Job XL. 25* (divident illum negotiatores). [3]) *Cf. Philipp. II. 21.* [4]) *Job XL. 25.* [5]) *Cf. Psalm. XCI. 15—16.* [6]) *Cf. Matth. XIII. 41.* [7]) *Cf. Malac. IV. 6.* [8]) *Cf. Ezech. XXXVII. 4* (ossa arida, audite verbum domini). [9]) *Cf. Deuter. XXXIV. 3* (latitudinem campi). [10]) *Cf. II. Thess. II. 8.* [11]) *Cf. II. Machab. IX. 7* (ignem spirans animo in Judaeos). [12]) *Cf. Num. XXI. 8—9 (discrepat).* [13]) *II. Thess. II. 8—11.*

## Capitulum quintum[a]).

*Quod sicut Antichristus venit per longa tempora successive, ita eciam destruetur successive, et de signis mendacibus Antichristi*[b]).

Illa autem, que dicta sunt, puta occisio Antichristi et multiplicacio veracium testium et predicatorum Christi Jhesu, a modico et pauco incipiens, successive invalescet, donec perficiantur universa, que, ut dictum est, post M.[c])CCC.XXXV. annos a nativitate Christi iam inchoarunt. Sic etenim describit eam, scilicet successivam in augmentum, dominus per Ezechi[e]lem et de ossibus loquens enigmatice aridis ca.º 37[1]) et[d]) de aqua[e]) de latere dextro egrediente ca.ª 47º[2]). Propterea scriptum est[f])[3]): „Qui crediderit, utinam festinet."

Ubi est attendendum, quod Sathan misterium Antichristi in Christi ecclesia longe ab ante successive est operatus usque modo, sub speciebus bonorum mala subintroducens in[g]) dei populum et bonos ritus deducendo in abusum, continue perinde multiplicando amplius et amplius et dilatando suos capitosos errores sanctis dei electis, usque dum fere omnia decora ecclesie yppocrisi fermentaret et valde colorate converteret in negociacionem avaricie, vane glorie et concupiscencie carnalis. Sicque in ecclesia sub speciebus honestatis horrenda vicia introduxit et in summis fastigiis et personis collocavit, quatenus, per hoc male operans, redderetur incorrigibilis omnis homo christianus, et tanto securius et quasi dormiens ad infernum properaret, et ipse Vehemot[4]), id est dyabolus, siccine inperturbatus quiesceret in multitudine yppocritarum infinita, in quibus existit solum apparencia, sed non veritas sanctitatis et religionis, sicut scriptum est[5]): „Habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem abnegantes." Et iterum alia scriptura de dyabolo dicit[6]): „In secreto talami dormit et

---

[a]) *ita A rubr.* [b]) *ita A rubr.* [c]) *rasura praecedit et sequitur in A.* [d]) *sup. lin. add. A.* [e]) qua *corr.* aqua *sup. lin. A.* [f]) *lacuna seq. in A.* [g]) *corr. praecedit A.*

[1]) *Cf. Ezech. XXXVII. 4.* [2]) *Cf. Ezech. XLVII. 1 sq.* [3]) *Isaiae XXVIII. 16, ubi recte dicitur:* „Qui crediderit, non festinet." [4]) *Cf. Job XL. 10.* [5]) *II. Tim. III. 5.* [6]) *Job XL. 16:* „Sub umbra dormit in secreto calami et in locis humentibus."

umbre", id est species sanctitatis protegunt umbram eius, id est excusaciones in peccatis, prout hodie nimis heu, heu est videre.

Sicut igitur Sathan ita successive et facciose misteria Antichristi sui in ecclesiam introducens, dilatavit et confirmavit, abscondens laqueos et dicens [1]: „Quis videbit eos", ita e converso dominus Jhesus, diutive et successive adveniens in suis dilectis discipulis ante diem extremi iudicii, scilicet in multitudine predicatorum copiosa, tandem nocte cecitatis novissime irruet super gentes Gog et Magog [2], id est super infinitam multitudinem yppocritarum per ecclesiam universam, quasi Gedeon super Madianitas [3], cum fragore langungularum[a]) et fulgore. Et tunc dominus Jhesus suum iuge sacrificium, id est cottidianam aut alias crebram manducacionem et potacionem sui corporis et sanguinis in plebibus christianis, quod dudum erat per antichristos ablatum, reformabit et in habundancia restituet hiis, qui eum diligunt et expectant grati adventum eius. Et tunc fiet sermo, qui scriptus est [4], quod panis subcinericius, de castris Gedeonis veniens, universam Madianitarum multitudinem devastabit, per hoc populum Israel restituens pristine libertati.

Et ita fiet, quod eciam successive dominus Jhesus illustracione adventus sui destruet eum, „cuius adventus est secundum operacionem Sathane in omni virtute et signis et prodigiis mendacibus" [5], id est mencientibus ea fieri in nomine Christi, cum tamen non sint, sed ab operacione Sathane mistica, vel fingentibus ea fieri et divulgantibus, cum tamen nichil sit, nisi mendacium et illusio dyaboli, ut sic gloriose nequissimi yppocrite lucrum et gloriam in populis sibi comparent et de animabus negocientur. De quibus yppocritis scriptum est Mt. VII [6]: „In illa die multi dicent michi: Domine, domine, nonne in nomine tuo demonia eiecimus et in nomine tuo virtutes multas fecimus et in plateis nostris docuisti? Quibus respondebit filius hominis: Discedite a me, operarii iniquitatis. Non novi vos." Ve igitur signis et portentis et maxime illis,

---

a) *ita A.*

1) *Psalm. LXIII. 6.* 2) *Cf. Apoc. XX. 7.* 3) *Cf. Judic. VI. passim.* 4) *Judic. VII. 13.* 5) *II. Thess. II. 9.* 6) *Matth. VII. 22—23, libere allatum.*

qui ea glorificant et diffamant propter suam gloriam, que fiunt in temporibus novissimis [f. 134[b]] et maxime post annos ab incarnacione domini M.º CC. IX. C.[a]), quia omnia aut ut plurima ipsorum facta sunt et fiunt et permittuntur fieri per operacionem Sathane, ut yppocrite in sua vita carnali et tepida abhominabilique ipsi Christo Jhesu per talia confirmentur et glorificentur ab hominibus, ipsi et loca eorum, et ceteri simplices per talia portenta cadant ad partem ipsorum et ad lucrum et sic valde subtiliter et colorate seducantur. Et quanto magis talia signa et portenta famantur fieri in nomine Christi vel per ymagines vel per reliquias sanctorum et in locis sacris, tanto dico ea esse magis periculosa, quia magis efficacia ad seducendum simplices in errores, puta ut dimissa veritate sacramentorum ecclesie sequantur inrevocabiliter fabulas et adinvenciones hominum atque supersticiones negociatorum in domo dei, et quatenus, sic obliti Christi Jhesu crucifixi, iustificaciones suas statuant et inquirant in illis rebus, que ipsis nichil potuerunt prodesse ad salutem in tempore oportuno.

Hec est igitur principalis cogitacio Sathane per talia signa et portenta, que modo menciuntur fieri, quod per ea confirmet suas iam diu inmissas yppocrises et facciosa misteria Antichristi et errores, et ut ita ea depingat in omni seduccione et maxime, ut dictum est, sub nomine Jhesu Christi vel per res sacras, ut sic in tantum proficiat, quatenus si fieri potest, eciam electi dei in errorem inducantur[1]). Quapropter sequitur in apostolo[2]): „Et in omni seduccione iniquitatis hiis, qui pereunt, eo quod caritatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent. Ideo mittet illos deus in operacionem erroris, ut credant mendacio, ut vindicentur[b]) omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserint iniquitati."

Ecce, quam propria[c]) et plena causa hic redditur, quare deus permittet Sathane tantam seduccionem operari, quia hoc fiet maxime propter ingratos christianos, quibus Christus et humilitas eius atque crucis ignominia sunt tamquam mortua a corde, ita quod ipsum deum esse, cum congnovissent, non sicut deum glorificaverunt, neque gracias egerunt, sed evanuerunt in cogitacionibus suis[3]) et totaliter ad carnem et ad

---

[a]) *ita A pro 1290.* [b]) iudicentur *biblia.* [c]) *corr. ab ed.;* proprie *A.*

[1]) *Cf. Matth. XXIV. 24.* [2]) *II. Thess. II. 10—11.* [3]) *Cf. Rom. I. 21.*

mundum retrorsum abierunt[1]), ponentes Christum post suam carnem, sacramenta Christi et potissime corpus eius et sanguinem contempserunt et ideo obmiserunt grate ipsum manducare frequenter et confiteri. Verbum dei quoque et omnis scriptura divinitus inspirata facta est eis nimis communis et inveterata et levis, tamquam fuerit fabula[a]) vel canticum, quod dulciter sonat. Nam audiunt quidem, sed non faciunt, locuntur, sed menciuntur, quia confitentur se nosse deum, factis autem eum negant, et omnis vita et virtutes Jhesu et beatorum eius apostolorum et martirum istis nequam christianis iam venerunt in nauseam et in abusum, itaque cum levi animo ea audiunt et suscipiunt, et non, ut dignum est, cum timore et tremore.

Hinc est, quod dyabolus hodie tantam accepit a domino ad decipiendum potestatem, ad omne genus seduccionis conponendum, sed totum occulte et in misteriis Antichristi in tantum, ut eciam in nomine Christi et per res propinquas sacris[b]) et in loco sacrato, ut per ymaginem Christi et per ossa et alias reliquias sanctorum menciatur fieri sua signa et portenta. Quid[c]) namque, obsecro, mirabile potest esse fideli christiano, si Sathan accipiat potestatem propter dei vindictam consummandam iniquis, videlicet ut[d]) eciam per ymagines Christi vel per ossa sanctorum portenta et sua signa fieri menciatur, cum habuerit potestatem aliquando sibi datam, ut posset portare eciam ipsummet et corpus ipsius contrectare, utpote[e]) patuit tunc, quando Jhesum temptavit et demum mediante manibus Judeorum ipsum conspuit, flagellavit et occidit, et similiter cum habuerit super sanctos Christi[f]), qui iam erat pleni spiritu sancto, tantam potestatem sibi datam, ut ipsos per se, quemadmodum beatum Anthonium, flagellaret et per alios suos iniquos usquequaque beatos apostolos et martires cruciaret? Cur igitur adhuc quis mirabitur[g]), si modo habeat potestatem per nequam yppocritas suos et ymagines Christi et sanctorum ossa contrectare et facere sua signa et prodigia per ipsa et portenta, ut sic „hii, qui pereunt, omni seduccione se-

---

[a]) *corr. ab ed.;* fabule *A.* [b]) sacras *corr.* sacris *A.* [c]) Quid obsecro *cont. D 1. 2.* [d]) *om. D 1.* [e]) ut quando temptavit eum *D 1. 2. cet. om.* [f]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* In ecclesia sanctorum, *v. infra, p. 23, lin. 17.* [g]) mirabiliter *corr.* mirabitur *A.*

[1]) *Cf. Judae 7* (abeuntes post carnem).

ducantur, eo quod caritatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent. Ideo dimittet illos deus in operacionem erroris, ut credant[a]) mendacio omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati" [1]). Namque[b]) Sathan et potest talia et maiora, si et in quantum sibi permittitur. Propterea siquidem scriptum est Apok. I. [2]): „Quis novit altitudinem Sathane?"

Cum itaque, sicut dictum est, ypocrisis, fraudes dyaboli et omne genus seduccionis et maxime, in quibus et per que christiani suam salutem inquirebant, in illis per operacionem [Sathane] fiunt offendicula et errores multiplicati, dilatati et confirmati, necesse est, ut veniant a regione viri oculati, pennati, qualificati ut aquile, qui non ignorant cogitaciones Sathane et qui possunt Antichristum denudare, ipsius misteria revelare et tollere [f. 135[a]] scandala omnia de regno Christi [3]). Et illi sunt predicatores predicti et gloriosi, et ipsi per spiritum oris Jhesu Christi interficient Antichristum et dispercient corpus eius et vorabunt et Christo incorporabunt.

## Capitulum sextum[c]).

*Quod in ecclesia primitiva Antichristus fuit invalidus*[d]).

Notandum autem hic, quod A n t i c h r i s t u s d i c t u s e s t m o d o s i n g u l a r i e t a p r o p r i a t o f i l i u s i n i q u i t a t i s non tantum propter aliquam singularem iniquitatem, sed propter[e]) superhabundanciam omnis[f]) iniquitatis, de qua habundancia dominus [4]): „Habundavit, inquit, iniquitas multorum." Itaque dyabolus, primus homicida, potest pater dici iniquitatis, quoniam invidia dyaboli peccatum intravit in orbem terrarum [5]), et veritas de eo [6]): „Mendax est, inquit, et pater eius." Igitur habundanciam iniquitatis una cum concupiscencia hominum parit et producit dyabolus. Pro eo scriptum est in Ezechiel [7]): „Pater tuus Amorreus et mater tua Cetura."

---

a) ut credant *add. A in m.* b) Namque — permittitur *add. A in m.* c) *ita A rubr.* d) *ita A rubr.* e) *ita corr. ab ed.;* per *A.* f) et omnis *A;* et *om. ab ed.*

1) *Cf. II. Thess. II. 10—11.* 2) *Cf. Apoc. II. 24* (qui non cognoverunt altitudines Satanae). 3) *Cf. Matth. XIII. 41.* 4) *Matth. XXIV. 12.* 5) *Cf. Sap. II. 24:* „Invidia autem diaboli mors introivit in orbem terrarum." 6) *Joan. VIII. 44.* 7) *Ezech. XVI. 3.*

Suppositis igitur illis, que de tempore expresso per Daniel paulo supra dicta sunt, nunc ad demonstrandum tempus illius famosi Antichristi sic erit racionative accedendum.

[I]. Et primo per investigacionem qualitatis temporum.

Ecce enim in principio ewangelii virtus dei et sapiencia ecclesiam ex alto induit[1]), et filios virtutis et sapiencie, id est apostolos et martires, multiplicavit, omne semen verum et fidele[a])[2]). Et tunc eciam iniquitas dyaboli concepit Antichristum. De quo in ewangelio admirative dictum est[3]): „Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo, etc.?“ Sequitur ad propositum: „Unde ergo zyzania fuerit?“ Igitur tunc iam inicia Antichristi in pseudochristianis, primum ex Judeis et ex Grecis, de quibus Jo.[b])[4]): „Et nunc Antichristi multi sunt.“ Et vide concorditer ad supradicta, quod non Judeos, non gentiles vocavit Jo[annes] Antichristos, sed falsos christianos vel iniquos. Sed quia filii virtutis dei et sapiencie, induti dominum Jhesum Christum, fortiter regnum ecclesie sancte tenuerunt, sedes supremas et rectoratus et omnia officia publica iuste et sancte administrantes, et idcirco fortiter iniquitatem restrinxerunt, quemadmodum potest patere in eo, quod Petrus Symonem subdolum[5]) et Ananiam et Saphiram[6]), et Paulus Elymam[7]) viriliter excusserunt de ecclesia, sibi ne nocerent et per alios deinceps, propter quod non potuit habundare iniquitas manifeste, quia eius partus pessimos, precipue manifestos, adhuc parvulos et paucos ecclesia dei valide ad petram, id est Christum, scilicet virtutem dei et sapienciam, allisit et excussit, sicut scriptum est[8]): „Beatus, qui tenebit et allidet parvulos tuos usque ad petram.“

Et exinde fuit a principio ecclesie iudicio meo, quantum possum elicere ex prophetis, usque ad annos M.CC., [quod] omnis iniquitas et peccata mortalia manifesta fuerunt districte punita et extirpata, ita quod nequaquam prodire in publicum vel in commune vulgi valuerunt. Similiter mali christiani seu heretici multiplicari in ecclesia, dumtaxat catholica et apostolica, nequaquam valuerunt, neque eciam caput

---

a) infidele *corr.* fidele *A.* b) *lacuna sequitur in A.*

1) *Cf. Lucae XXIV. 49:* „Vos autem sedete in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto.“ 2) *Cf. Jerem. II. 21* (omne semen verum). 3) *Matth. XIII. 27.* 4) *I. Joan. II. 18.* 5) *Cf. Act. X., passim.* 6) *Act. V. 1 sq.* 7) *Act. XIII. passim.* 8) *Psalm. CXXXVI. 9.*

Antichristi erigere potuit[a]) dyabolus. Quemadmodum Christus est caput ecclesie sanctorum, caput vero Christi deus[1]), sic Antichristus est caput ecclesie malignancium et caput Antichristi dyabolus cum septem suis nequioribus se spiritibus. Et hic fuit per Christum Jhesum victus et foras mundum proiectus et dehinc per Christi apostolos sub pedibus contritus, sicud supra cap.º II.º dictum est; quapropter regnare nequivit, quoniam viri sapiencie dei et virtutis, auctoritatem et rectoriam fidelem et puram in Christo obtinentes, potenter tales iniquos expugnarunt, convicerunt, excommunicarunt atque punierunt. Et tunc solum et maxime excommunicacio[b]) propter peccata mortalia vel alia quelibet notoria scelera fulminata legittime et sancte. Peccata et peccatores coherrebant, secundum illud ewangelii[2]): „Si peccaverit in te frater tuus“, etc., et paulo post[3]): „Si te non audierit, dic ecclesie. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.“ Et sequitur ad propositum de excommunicacione talium[4]): „Amen dico, quodcumque ligaveritis super terram, erit ligatum et in celis. Et quodcumque solveritis super terram, erit solutum et in celis.“ Item secundum illud[5]): „Si manus tua aut pes scandalizat te, abscide eam et proice abs te.“ Quod qualiter de excommunicacione talium iniquorum ab ecclesia debet intelligi, habes in tractatu IIIIº huius libri, articulo [III. cap. 5][6]). Quod magis clare ostensum est I. Cor. V., ubi dicitur manifeste[7]): „Scripsi, inquit, vobis in epistola, ne commisceamini fornicariis, non utique fornicariis huius mundi aut avaris aut rapacibus aut ydolis servientibus, alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis [non commisceri]; si is, qui frater nominatur inter vos, et est fornicator aut avarus aut ydolis serviens aut maledictus aut ebriosus aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere.“

Ex quibus patet, quam districte in primitiva ecclesia antichristianos gladio sue potestatis de celo rescindebant[c]).

Et nota hic incidentaliter, quod Antichristus vel bestia de mari ascendens[8]) [f. 135[b]] vel Gog et Magog sanctorum

11) De excommunicacione *A.*

a) potuerunt *corr.* potuit *A.* b) ex — *sup. lin. add. A.* c) *posterius add. A.*

1) *Cf. I. Cor. XI. 3.* 2) *Matth. XVIII. 15.* 3) *Matth. XVIII. 17.* 4) *Matth. XVIII. 18.* 5) *Matth. XVIII. 18.* 6) *vide libri IV. Regularum art. III, cap. 5, in cod. A, fol. 298b.* 7) *I. Cor. V. 9—11.* 8) *Cf. Apoc. XIII. 1.*

castra dei circumiens et affligens [1]) et meretrix super bestiam purpuratam residens et calicem aureum plenum abhominacione [2]) et multa huius [modi] sub enigmate expressa in scripturis non sunt expectanda fieri aut inquirenda extra ecclesia[m] Christi, subaudis in mundo[a]), sed intus in ecclesia hec evenient et ex multitudine iniquorum, solo nomine christianorum conplebuntur, quoniam valde notanter infert apostolus [3]): „Quid enim michi, inquit, de hiis, qui foris sunt, iudicare? Nonne de hiis, qui intus sunt, vos iudicat quis? Nam eos, qui foris sunt, deus iudicabit.“ Et tunc ad propositum: „Auferte, inquit, malum ex vobis ipsis.“ Non igitur scriptura sancta, multa de Antichristo et aliis iniquis proponens, facit de hiis, qui foris sunt, iudicium vel mencionem, neque enim esset in ullo ecclesie utile, sed solum illos, qui intus sunt in ecclesia, quamvis non merito, sed numero, principaliter sacra scriptura respicit et de ipsis cuncta verificari spiritualiter sunt expectanda.

At nunc reddeundo ad propositum, quia in[b]) ecclesia sanctorum, virtute et sapiencia potenter regnante, cuncta crimina, specialiter publica, eciam minima[c]), mox corrigebantur et sine mora scelesti excommunicabantur, filius iniquitatis non potuit invalescere et per consequens neque revelari, sed[d]), ut superius [4]) in exemplo de fure positum est, solum clam et hominibus dormientibus sue iniquitati obedivit vel eius opera exequebatur, quoniam scriptum est Jo. III [5]): „Omnis, qui male agit, odit lucem et non venit ad lucem, ut non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur eius opera, quia in deo sunt facta.“ Fuit igitur tunc in ecclesia Jhesu crucifixi quodlibet peccatum, eciam modicum vel species mali, valde horridum et notabile in wlgo christianorum et per consequens pusilli in Christo Jhesu facile scandala evitabant[e]), quoniam luce existente in filiis Israel tunc tenebre Egyptum manu tractabiles, id est valde manifeste, obtinebant; ita omnis, qui tunc sequebatur Christum in ecclesia, non ambulabat in tenebris, sed habebat lumen vite [6]).

---

[a]) *ita emend. ab ed.;* nūo (numero?) *A.* [b]) *cont. D 1. 2.* [c]) publica et manifesta *D 2.* [d]) sed — sunt facta *om. D 1. 2.* [e]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Ecce hodie, *v. infra 26, lin. 3.*

[1]) *Cf. Apoc. XX. 7—8.* [2]) *Cf. Apoc. XVII. 3—4.* [3]) *I. Cor. V. 12—13.* [4]) *vide supra p. 12.* [5]) *Joann. III. 20—21.* [6]) *Cf. Joann. VIII. 12.*

## Capitulum septimum[a]).

*Quod in presenti tempore validus et multus est Antichristus*[b]).

Verumptamen[c]), prout superius dictum est[1]), filia dyaboli, iniquitas, que iam dudum conceperat dolorem[2]), mox in primordio ecclesie sacrosancte existens, [erat] pregnans omni malicia et iniusticia et omni dolo et fraude et omni specie simulacionis et yppocrisis, et de absconditis dei adinplebatur venter eius[3]), licet in occultis, et cum divitibus continue secundum mundum et carnem intumescebat et dyla[ta]batur venter eius, sicut scriptum est[d])[4]): „Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper", compagoque membrorum filii iniquitatis, id est sinagoga peccancium[5]), amplius et amplius consolidabatur peccatoribus multis[e]) et ad suos similes accedentibus et seipsos contra disciplinam Christi Jhesu protegentibus iam per multitudinem et communitatem peccatorum et iniquitatis habundanciam, donec per longinqua tempora longoque membrorum ductu[6]), per operacionem demoniorum, prodiit iam, heu, heu, hodie in publicum ex adipe iniquitas eorum, id est iniquorum christianorum, quia transierunt in affectum cordis sui pessimi[7]) in tantum, ut peccatum non reputent peccatum et dicant bono malum[f]) et malo bonum et ponant lucem tenebras et tenebras lucem, ponantque dulce in amarum et amarum in dulce[8]), iusta dei vindicta ipsos consequente, ut qui Christum Jhesum pro se crucifixum, ipsum solum sanctificare et glorificare digne noluerunt[g]) neque caritatem veritatis susceperunt, fabulas quasdam et adinvenciones sequentes, tenebris involutantur, sicut scriptum est[9]): „Si lumen, quod in te est, tenebre sint, ipse tenebre quante

---

a) *ita A rubr.* b) *ita A rubr.* c) *pro litera prima false* B *rubr. in cod. A scriptum est.* d) *lacuna seq. in A.* e) multitudinis *corr.* multis *A manu poster.* f) est *sequitur in A, sed eras.* g) *post corr. A.*

1) *vide supra p. 20.* 2) *Cf. Psalm. VII. 15:* „Ecce parturiit iniustitiam: concepit dolorem et peperit iniquitatem." 3) *Cf. Psalm. XVI. 14:* „Domine, a paucis de terra divide eos in vita eorum: de absconditis tuis adimpletus est venter eorum." 4) *Psalm. LXXIII. 23.* 5) *Cf. Eccli. XXI. 10:* „Stuppa collecta synagoga peccantium." 6) *Cf. Ezech. XVII. 3* (longo membrorum ductu). 7) *Cf. Psalm. LXXII. 7:* „Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis." 8) *Cf. Isaiae V. 20.* 9) *Matth. VI. 23.*

erunt?“ Et ob hanc causam dictum est[1]: „Exceca cor populi huius et aures eius aggrava, ut videntes non videant et audientes non intelligant, ne quando convertantur et sanem eos“.

Et in tantum[a]) habundavit iniquitas, ut eciam omnes montes et colles operuerit[b]) et sanguis sanguinem attingens usque ad frena equorum perven[er]it[2]), videlicet religiones, sacerdotes, rectores et hos, qui stelle in celis habitabant, obumbrans, traxerit ad terram, et propter hoc scriptum est[3]): „Incrassatus, inpiguatus, dilatatus dilectus meus recalcitravit“, et pro eo eciam sol ipse, tenebris involutus, factus est tamquam saccus cilicinus et luna tota in sanguinem est conversa[4]) civitasque supra montem posita facile discerni non potest[5]). Inde[c]) hodie videtur ad literam inpletum, quod scilicet dicitur[6]): „Ecce hic est Christus, ecce illic“, et sponsa[d]) eius Christi dulcissima et unica et dilecta, in nocte circumiens, ubi pascat, ubi cubet[7]) suus dulcis Jhesus crucifixus, non valet invenire, crassa et inpinguata [f. 136[a]] yppocritarum multitudine et circa sarcinulas suas occupata, [dyabolo] ipsam occupante et eam, quantum dyabolo per eosdem est possibile, opprimente et polluente.

Ecce namque hodie dicunt Francigene cum sua occidentali comitiva: „Hic est Christus“. Ytalici vero et Romani ad meridiem affirmant, dicentes: „Ymo, hic est Christus, et non alibi“. Ast ecclesia Grecorum ad orientem asseverat pertinaciter, dicens: „Non ibi, nec alibi, sed hic nobiscum est Christus“. Ecce tenebre, quales prius numquam fuerunt super terram, et ecce tribulacio Christi Jhesu sponse, qualis numquam precessit, ut eciam in errorem, si potest fieri, et electi transmittantur[8]). Nam abhominacione desolacionis in magna plenitudine in templo posita et multum aperte et potenter, nullus tamen fere est, qui legens intelligat[9]), sed communiter ipsam abhominacionem ma-

---

a) quod *seq. in A.* b) operuerint *falso A.* c) *In A* fit *sequitur, sed. del.* d) eius *seq., sed. del. A.*

1) *Issaiae VI. 10.* 2) *Cf. Apoc. XIV. 20.* 3) *Deutero. XXXII. 15.* 4) *Cf. Apoc. VI. 12.* 5) *Cf. Matth. V. 14:* „Non potest civitas abscondi supra montem posita.“ 6) *Marci XIII. 21.* 7) *Cf. Cant. I. 6:* „Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie.“ 8) *Cf. Matth. XXIV. 24.* 9) *Cf. Matth. XXIV. 15:* „Cum ergo videritis abominationem desolationis, quae dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat.“

gnificant, multiplicant et preconisant, ita quod more maxime decepcionis et quatinus usquequaque summum genus decepcionis conponatur. Ecce[a]) hodie ipsamet abhominacio desolacionis propria sedens in templo, ne tamen ipsa esse abhominacio reveletur, fingit aliam abhominacionem et minatur affuturam, ut per hoc amplius mittat ecclesiam[b]) in errorem, quatinus sic horrendam abhominacionem venerans atque colens, nichilominus unam aliam futuram fabuletur[c]). Et valde prevaluit.

Nam communiter Antichristi infiniti proprie hodie nunc existentes alium Antichristum futurum expectant. Hii[d]), qui proprie sunt apostoli et precones veri Antichristi, apostolos Christi Jhesu, martyres, sapientes et prophetas affligunt et varie persecuntur, audacter affirmantes, quia ipsi servi Christi sint heretici, ypocrite et Antichristi. Et hiidemtidem existentes membra forcia et multa Antichristi in presenti, membra Jhesu crucifixi, licet debilia et pauca, cruciantes et de civitate in civitatem propellentes atque de synagogis eicientes, arbitrantur se per hoc deo suo obsequium conprestare. Et sic Antichristo obsequentes, se credunt Jhesu Christo deservire, et virtutem et veritatem Jhesu potenter inpugnantes omni sapiencia et auctoritate, se tamen esse gloriantur veritatis defensores, multitudine nimia sibi in eo similium et omni specie sanctitatis, religionis, auctoritatis, sapiencie et doctrine, eloquencie et honestatis eis opitulante valde in idipsum, similiter diviciis et honore et potestate seculari regum et principum huius mundi.

Hic est plane error maximus dei electorum, hec procul dubio tribulacio ecclesie alias numquam visa, quia intima, fortissima, crudelissima, amplissima, coloratissima et omnium decepcionum genere contra sanctos dei communita, ita ut per omnia vicium existens virtus esse videatur et usquequaque iniquitas nociva ecclesie equitas utilis cunctis appareat, et mores turpissimi et scripture de plano obviantes honestas esse reputentur. Et nullum[e]) inconveniens videtur iam christiano ad seculum se transferre, quinymo honor et legalitas iam apparet[f]) christianis, si se satagant huic mundo conformari, rubor et

---

9) Nota *A*.

[a]) *contin. D 1. 2.* [b]) *in marg. D 2.* [c]) *post hanc vocem contin. D 1. 2.* Nullum inconveniens, *v. infra lin. 33.* [d]) *A post corr.* [e]) *contin. D 1. 2.* [f]) oportet (o3) *D 2.*

verecundia illos detineat, qui Jhesum crucifixum cupiunt confiteri vel sibi perfecte deservire.

Sed et com[m]une wlgus christianum, totaliter dans se et inplicans negociis secularibus et innitens mundi pompis et avaricie, credit sine dubio per hoc et cum hiis Christo Jhesu legittime militare.

Et[a]) inde venit, quod is, qui recedit a malo, predo patet et, qui bonus inter eos est, quasi paliurus[1]). Quod si quis paulo amplius conatur abstrahere seipsum a societate christianorum talium et vivere dignius[b]) Jhesu Christo, mox Beghardus aut alias hereticus nuncupatur et non nisi yppocrita vel fatuus iudicatur. Quod si in modico imitans Jhesum crucifixum ipsum vel eius veritatem confitetur, illico gravem senciet persecucionem a corpore densato Antichristi. Et nisi vivas, sicut et ipsi, non aliud censeberis, nisi superstitiosus et seductor.

Iterum[c]) ad ceptum redeatur!

Omnis igitur iniusticia et iniquitas fuit horrenda quondam in ecclesia Jhesu Christi[d]) et notabilis, censura ecclesie contra peccata integre vigente et vigilante. At cum non tantum plebs ecclesie, sed et vigiles obdormirent et iniquitas atque omnis malicia, sagaciter et continue in amplius dilatata et communitatem pertransiens, non iam in occulto volens manere, sed in palam est progressa, tunc peccatores christiani, iam rubore seu verecundia postposita, eciam timorem excusserunt, et peccata[e]) iam credunt esse minime punienda aut peccata in se gravia nullam esse culpam plebi[f]) arbitrantur. Unde iam palam dicunt: „Si hoc vel illud esset peccatum, tunc nullus esset de salvandis. Tamen non capris est plantata paradysus, et nullus christianus perveniet ad eternam dampnacionem". Habet namque hoc proprie proprium omnis malicia [f. 136[b]] secundum Augustinum[2]), quod cum populum pertransierit communem, tunc mox culpa esse non creditur nec censetur, et is, qui eius non

8) Nota hic *D 1.*

[a]) Et — paliurus *om. D 1. 2.* [b]) dignus *D 2.* [c]) Iterum — redeatur *om. D 1. 2.* [d]) crucifixi *D 1. 2.* [e]) communiter *add. D 1. 2.* [f]) plebei *D 1.*

[1]) *Cf. Mich. VII. 4:* „Qui optimus in eis est, quasi paliurus." [2]) *Cf. S. Augustini Enarr. in psalm. XXXV., ap. Migne, PL, t. 36, p. 349.*

est particeps, eciam si nichil contra eam loquatur, gravis est aliis ad videndum[a]) et extraneus atque contrarius plebi iudicatur. Multo autem amplius, si pro eo multitudini obloquatur, affligitur et excommunicatur, prout eciam ipsi Loth beato a Sodomitis[1]) contigebat et Christo Jesu a Judeis[2]), et maxime hodie iustis et sanctis evenit a multitudine asseclarum Antichristi.

Hic[b]) igitur et talis est adventus Antichristi, videlicet cum iniquitas, dudum concipiens filios suos, dehinc pregnans successive, invaluit per magna tempora, usque dum corpore Antichristi per suas compages solidato, ipsum effudit in publicum et [pertran]sivit[c]) in sublimi ecclesie super omnem [potest]atem et dignitatem, ut deum se [es]se glorietur, non quidem natura vel deum celorum, sed deum, id est similem deo summo deorum, qui sunt in terra, et[d]) extollat sic seipsum in mente et in loco templi dei, id est ecclesie, supra omne, quod dicitur deus aut quod colitur deus[3]).

Et illi sunt manifeste episcopi et sacerdotes, quibus dictum est[4]): „Ego dixi: Dii estis et filii excelsi omnes". Et ecce plana concordancia scripturarum, quoniam in apostolo dicitur: „Super omne, quod dicitur deus". Et ad sacerdotes scriptum est: „Ego dixi: Dii estis".

Nunc ex hiis videat, qui potest videre, quis est vel quis erit Antichristus summus ille et famosus, videlicet quia summe pessimus yppocrita in summo statu et loco ecclesie constitutus.

## Capitulum octavum[e]).

*De modo, quo Antichristus est contrarius Jhesu Christo, et de comparacione ecclesie Christi ad synagogam peccancium modernorum*[f]).

[II]. Nunc adhuc investigandum restat disposicionem temporum presencium Antichristi per conparacionem eius ad Christum et ad ecclesiam Jhesu Christi.

30) Nota totum *A.*

[a]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Notum esse videtur, *v. infra p. 29, lin. 1.* [b]) Hec *false A.* [c]) pertransivit — glorietur, non *add. A in marg.; vocabulorum partes uncis inclusae ab ed. add. sunt.* [d]) *add. sup. lin. A.* [e]) *ita A rubr.* [f]) *ita A. rubr.* Judeorum *corr.* modernorum *A in marg.*

[1]) *Cf. Genes. XIX. 4.* [2]) *Cf. Joann. V, 16, etc.* [3]) *Cf. II. Thess. II. 4.* [4]) *Psalm. LXXXI. 6.*

Et primo notum[a]) esse videtur, quod Antichristus est summe contrarius Jhesu Christo contrarietate[b]) secundum habitum moralem. Pro eo etenim et Antichristus est vocatus. Non autem[c]) erit contrarius Jhesu Christo per naturam, quia substancie nichil est vel esse potest, neque est contrarius legislatori, id est quod fundaret et firmaret aliam similem religionem, licet falsam, sicut forte est Machometus, quia sic non de directo neque in summo gradu opposicionis esset contrarius Jhesu Christo, sed forte esset inpertinens vel desperatus secundum modum loquendi logicorum. Et veluti prius est deductum[1]), tunc non esset fraudulentus, sed tyrannus manifestus et oppositus dei iusticie. Sed neque esset Christo contrarius habitudine atque disposicione extrinseca ex simili racione, quia tunc seipsum propalaret, et eciam, quia Christo Jhesu per omnia, in quantum potest, secundum omnem apparatum extrinsecum virtutum et sanctitatis mendacem assimilabit seipsum, sicut scriptum est[2]): „Et ero similis altissimo", ut sic forcius et subtilius decipiat sanctos dei et electos. Ideo non se contrarie Christo in dyabolos, sed in angelum lucis transformabit. Ita[d]) namque eciam a principio aput Judeos et paganos dyabolus perfecit suam iniquam faccionem, se deo similem in suis studiis et operacionibus disponendo.

Ergo[e]) solum et maxime secundum voluntatem et propositum erit contrarius Jhesu Christo. Ibi namque, id est in voluntate, proprie et maxime contrarietas Christo Jhesu attenditur, eo quod Christus est dei virtus et dei sapiencia[3]), que maxime et solum sedem habent suam in voluntate vel proposito animarum, quemadmodum scriptum est[f])[4]): „Anima iusti sedes sapiencie". Et perinde eciam contrarietas ipsius adversum Jhesum et effectus, qui a voluntate inmediate sunt producti, diffundentur. Et per hoc satis manifeste, quis sit Antichristus, congnoscetur, sicud scriptum est[5]): „Ex fructibus eorum congnoscetis eos"; et apostolus[g])[6]): „Confitentur se nosse deum, factis autem negant".

---

1) Quomodo Antichristus sit contrarius Christo *D 1. rubr. in fol. infer.*

[a]) *contin. D 1. 2.* [b]) *om. D 2.* [c]) enim *D 2; post hanc vocem legitur in D 1. 2:* erit contrarius Christo per naturam. Itaque ꝯc., *v. infra p. 30, lin. 9.* [d]) *post corr. A.* [e]) Ego *corr.* Ergo *A manu potest.* [f]) *lacuna sequitur in A.* [g]) *lacuna sequitur in A.*

[1]) *vide supra pag. 5 sq.* [2]) *Isaiae XIV. 14.* [3]) *Cf. I. Cor. I. 24.* [4]) *dictum hoc in biblia non invenitur. Cf. dictum simile in Prov. X. 31:* „Os justi parturiet sapientiae." [5]) *Matth. VII. 17.* [6]) *Ad Titum I. 16.*

Hinc igitur collige, quod Antichristus est contrarius Jhesu Christo in proposito et in operibus non quibuslibet, sed hiis, que inmediate et per directum veniunt ex voluntate, quia illi effectus sunt in plebibus similes voluntati, tamquam sue cause principali et inmediate, sicut scriptum est[1]; „Arbor mala fructus malos facit". Si autem voluntas mala opera bona ostentet, ut fit in plebibus, illa non sunt propria opera vel inmediati effectus voluntatis, sed accomodata et aliena.

Ex quibus iam Antichristus[a]) et Christus poterunt[b]) conparari. Sicud[c]) Christus fuit totus verax et venit per veritatem, sic Antichristus erit totus mendax, totus[d]) dico quoad principalia hominis, puta quoad conscienciam et propositum, et venit per mendacium. Quis vero est ille in hoc tempore, qui est mendax et venit per mendacium in papatum, notum[e]) potest esse illi, qui non dormit. Sicut Jhesus fuit totus pius, sic ille „homo perdicionis"[2]) est totus crudelis. Ille, scilicet Christus, totus humilis, iste totus superbus. Ille voluntatem patris inplere [diligens] usque ad contemptum sui ad mortem, mortem autem crucis, iste voluntatem propriam facere usque ad offensam et contemptum dei. Ille pro salute populorum totus exposuit seipsum, iste pro salute temporali sue inique anime exposuit ad mortem infinitos populos. Ille iudicavit melius mori ipse unus, quam [ut] totus populus periret [f. 137[a]], iste elegit totum mundum ecclesie perditurum pocius, quam [ut] ipse pateretur mortem vel confusionem. Ille[f]) salvator omnia et singula ad salutem aptavit suorum populorum et omnia inpendit et superinpendi ipsemet voluit, iste omnia et singula et non sua, sed ea, que dei sunt, pro salute ministrata ad sua lucra retorsit et ad dispendium salutis ecclesie, ut scripturas sacras, censuram et auctoritatis potestatem, omnibus inquam talibus, que erant posita ad promocionem virtutis electorum, convertit ad inpedimentum sanctorum et adduxit ad voluntatem reproborum. Ille humiliavit seipsum ad novissimum virorum et in tantum, quod cum iniquis

---

9) Antichristus in quantum Christo contrarius est *A rubr.*

a) Itaque A. *contin. D 1. 2.* b) sic poterint *D 1. 2.* c) enim *add. D 2.* d) totus — dormit *om. D 1. 2.* e) non tamen *corr.* notum *A.* f) Ille — reproborum *om. D 1. 2.*

1) *Matth. VII. 17.* 2) *Cf. II. Thess. II. 3.*

reputetur[a]), iste extulit seipsum in tantum, ut eciam super omne, quod deus dicitur aut collitur, elevetur[b])[1]).

Ista igitur et multa alia poteris in conparacionem adducere per contrarium Christi et Antichristi et ex ipsis, quis est modo Antichristus, iudicare.

Ita eciam, si placet, potes comparare pari modo dei ecclesiam ad multitudinem infinitam Antichristi, secundum oppositas qualitates, precipue contemplans ecclesiam primitivam et conportans ad modernorum falsorum christianorum difformitatem. Primo, quia in illa erat multitudinis credencium cor unum et anima una[2]), et in ista duos[c]) pariter non facile reperies sibi invicem in Christo Jhesu consencientes. Illa, induta Christum, id est dei virtutem ex alto[3]), et dei sapienciam, ambulabat in timore domini et veritate. Ista omni inhonestate deturpata et vicio, sine timore domini Jhesu habitat, ambulans in omni yppocrisy et ficcione. In[d]) illa virtus et veritas pollebat et vicium non nisi in abditis se occultabat. In ista iniquitate et vicio in capite omnium viarum et platearum clamante[4]), veritas et virtus neccesse habent se in angulis occultare. In illa virtute liberum atque prosperum successum habente, peccata recipiebant illico dignam sui ulcionem. In ista iniquitas et omnis malicia libertate potitur et accipit promocionem, sed virtus continuis pro se tribulacionibus est subiecta. Et illud, quod in illa iudicabatur ab omnibus vicium, ab ista iam nullum inconveniens[e]) reputatur, ymmo id, quod in illa ecclesia sanctorum consputum[f]) abiecissent christiani, in ista iam honestas illud et facesia iudicatur atque imitatur.

Et ita multa similia reperies, si fideliter primordenam ecclesiam ad presentem dispersionem gentilem in christianis conparabis.

---

[a]) deputaretur *(sic) D 1.* [b]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Maior est, *vide infra p. 32, lin. 19.* [c]) duo *corr.* duos *A;* in *sup. lin. add. A.* [d]) *add. A.* [e]) in — *add. sup. lin. A.* [f]) con — *post corr. A.*

[1]) *Cf. Thess. II. 4.* [2]) *Cf. Act. IV. 32.* [3]) *Cf. Lucae XXIV. 49* (quoadusque induamini virtute ex alto). [4]) *Thren. IV. 1.*

## Capitulum nonum[a]).

*Quod nunc iam est tempus proprium Antichristi*[b]).

Si placet amplius tempus famosi Antichristi inquirere, ita poteris exordiri.

Et primo planum est, quod tempore Antichristi maxima iniquitas et maxima tribulacio et maxima simulacio et decepcio in tantum inundabunt, quod summum gradum ipsis possibilem hic in via attinge[n]t et secundum maximum et ultimum posse dyaboli intentatum vel incensum. Quod autem ista in hoc tempore ad id iam pervenerunt, sic poterit investigari conparative semper et inductive.

Omnis siquidem iniquitas, licet magna, posset dici et in veritate pensari, quoniam omnis iniquitas est contemptus summi dei et offensa summe equitatis et privacio summi boni et inmensi in sua magnitudine ac eterni. Ergo penes ista debet magnitudo iniquitatis dimetiri. Tamen cum hiis stat, quod una equitas sit maior alia secundum aliam consideracionem, de qua modo supersedeo, in aliis occupatus. Verumtamen ceteris paribus maior[c]) est omnis iniquitas fidelis, quam infidelis, maior[d]) Judei fuit quam gentilis, maior quoque christiani quam quondam que fuit[e]) Judei. Et[f]) hec pro declaratis et notis delinquo.

Propterea tempore legis nature iniquitate invalescente omnis caro dicta est corrupisse viam suam[1]). Sed tempore legis[g]) scripte[h]) iniquitas dicta est omnem mensuram precedencium adinplesse, secundum[i]) quod scriptum est[2]): „Vos adinplete mensuram patrum vestrorum. 'Ut omnis sanguis veniat super vos, qui effusus est a sanguine Abel, primi iusti". Quod alciori intelligencia sic potest exponi: Omnis sanguis, id est omne peccatum vel iniquitas. In tempore autem ewangelii non tantum dicta est iniquitas adinpleta neque solum habundans, sed superhabundans, id est super omnem mensuram pre-

---

[a]) *ita A rubr.* [b]) *ita A rubr.* [c]) *contin. D 1. 2.* [d]) et maior *D 2.* [e]) prefuit *A.* [f]) Et — delinquo *om. D 1. 2.* [g]) adimplete *sequitur in A, sed. del.* [h]) scripte *D 2;* scripture *A D 1.* [i]) secundum — vel iniquitas *om. D 1. 2.*

[1]) *Cf. Gen. VI. 12* (omnis quippe caro corruperat viam suam terram).
[2]) *Matth. XXIII. 32. 35.*

cedencium supereffluens[a]), iuxta quod per veritatem dictum est[1]): „Et superhabundavit iniquitas multorum". Omne ergo peccatum cuiuslibet christiani conparative et multis ex causis aliis est maxima in deum iniquitas.

Et iterum mendacium et quelibet iniquitas gentilium et specialiter crudelitas seu persecucio in sanctos magna fuit iniquitas. Similiter crudelitas eciam infidelium Judeorum adhuc maior. Multo[b]) maior tamen fuit eadem iniquitas in sanctos dei[c]) hereticorum. Mendacium autem et presertim crudelitas ac persecucio[d]) christianorum in christianos vel christianorum contra sanctam ecclesiam, matrem suam, que est modo yppocritarum in dei electos, est utique maxima [f. 137[b]] iniquitas, ipsi dyabolo possibilis in hac vita, cuius iniquitatis hodie tota summa visa est et videtur superhabundanter adinpleri, quod apparet facile hiis, sicut scriptum est[2]), qui spiritu Jhesu perducuntur.

Quoniam iterum et amplius conparative magna quidem est iniquitas mendacium et aliud quodlibet peccatum layci vel alterius rudis plebei in dei ecclesia; maior autem est iniquitas viri religiosi ac maior amplius omnis sacerdotis et amplius episcopi et maxima patriarche et domini cardinalis tocius ecclesie; super hec domini pape supermaxima est iniquitas, si est pertinax.

Et sic poteris raciocinari de ceteris circumstanciis peccatorum, ex quibus luculenter inferes hodie iniquitatem summum gradum possibilem obtinere.

Item amplius magna iniquitas christiano, si totum eum mendacium vel aliquid peccatum occupet, ita ut iam illud sine verecundia operetur, sicut scriptum est: „Peccatum suum, sicut Sodoma predicaverunt[3]). Et frons meretricis facta est tibi. Noluisti erubescere"[4]). Sed maior est iniquitas, si idem mendacium aut malicia alia totam familiam pertranseat hominum laycorum. Ac adhuc maior, si fermentaret totam familiam aut collegium sacerdotum. Maior amplius, si mendacium unicat et fermentat[e]) familiam et collegium summorum sacerdotum, qui in

---

[a]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Multa doctores dixerunt, *v. infra p. 38, lin. 4.* [b]) *add. in m. A.* [c]) fuit *sequitur superflue in A.* [d]) est *sequitur in A, sed om. ab ed.* [e]) *ita corr. ab ed.;* fermentet *A.*

[1]) *Cf. Matth. XXIV. 12:* „Et quoniam abundavit iniquitas, refrigescet charitas multorum." [2]) *in biblia reperire non potuimus.* [3]) *Isaiae III. 9.* [4]) *Jerem. III. 3.*

summo statu sunt constituti in religione christiana, in quibus habebat sedem fons et origo veritatis.

Si igitur ista in nostra etate nimis manifeste sunt inpleta et a tota christianorum ecclesia conspectata, ita quod non nisi cecus prorsus et mortuus in spiritu ea non possit affirmare, quis non dicet, quod iam filius iniquitatis in templo sedeat, ostendendo, tamquam ipse sit deus [1]), scilicet in terris, et non deus natura, quia illud nec potest eciam cogitari [a]), et qualiter extolitur iam idem filius iniquitatis, id est mendacii, quoniam in ipso et in toto suo collegio notorio mendacium habundavit? Nam per mendacium ad sedem est ingressus et mendacium totum suum et sum[m]um collegium sacerdotum fermentavit et in tantum, quod mendacium vel mentiri non esse peccatum ordinaverunt et [b]) permiserunt predicandum, quemadmodum in summa sede tocius sapiencie et sciencie, scilicet Parysiis [c]), est manifeste predicatum tunc et divulgatum.

Et adde hiis et pensa, puta quod tale ac tantum mendacium sic pessimum et nocivum, quod totam ecclesiam christianorum lesit, obumbravit et in errorem induxit [d]), si potest fieri, et electos [2]). Et tunc filius iniquitatis et mendacii visus est ad literam super omne, quod dicitur deus, extolli [3]), scilicet supra veritatem, que palam et ad literam deus dicitur, — unde Jo. [4]): „Ego via, veritas et vita", — et super omne, quod collitur deus, id est super omnem veritatem animi, que deus similiter collitur, sicud [dicit] illud sapientis:

Si deus est animus, nobis ut carmina dicunt,
hic tibi precipue sit pura mente collendus.

Aut ex alio idem filius mendacii extulit se super omne, quod dicitur deus aut quod colitur, quoniam penes superius declarata extulit se ipsum et ausus est extolli supra omnes ecclesie sacerdotes, qui sunt dicti dii, sicud scriptum est [5]): „Ego dixi: Dii estis." Et in tantum super omne, quod dicitur deus, se extulit, quod eciam super summum apostolicum et verum papam, scilicet Urbanum VI. ausus est se elevare [6]). Quod

15) Nota *A*.

a) cogitare *A*. b) *add. A sup. lin.;* predicandum *A post corr.* c) *corr. ab ed.;* Parysius *A*. d) in — *sup. lin. add. A*.

1) *Cf. II. Thess. II. 4.* 2) *Cf. Matth. XXIV. 24.* 3) *II. Thess. II. 4.* 4) *Joann. XIV. 6.* 5) *Psalm. LXXXI. 6.* 6) *auctor hic aperte antipapam Avinionensem, Clementem VII. filium mendacii seu Antichristum appellat.*

audere hominem christianum et audere hoc per mendacium et ficcionem et audere se audacter talem presentare toti mundo, audere quoque in hoc persistere usque in finem cum iactura eterne dampnacionis non tantum sui, sed tocius ecclesie catholice et alias infinitarum animarum, et sub tali mendacio et yppocrisi persequi sanctos et trucidare et invadere ecclesiam totam ita facciose, id est astute et conposite, ita fortiter et erronee, colorate et operte, quod eciam summum collegium totaliter ad se[a] contraxit et alia omnia collegia nutare fecit, eciam multitudinem summorum sapientum, que semper fuit sanitas orbis terrarum, veluti sapientes studii Parisiensis et aliarum universitatum sanctarum et famosarum[b]), ita ut quemadmodum Jhesus crucifixus sua veritate et spiritu fecit esse tocius multitudinis sue ecclesie cor unum et animam unam[1]), ita iste per mendacium et spiritum dyaboli iniqum fecit tocius ecclesie Christi Jhesu, sui domini, (que utique est maxima iniquitas) corda alterutrum dissentire et animas fere omnes in se et ab invicem dividi et vacare toto tempore suo, fere per XII annos[2]), rixe et contencioni, ut singuli clament et contenciose dicant ad singulos: „Ego Cephe, ego Pauli[3]), ego Clementis, ego vero Urbani", et quod deterius est, ut passim intendant mutuo scismate fermentati, inquientes: „Hic est Christus", alius vero: „Non, inquit, sed nobiscum est Christus"; religio quoque contra religionem, conventus [f. 138[a]] eiusdem religionis contra conventum insurgunt crudeliter; monachi insuper contra presbiteros plebium, presbiteri contra se invicem sunt inpie divisi; layci et precipue generosi contra sacerdotes, sacerdotes contra laycos sthomachantur, plebei adversus suos patres et curatos, curati, que sua sunt, querentes suos plebeios parvipendunt, et omnia sunt scismatibus, contencione et per consequens pessimis speciebus Sathane adinpleta, qui sunt spiritus septem nequiores Antichristi: Quis ergo, rogo, adhuc non videat abhominacionem desolacionis et maxime et ultime tocius ecclesie Jhesu Christi sedentem in templo in hiis supra modum periculosis temporibus et super omne, quod dicitur deus aut quod collitur[4]), elevari?

---

a) ad se se *corr.* ad se *A*. b) famosorum *A*.

1) *Cf. Act. IV. 32.* 2) *de hac auctoris asseveracione cf. praefationem huius voluminis.* 3) *Cf. I. Cor. I. 12.* 4) *Cf. II. Thess. II. 4.*

## Capitulum decimum[a]).

*De operacione Sathane in Antichristo per suos*[b]).

Nequaquam etenim alius quicumque promissus vel ymaginatus Antichristus, si palam et tyrannice, ut dicitur, veniret, valeret ita facciose et operte, ita late et contagiose dei ecclesiam involvere erroribus, neque ita valide et diutive nocere ac dampnose, ut eciam, si fieri potest, electi in errorem inducantur[1]). Ideo autem non credenda sunt facta esse mala ecclesie ab uno aliquo homine, quamvis principaliter ab uno summo ad hoc ipsum[c]) aptissimo, neque enim posset ab hominibus in tantum invalescere malum et dilatari, sed per operacionem Sathane, qui diu ab ante disposicionem mali huius in dei ecclesiam introducens, dilatavit et firmavit, donec hiis temporibus summum gradum attingens, conclusit, numquam in posterum simile effecturus. Et idcirco non solum illud summum collegium[d]) sapientum aut sacerdotum videtur esse corruptum in suis iudiciis per mendacium, sed eciam alia collegia in ecclesia valde multa, non existente in eis viro, qui opponeret se murum pro veritate adversus mencientes[2]). Propter quod hodie ficticia quidem et adinvenciones hominum et fabule fortiter et late sunt promote in sancto populo et illustri atque perfecto christiano, et idcirco tanto maior abhominacio coram deo altissimo et de die adhuc in diem non cessat ab huiusmodi hominibus promoveri.

Nam, heu, hodie collegia quedam et multitudo eorum, qui se dicunt magistros ecclesie et sapientes, decreta dei in ecclesia posuerunt[3]), quod videlicet statue lignee atque lapidee, argentee et cetere huiusmodi sint[e]) a christianis adorande et collende, patulo et expresse sancta scriptura dicente[f])[4]): „Non adorabis ea neque coles“. Quod nequaquam ex assercione Thome de Aquino[5]) vel aliis doctoribus potest haberi vel defendi. Nam id, quod ipsi ponunt in libris eorum, hoc utique solum disputative et in scolis docuerunt, que non conpetit coram rudibus determinative dicere in ambone, per hoc parvulos in Christo Jhesu non modice wlnerando,

---

[a]) *ita A rubr.* [b]) *ita A rubr.* [c]) *post corr. A.* [d]) *add. A in marg.* [e]) fiunt *A.* [f]) et dicente *corr.* dicente *A.*

[1]) *Cf. Matth. XXIV. 24.* [2]) *Cf. Ezech. XIII. 5.* [3]) *de quibus decretis, quantum Bohemiam attinet, nihil constat; cf. infra p. 38.* [4]) *Exodi XX. 5.* [5]) *Cf. S. Thomae de Aquino S. th. 2—2, q. 94, de idololatria, ed. Parm., t. III, p. 340—344.*

puta suadendo, quod de cetero debeant statuas lapideas et ligneas adorare. Favetur namque per talem doctrinam detraccioni, quam[a]) et conviciis contra christianos exaggerant Judei et pagani, affirmantes, quod puta christiani sint cultores statuarum, neque inficiari hoc facile contra Judeum poterit, si illa doctrina, quam modo supradicti divulgant, predicetur.

Nam bene sequi videtur: Omnis, qui colit statuas vel adorat, et docet insuper ipsas adorandas, ille iuste dicitur cultor statuarum. Sed secundum istos predictos christianus populus colit et adorat statuas. Igitur christianus populus est cultor et adorator statuarum. Et sic verum erit, quod detrahendo Judei christianis obiciunt, puta dicentes: „Vos, christiani, adoratis sculptilia et statuas et per consequens habetis deos ligneos et lapideos". Propria etenim vel propinqua est illacio, etsi non aput logicos, tamen aput wlgus, scilicet concesso et admisso secundum predictos, quod ymagines Christi eadem adoracione, qua ipsemet Christus, id est latria sint adorande, tunc demonstrata aliqua tali ymagine potest argui, sic dicens[b]): „Hoc adorant adoracione deo propria christiani et docent adorandum. Sed hoc est lignum vel lapis. Ergo adoracione deo propria adorant lapidem vel argentum[c]) christiani".

Quod si forte quis christianus neget, dicens: „Non hoc, sed ymagines dei adoramus", tunc iterum sic contra eum expositorie assumetur dicendo: „Istam ymaginem adoratis tali adoracione, quali deum. Sed ista ymago non est nisi hoc vel nichil est nisi hoc. Ergo hoc sicut deum adoratis, deinde sicut prius. Sed hoc est lignum, igitur, et cetera. Ergo hoc lignum vel aurum pro deo colunt christiani".

Quis igitur Judeus fidem eorum, qui sunt cultores lapidum et metallorum, non exsecretur, aut quis iuste non detraheret illi fidei [f. 138[b]], que[d]) admittit et docet statuas argenteas vel lapideas quasi deum adorandas?

Ex quo infertur, quam v i t u p e r o s u m s i t e t h o r r e n d u m non tantum p r e d i c a r e talia, sed favere eciam vel facere mencionem coram simplici populo christiano in publico, puta q u o d y m a g i n e s s i m i l i t e r s i c u t d e u s s i n t a d o r a n d e. Nam ut dicere ceperam, licet forte sophista et logicus

---

a) *sup. lin. add. A.* b) *ita emend. ab ed.;* arguere, sic videns *A.*
c) arguendum *corr.* argentum *A.* d) *A post corr.*

prefata Judei argumenta evaderet sine lesione consciencie et fidei, tamen wlgus christianum indoctum omnino per ea vincitur et leditur nimis in integritate fidei christiane. Propter quod multa[a]) doctores dixerunt in scolis, que coram populis plebeis nequaquam sunt predicanda[b]). Quapropter eciam sancta ecclesia, licet admisit ymagines et statuas et docet honorandas et venerandas, tamen adorandas vel colendas nusquam docuit vel statuit, ut patet in Corpore in facultate iuristarum[c]).

[f. 139ª] Decreverunt insuper, quod [imagines] sint deprecande, quod in lingwa boemica sonat „modlyty sye", et sic docere populum collegialiter, „aby sye obrasom lyde modlyly". Decreverunt insuper et synodaliter[1]) mandaverunt populis predicandum, quod pie credant populi in statuis lapideis vel ligneis depictis esse virtutem divinam et sanctorum eius; et inde, que videntur ibi facta miracula vel famantur, deus per eas et propter illas ymagines operetur; et idcirco quicumque hoc credit vel in tali statu[a] fiduciam ponit, et ibi confugit ad statuam, nequaquam male facit, ymmo neque possibile est, quod, inquiunt, male faciat; sed neque sunt simplices corrigendi et increpandi, quod ad statuas fugiunt in tempore sue necessitatis aut [ad] reliquias sanctorum vel alias res tales mortuas sine merito et virtute. Sanxerunt insuper non predicandum contra abusum statuarum vel reliquiarum, dicentes, quod non contingit in talibus errare populum christianum.

Que quam sint perniciosa rudi populo christiano et carnali, quis non intelliget, si contempletur, quod populus plebeius modernus, domini Jhesu spiritum non habens, ad spiritualia nequaquam valet mente tenus elevari, sed solum et maxime carnali iudicio et fantasmatibus provectus, corporalia tantum appreciat et coram eis stupet et pavet, ad ea se totaliter effundendo; que nequaquam sunt sine magno peccato in populo christiano et sine iniuria Christi Jhesu spiri-

---

a) *contin. D 1. 2.* b) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Ecclesie sacramenta, *v. infra, p. 39, lin. 9.* c) *post hanc vocem sequitur in A signum et in marg. haec nota legitur:* Hic est defectus. Require in parvo folio cum tali signo, etc. *(rubr.) Quod „parvum folium" est fol. 139ª, ubi scripta leguntur verba sequentia, hac nota adiuncta:* Hic est defectus illius defecti *(rubr.)*

1) *Cf. „Processum in synodo Pragensi" 1389, ap. Höfler, Concilia Pragensia, 1862, n. 17, p. 37. Nec statutum synodi nec decreta supradicta asservata sunt.*

tus et veritatis, quoniam scriptum est [1]): „Spiritus est deus, et ideo in spiritu et veritate oportet deum patrem adorare"; et tales deus querit adoratores. Que alias deducere comite Christi Jhesu spiritu conabor inconvicte [2]). At utinam adverterent venerabiles domini supranotati, quod altitudo Sathane, cuius cogitaciones non ignoramus [3]), scit et potest per apparenciam et splendorem talium [a]) corporalium [b]) negociari de simplicium animabus et maxime in illis precise corporalibus, quod dico propter ecclesie [c]) divina sacramenta, que [d]) nec sunt precise corporalia neque precise spiritualia, sed utrumque [e]).

Per ista igitur precise corporalia est potencior operacio demoniorum ad ludificandum, de quibus est minor formido simplicibus et maior apparencia certitudinis, eo quod sint in loco sancto et quedam instrumenta vicina [f]) religioni, et eo quod sunt in se valde apparencia sanctitatis in oculis hominum, licet in se nullius salutis sint vel sanctitatis contentiva, et eo quod propter suam apparenciam et apparatum celebrem fortiter movent simplicium sensus et pro eo sunt stupenda et miranda rudibus et provectis.

Utinam adhuc, inquam, attendissent, quod inpostores [g]) dyaboli, ypocrite atque carnales clerici, religiosi et sacerdotes, quibus est de hiis, que sunt religionis christiane [h]), lucra sua insectari et cumulare ac de questu quiete et suaviter vivere, et idcirco sunt illis plebes Christi sicuti venacio porcorum [i]) in desertis, hii igitur et tales, quorum hodie irrepsit ad ecclesiam soboles numerosa, quia virtutem vite non habent et sapienciam Jhesu et veritatem, ideo per excogitatas fabulas et per omnia supradicta, ut per suas famosas ymagines vel per reliquias novas et antiquas diffamatas, per miraculaque ficta et portenta, sagacissime sibi conparant auctoritatem et suis locis celebritatem et famam, ac perinde divicias et honores, accursum et applausum [k]) rudium, per hoc manifeste executores [l]) et fautores

---

[a]) *hac voce supplementum in fol. 139ª scriptum finem habet; textus autem continuat in fol. 138ᵇ.* [b]) corporalibus *corr.* corporalium *A.* [c]) *contin. D 1. 2.* [d]) *om. D 1. 2.* [e]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Sic fuit, *v. infra, p. 45, lin. 20.* [f]) *post corr. A.* [g]) *corr. A.* [h]) *post corr. A.* [i]) *post corr. A.* [k]) applasum *corr.* applausum *A.* [l]) executos *corr.* executores *A.*

[1]) *Joann. IV. 24.* [2]) *vide Regularum librum quintum „De corpore Christi", dist. VI.* [3]) *Cf. II. Cor. II. 11.*

existentes misterii Antichristi supradicti. Ex quibus quam magna lucra Sathane et iniuria veritati et virtuti Christi Jhesu prodeat, quis rogo non facile iudicabit?

Quorum ego coram deo testis sum, puta multa talium vidi, sed multo plura audivi, per que mendacium et ficcio dyaboli in salutem populi debachatur christiani, quoniam seductus populus, spem sibi mendacii in se confirmans in talibus fabulis[a]), ad Jhesum crucifixum et ad virtutem eius et veritatem vite non summo opere festinat, donec in nichilo[b]) confidens, de medio rapiatur.

## Capitulum undecimum[c]).

*De inpedicione predicacionis veritatis per Anticristum*[c]).

Nichilominus tamen sunt modo multi magni, illustres viri, fortes et sapientes, qui dicunt, quod talia prosunt simplicibus, ymmo quod predicandum sit, quod pie credendum est ipsa esse a deo. Ergo secundum eorum assercionem hiis temporibus deus, dimissis virtuosis et sanctis suis electis, transtulit se ad statuas lapideas. Igiturne iterum, postquam cessavit dominus Jhesus miracula et virtutes si[c] in nomine suo et per verbum suum operari, iam per lapides et ligna operatur? Aut forte quia abstulit modo a suis sanctis amatoribus potestatem et virtutem et miracula, dedit[d]) ea statuis? Aut fortasse contraeunte scriptura deus eget mendacio nostro vel fortasse sine nostro mendacio non poterit verbum legis consumari? Aut forsitan deus sanctus et fidelis, per statuas et alias tales res mortuas suam virtutem ostentans et ipsam in talibus picturis reponens, sic dabit ydolatrie gencium introitum in suum populum christianum et per hoc favebit Sathane, ut ipse deo se assimilans[e]) per mendacium et operacionem spirituum, sibi ipsi divinum honorem usurpet[f])? Vel forsitan illi, puta dyabolo, propter vindictam ingratorum christianorum concessum est venire in omni seduccione et mendacio? Qui eciam per homines, qui valde religiosi et sancti esse hominibus apparent, sed non sunt, suam operacionem persistit et seducit faciendo per ipsos sua signacula et portenta, iam secundum predictos idem non poterit, vel ei

---

a) fabulas *corr.* fabulis *A.* b) nichili *A.* c) *ita A rubr.* d) et dedit *A.* e) *post corr. A.* f) usurpabit *A.*

[f. 140a] forte non concedetur facere similia per statuas vel reliquias sanctorum? Et qui potuit et ausus est Christum Jhesum temptare et pro suo libito baiulare, ipse idem forte non poterit ymaginem crucis vel alias reliquias contrectare et transformare, que alias[a]) neque habent liberam voluntatem resistendi neque ullam sanctitatem spiritus sancti demones[b]) abigendi, quemadmodum eciam supra[1]) est deductum?

At utinam abscindantur, qui nos conturbant, illi tales magistri prurientes auribus[2]) simplicis plebis christiane, tales fabulas et ficticia et incerta prorsus corporalia celebrantes, fidelem autem veritatem ewangelicam et utilem secundum salutem Jhesu Christi negligentes, inpedientes videlicet predicacionem crucis domini nostri Jhesu Christi! Quam veritatem apostolus eciam per propheciam[c]) et sapientem eloquenciam noluit[d]) per occupacionem solius temporis in populis Christi Jhesu sanguine redemptis inpediri. „Non enim misit me Christus, inquit apostolus[3]), baptisare, sed ewangelisare, non in sapiencia verbi, ut non evacuetur crux Christi. Verbum enim crucis pereuntibus stulticia est, hiis autem, qui salvi fiunt, id est nobis, virtus dei est. Scriptum est enim: Perdam sapienciam sapiencium et prudenciam reprobabo. Ubi sapiens? Ubi scriba? Ubi inquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit deus sapienciam huius mundi?“ Vere stultam fecit Christus Jhesus et nunc sapienciam huius mundi et „prudenciam prudencium reprobavit“ in temporibus magni Antichristi eo, quod non susceperunt caritatem veritatis, ut salvi fierent. Ideo misit illos deus in operacionem erroris, ut credant mendacio, ut vindicentur[e]) omnes, qui non crediderunt veritati[4]). Quomodo non crediderunt veritati? Quia cum Christum Jhesum, regem glorie, plus quam principes huius seculi congnovissent, non sicut deum glorificaverunt[5]). Quia licet confiteantur se nosse deum, dicentes: Domine, domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, in nomine tuo demonia eiecimus et in plateis nostris docuisti?[6]), tamen factis eum negaverunt, operarii iniquitatis[7]), Antichristi existentes. Ideo dedit eos deus in repro-

---

[a]) que alias *repetitur in A.* [b]) *add. A in m.* [c]) prophetam *corr.* propheciam *A in m.* [d]) voluit *false A.* [e]) iudicentur *biblia.*

[1]) *vide supra p. 39.* [2]) *Cf. II. Thim. IV. 3.* [3]) *I. Cor. I. 17—20.* [4]) *Cf. II. Thess. II. 10—11.* [5]) *Cf. Rom. I. 21.* [6]) *Cf. Matth. VII. 22.* [7]) *Lucae XIII. 27.*

bum sensum [1]); propter quod evanuerunt in cogitacionibus suis et obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes se esse magistros et sapientes, stulti facti sunt [2]) in tantum, ut statuerint quasi bonum et sanctum statuas et alias res mortuas obsecrandas et collendas.

Et insuper quibusdam predicatoribus ewangelii Christi et eius crucis eo, quod non quidem ymagines habendas in ecclesia, sed fabulas, et talia ficticia hominum atque decepcionem quorumdam sunt aggressi inpugnandum per doctrinam sanam Christi, mox hii prefati sapientes, conprehensis ipsis predicatoribus, primum ob id eosdem ludibrio et publice expositos, omnibus modis ipsos mentiri conpellere sunt conati, dehinc ipsis silencium a Christi Jhesu ewangelio „per tempus et tempora et dimidium temporis“ [3]) posuerunt, ut perinde fabule supra descripte promocionem habeant et processum, veritate Christi Jhesu siccine in platea corruente [4]).

Quis igitur, obsecro, qui hec in veritate ita se habere conspiciens et iuste de singulis iudicans, quid aliud dicet aut credet, quam [a]) instare illud tempus pessimi Antichristi, quod puta hec talis ordinacio atque sanccio prodierit ex diutivo sapientum et doctorum consilio, doctorum autem in theologia et in iure, et de tam solempni collegio et famoso ita, quod vir in eis non fuerit repertus, qui se audacter pro veritate murum opponeret [5]). Aut qui [non] posset intelligere hanc esse confirmacionem fabularum diu ante predictarum et multiplicacionem ficcionis cuiuslibet et mendacii dyaboli et suorum atque corroboracionem omnium inpostorum [b]) et pseudolorum prophetarum, qui per talia diu iam ante sunt de simplicibus negociati, suos questus exercentes, misteria aut pocius manifestam seduccionem Antichristi? Nemo, inquam, in eis est repertus intelligens aut requirens deum [6]), qui se opponeret [c]) murum contra ista et pro veritate Jhesu Christi. At utinam vel iam saperent et intelligerent predicti, quid damp-

---

a) *post corr. A.* b) *rasura praecedit in A.* c) *ita A rubr.*

1) *Cf. Rom. I. 28.* 2) *Cf. Rom. I. 21—22.* 3) *Cf. Dan. VII. 25* (et tradentur in manus eius usque ad tempus et tempora et dimidium temporis). 4) *Cf. Isaiae LIX. 14* (quia corruit in platea veritas). 5) *Cf. Ezech. XIII. 5.* 6) *Cf. Rom. III. 11:* „Non est intelligens, non est requirens Deum.“

num predicacioni veritatis per illum actum effecerunt, et sic penitenciam assumentes, sibi novissima providerent[1]).

## Capitulum duodecimum[a]).

*De promocione viarum Antichristi*[b]).

Adhuc[c]) hic est advertendum, quod sicut assumptum est principaliter de mendacio, quod puta iam visum est esse maximum et pessimum et in sumitate ecclesie collocatum et habunde dilatatum, ex quo illatum est esse illum[d]) summum et pessimum filium iniquitatis, qui in supremo opponitur vicem veritati, scilicet Jhesu Christo, ita similiter quodlibet eciam aliud [f. 140[b]] vicium seu crimen reperies nunc esse maximum et pessimum in populo christiano et quamlibet decepcionem, si pari forma comparative discurrens, tempora primitivorum seculorum perpendes et moderna.

Ecce enim pari modo, ut supra dictum est, avaricia, luxuria aut voluptas atque superbia tunc sunt maiora, dum familiam totam fidelium inficiunt, quam si unum solum, dehinc ampliora[e]), si communitatem, amplius maiora, si communitatem sacerdotum infecerunt, suprema autem, si communitatem supremorum ecclesie sacerdotum. In sacerdotibus autem modernis, infimis atque summis, sic et in tantum hec [iniquitas] habundavit, veluti pro avaricia dicit scriptura[2]): „A minore usque ad maiorem omnes avaricie student et a propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum", quod iam ipsi layci, simul et sacerdotes pro minimo, ymmo honesto[f]) talia peccata reputant, cum vident eisdem peccatis manifeste involutos omnes maiores communiter et minores et de omni statu homines et condicione. Et presertim layci nec non parvuli in Christo, scilicet plebium gens inbecillis, sine timore iam in malis excedunt, nullam penam consequi scelera estimantes, cum videant eorum lumen et sal[3]), quo condiri debuerant, peccatis similibus vel maioribus esse publice occupatos, maiores

---

a) *ita A rubr.* b) *ita A rubr.* c) Ad hanc *corr.* Adhuc *A.* d) illam *(sic)* illum *A.* e) *corr. ab ed.;* amplior *A.* f) *corr. ab ed.;* honeste *A.*

1) *Cf. Deuter. XXXII. 29:* „Utinam saperent et intelligerent ac novissima providerent." 2) *Ezech. VI. 13.* 3) *Cf. Matth. V. 13—14.*

eorum videlicet et ductores. Et a quibus districcius corripi debuerant pro excessu, ab illis audaciam peccandi accipiunt per exemplum, ita quod si iam consciencia propria hominem vel homo suos subditos de peccato reprehendat, illico talem pertinaciter obtendunt sui criminis defensionem, tantum inquientes: „Communiter homines hoc faciunt." Aut: „Tamen illud idem communiter faciunt et sacerdotes et sancti religiosi. Igitur nequaquam, ut dicis, istud peccatum est arbitrandum, quoniam si peccatum illud foret, tunc ipsum non facerent docti homines et sacerdotes et viri religiosi." Clerici insuper et monachi, cum communem populum vident nunc sine verecundia peccatis supradictis, puta concupiscenciis carnis, avaricie et superbie vite, publice incumbere, iam ex eo licencius se credunt posse talia operari, quamvis religioni sue prorsus contraria et prime professioni. Et inde effectus est sicut populus, sic sacerdos, et amplius populus quam sacerdos. Et perinde Vehemoth, id est spiritus Antichristi in secreto calami dormit iam diu et quiescit umbra protegente umbram eius[1]), et „corpus ipsius tamquam scuta fusilia, compactum squamis sese prementibus, una uni coniungitur, et ne spiraculum quidem incedit per eas, una alteri adheret, et tenentes se nequaquam separabuntur"[2]).

Ecce enim in presenti christianitate synagoga peccancium, ut stuppa conglobata, miro modo et fortiter se alterutrum in suis iniquitatibus confovet, et alterutrum se sibi in malo adherentes se protegunt et excusant, utpote wlgus propter respectum peccati clericorum sua peccata ducunt nichili suamque vitam alias ineptam et indignam conparative credunt bonam. Clerici, quos wlgo dicunt seculares, indigne deo ambulantes, tamen sancte estimant vivere, se ad religiosos depravatos conparando. Ita religiosi iam libere festinant sua carnalia desideria explere et quasi iam ipsis hoc liceat, cum considerent commune vulgi et clericorum sine reprehensione in talibus conversari. Itaque multitudo laycorum promovet se ad invicem in peccando et a clericis promovetur, clericorum quoque communitas palam peccans et se invicem promovet ad mala et forcius promovet ipsos laycos, monachis insuper sunt[a]) malorum in exercicium; religiosi vero, illi intus sibi ipsis, cle-

[a]) *add. in m. A.*

[1]) *Job XL. 16—17.* [2]) *Job XLI. 6—8.*

ricis et necnon laycis et omnibus aliis accurrunt ad excusacionem suorum criminum et tutamen, ita ut retrahi a malis suis propter hoc vel distrahi vale[a]nt nequaquam. Neque ullum spiraculum virtutis Jhesu et sapiencie potest istos huiusmodi pertransire et huius[a] corpus Antichristi; non potest, dico, nisi forte omnipotens sermo tuus, domine, a regalibus sedibus veniens[1]), irrumpat hoc letale silencium noctis medie iniquorum[2]) et hoc vel in die magno iudicii, vel per tuos amicos, scilicet predicatores, qui ad instar tui morte sua redimant mortuos et verbo tuo faciant iterum vivere morientes, quoniam scriptum est Jo.[3]): „Venit hora et nunc est, quando mortui audient vocem filii dei, et qui audierint, vivent"; et iterum ad idem alia scriptura dicit Job XLI[4]): „Concident eum amici, divident eum negociatores."

## Capitulum decimum tercium[b]).

*De singulari via, id est summa superbia Antichristi*[c]).

Hec in communi perstrinxi, sed si non piget, examinemus[d]) presentem iniquitatis superhabundanciam, paucis singularibus peccatorum conpensatis; et primo de superbia.

Nonne sic[e]) fuit in ecclesia domini Jhesu utique humilimi profligata superbia et contempta, quod ad prioratus [f. 141[a]] et dignitates et honores venire homines communiter fugiebant, et tandem veniebant solum vocati et attracti[f]), vigente tunc veritate, que dicit Hebr. V. c.[5]): „Non assumit sibi quisquam honorem, nisi qui vocatur tanquam Aaron"?

Quod si forte de aliquibus primitive ecclesie Christi velis instare, non utique nisi forte paucos, ut Dyotrepem[6]), reperies, qui primatum adamabant, et tales mox notati[g]) fuerunt ab ecclesia et contempti, quoniam tunc inconcussum verbum ewangelii adhuc resplendebat, Mt. XX[7]): „Reges gencium dominantur eorum [et] qui maiores sunt, potestatem exercent in eos.

---

[a]) *ita emend. ab ed.;* hii *A.* [b]) *ita A rubr.* [c]) *ita A rubr.* [d]) *post corr. A.* [e]) *contin. D 1. 2.* [f]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Et in tantum, *v. infra p. 46, lin. 5.* [g]) vocati *corr.* notati *A.*

[1]) *Cf. Sap. XVIII. 15.* [2]) *Cf. Apoc. VIII. 1.* [3]) *Joann. V. 25.* [4]) *recte Job XL. 25.* [5]) *Hebr. V. 4.* [6]) *Cf. III. Joan. 9—10.* [7]) *Matth. XX. 25—26.*

Non ita erit inter vos, sed quicumque voluerit maior esse fieri, sit vester minister", etc.

Nunc autem, rogo, specta, si habes oculos, ad quid devenit ecclesia et quomodo fulgor[a]) verbi domini nostri Jhesu Christi est obductus et nubilatus. Et[b]) in tantum superbia Antichristi ascendit, quod iam communiter ad primatus accurrunt non vocati, quinymmo nullus fere iam expectat vocari ad cathedras ad modum Aaron[1]), verum eciam precibus, serviciis, pecunia, potestate, amicicia et omnibus viis possibilibus irrumpunt iam ad rectoratus et honores. Et[c]) non hoc tantum, sed sine omni consciencia, formidine et rubore[d]) hoc faciunt; sed ille est [dicunt] optimus et sapiens, qui melius et pocius scit et potest seipsum ad beneficia promovere.

Hec de superbia presenti clericorum, per quam venit proprie nunc ad su[mm]am sedem sancte ecclesie maximus Antichristus, qui extollitur super omne, quod dicitur deus aut quod collitur[2]). Et hoc est Antichristi signum singulare et infallibile et omnis, qui est ex parte eius, quod puta superbia ipsum inpellente vel cupiditate vane glorie ingerit seipsummet ad dignitates et honores, et sic proprie venit in suo nomine, sicut Christus venit in nomine patris sui. Et hoc est, quod dixit Jhesus Judeis, dans differenciam de se et de Antichristo Jo. V. g.[3]): „Ego, inquit, veni in nomine patris mei, et non accepistis[e]) me. Si alius venerit in nomine suo, illum vos accipietis."

De superbia vero huius seculi et pompa, quo scilicet modo supremam sedem teneat, [et] supra aquas multas[4]), id est populos sedeat, dicens illud Apok.[f])[5]): „Sedeo ut regina, et vidua non sum et luctum non videbo", non est necesse sermonem prolixare, cum melius et facilius potest eam quilibet circumquaque videre, quam de ea legere vel audire. Solum hoc maximum instat dictu, quod in[g]) tantum in christianis superbia est progressa, ut iam vice virtutis fungatur, et, tamquam sit ipsa virtus et veritas, gloriatur; et ita wlgus christianum ea utitur quasi virtute et honestate et probitatem vel honestatem atque mundi-

---

a) Christi fulgor *superflue A.* b) *contin. D 1. 2.* c) Et — sed *om. D 1. 2.* d) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Et in tantum, *v. infra lin. 31.* e) accipistis *biblia.* f) *lacuna seq. in A.* g) *contin. D 1. 2.*

1) *Cf. Hebr. V. 4.* 2) *Cf. II. Thess. II. 4.* 3) *Joann. V. 43.* 4) *Apoc. XVII. 1.* 5) *Apoc. XVIII. 7.*

ciam eam appellat, humilitatem et pacienciam quasi inbecillitatem et turpitudinem fugiendo et condempnando. Et istud passim est videre et[a]) per omnia in christianis et principaliter in[b]) clero et maxime in magnis sacerdotibus, in[c]) sermonibus eorum[d]), tam ecclesiasticis et communibus predicatorum et doctorum, quam privatis cum[e]) vulgo promiscuo[f]), quam eciam in gestu et vestitu et in omni circumstancia actuum et studiorum.

Et rogo, compara statum superbie in presenti ecclesia[g]) ad statum humilitatis ecclesie primordene: tunc videbis, quam sit modo dilatatum corpus pessimi Antichristi. Et inde est, quod quicumque modo wlt sequi humilitatem et pacienciam Christi, mille mortibus affligitur, illico veluti purgamenta seculi et omnium perypsima a christianis conspuitur et abiectatur[1]), per omnia[h]) similiter, sicuti quondam humiles apostoli paganis a superbis. Illud autem, quia ab infidelibus et extraneis fiebat in apostolis, tolerabile fuit, et neque contagiosum nec mirandum. Ista autem tribulacio presens sanctorum et humilium in Christo est pessima, quia [fit] ab hiis, qui intus sunt et eque bene dicunt se esse, ymmo amplius fideles christianos. Propter quod hec est contagiosa nimis Christi Jhesu discipulis et erronea, ut prorsus nesciant hodie vere humiles[i]), quid eligere vel quo diverti, aut ubi caput suum reclinare[2]); utrumne sequi Christum humilem in fletu et abieccione, vel imitari infinitam multitudinem christianorum superborum et eis per omnia conformari, pacem cum eis habere, bonis diebus cum eis perfruendo, maxime quod ipsi eque bene se confitentur esse bonos christianos clamentque amplius ad Christum[3]): „Domine, domine, nonne in nomine tuo prophetavimus", etc.; utrumne, inquam, iacere[k]) abiectum in ymis expediat, si et quando deo placuerit vocari, alios[l]) expectando, vel pocius cum communi multitudine superborum et presertim virorum doctorum et proborum secundum wlgi opinionem se inpudice eciam ingerere ad vocandum super cathe-

---

a) *om. D 2.* b) *sup. lin. add. A.* c) in — studiorum *om. D 1. 2.* d) *in marg. add. A.* e) *sup. lin. add. A.* f) *post corr. A.* g) presentis ecclesie *D 2.* h) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Enimvero, *v. infra, p. 48, lin. 14.* i) humilis *corr.* humiles *A.* k) iacere *superflue repetitur in A.* l) alius *post corr. A.*

1) *Cf. I. Cor. IV. 13:* „Blasphemamur et obsecramus tamquam purgamenta huius mundi facti, omnium peripsema usque adhuc." 2) *Cf. Matth. VIII. 20.* 3) *Cf. Matth. VII. 22.*

dras et honores. Nam si in presenti vocari prestoleris ad beneficia ecclesie vel officia, tunc intelliges in te verificari prophetam inquientem[1]): „Expecta [f. 141[b]], reexpecta, modicum ibi, modicum ibi“, sed nec locum invenies in diversorio pre multitudine pressure currencium et rapiencium officia, dignitates et honores. Aut fortasse si tibi volueris per ewangelium suffragari et scripturis, quod puta non expediat tibi propter conscienciam se ingerere ad vocandum, mox apud consultores valida testimonia reperies et audies ex ewangelio et scripturis, quod hii omnes bene faciunt et bene excusantur, qui res querunt huius mundi, et honores et beneficia et officia assecuntur, et quod bene stat simul illa querere et possidere et regnum celorum promereri, obsequ[iu]m dando sic domino nostro Jhesu Christo. Enimvero[a]) neque poterit nunc crimen seu iniquitas reperiri, quod non accipiat ex ewangelio et scripturis gratam et coloratam tuicionem, saltem sibi nomen alicuius virtutis vicine inponendo, ut[b]) nuper ante de superbia, quia honestas iam dicitur[c]), est tractatum.

Ex hiis, cum discurres[d]) hinc inde tue mentis, nisi assit spiritus Jhesu, qui adiuvat infirmatem nostram, pocius eliges post multos per latam viam ad perdicionem ambulare[2]), que videtur iam recta turbis populorum propter involucra Sathane et tenebras, ob densitatem errorum et corporis Antichristi. Cum itaque hec et similia homo sensatus[3]) viderit passim fere totam ecclesiam pertransire, et in communi et in privato ubique talem iniquitatem habundare, quid aliud ex hoc arguet, nisi plenitudinem instare temporis supremi Antichristi?

## Capitulum decimum quartum[e]).

*De avaricia antichristiana et concupiscencia*[e]).

Et[f]) quemadmodum de superbie vicio facta est relacio, ita et avariciam invenies in hiis temporibus summum

---

a) *contin. D 1. 2.* b) ut superbia iam honestas dicitur *D 1. 2; post quam vocem D 1. 2. contin.* Et quemadmodum, *v. infra lin. 30.* c) *post corr. A.* d) discursibus *false A.* e) *ita A rubr.* f) *contin. D 1. 2.*

1) *Isaiae XXVIII. 10.* 2) *Cf. Matth. VII. 13.* 3) *Cf. Eccli. XXXIII. 3* (homo sensatus credit legi dei).

g r a d u m  p o s s i b i l e m  i n  c h r i s t i a n i s  o b t i n e r e. Nam sicut abhominabile et turpe erat in primitiva ecclesia oves[a]) sanctorum et domesticos regni celorum terrena appetere, querere vel possidere, ita nunc est aput omnes christianos non tantum non esse peccatum querere, que sua sunt et huius seculi, sed prudencia et circumspeccio honestorum virorum et proborum, et qui e regione cum egestate solum Christum Jhesum pauperem committantur, segnes et inbecilles homines reputantur, polleant licet quamvis sapiencia et virtute[b]). Et illud, quod est genus avaricie pessimum, communitatem obtinuit, puta negociari questum per res et in rebus divinis seu ad salutem animarum solum eternam gratis datis ac ordinatis, ut est in officiis et dispensacione officiorum ecclesie et illis, ut sunt sacramenta, annexorum, — et illud [facere] iam libere et sine formacione[c]) ulle consciencie.

Et quam fuit horrendum in primitiva ecclesia, quis considerans Symonem pro eo anathemate horrende percussum[1]), non intelliget aut non dicet, quod iam non sit possibilis maior avaricia, quam modo est, temporibus affuturis? Aut quid potest esse avarius quam illud, quod hodie est videre, quod omnes, eciam dotati[d]) clerici, summis studiis inquirunt, et omnes pariter, beneficia, et vix[e]) aliquis stat contentus de uno beneficio, quin amplius et amplius habere non requirat?

Layci quoque non modo contentantur[f]) tota die sequi avariciam, omnes communiter [habentes] sollicitudinem diviciarum infinitam, sed, christiani, suam cupiditatem adinplent per diversos modos et subtiles usure et[g]) eos licenter exequi sibi videntur, cum nemo sit, qui prohibeat vel reclamet.

Religiosi enimvero, qui in summo gradu paupertatis sponte propter Christum esse primum elegerant, ad hoc modo devenerunt, ut summum studium apponant propter eorum communitatem divicias congregandi et dilatandi, et ad hoc pari sacerdotibus modo et similiter pessimo negociantur[h]) suos questus

---

a) *ita A;* cives *D 1. 2.* b) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Concludes, *v. infra p. 52, lin. 4.* c) *ita A.* d) *post corr. A.* e) est *seq. in A, sed postea del.* f) extentantur *corr.* contentantur *A.* g) est *corr.* et *A.* h) negociantur suos questus *add. A in m.*

1) *recte in Anania et Saphira Act. V. 1 sq. exemplum avaritiae punitae praebent.*

depictoque[a]) colore manifeste Antichristi, quia sub specie pietatis, excesserunt monachi cunctorum in hoc avariciam, quoniam notorie et sollempniter proprietatem non habituros se voventes et eam supremo anathemate condempnantes, ecce, iam notorie similiter ac solempniter retinent propria et secuntur, hoc ipsum ad cumulum sue dampnacionis et pessimi exempli et tocius ecclesie offensam non verentur addere, quod palam predicant, hoc eis iam licere, et aliter iam, puta sine proprio, non posse in communitate conversari.

Cum igitur videas hanc abhominacionem desolacionis, puta avariciam, nunc usquequaque habundare et ob sui nimietatem non tantum non accipere hodie ulcionem, sed nomen alicuius virtutis [sibi] vendicare et sedere in templo dei et maxime in sum[m]itate omnis dignitatis ecclesie dominari, adducere ad se et pro se omne, quod dicitur aut quod colitur deus[1]), et ea sibi subministrare ad suum questum et illud communiter in omnibus angulis et plateis[2]), quid aliud [f. 142ª] potes elicere, nisi instare tempus proprie proprium pessimi Antichristi?

Iterum hic, obsecro, inspice fideliter statum sancte ecclesie et contemptum ipsius terrenorum, et disposicionem presentis communitatis christianorum et studia ipsius et cupiditatem de terrena, et quomodo illud, quod in illa erat horridum et fugiendum, nunc in ista amplectitur licitum et honestum, et intellige, quod hodie propriissime et ad literam illa scriptura est inpleta, que in Apoc. ca. XIII. de Antichristo loquitur, dicens[3]): „Et faciet omnes pusillos, et magnos, et divites et pauperes, et liberos et servos habere caracterem in manu sua dextra aut in frontibus suis. Et ne quis possit emere aut vendere, nisi quis habeat caracterem nominis bestie aut numerum nominis eius.“

Ista in summa sic exponuntur, quod dyabolus, qui est caput Antichristi, faciet per operacionem suam misticos homines de omni statu ecclesie, et per consequens multitudinem maximam conformari huic seculo et esse amatores huius seculi et „habere caracterem“, id est aliqua signa portare, „in manu“, id est in principali operacione vel aliquo signo notorio, „aut in fronte“, id est in principali proposito aut voluntate conplacere

---

[a]) que *add. sup. lin. A.*

[1]) *Cf. II. Thess. II. 4.* [2]) *Cf. Matth. VI. 5* (in angulis platearum). [3]) *Apoc. XIII. 16—17.*

huic mundo, — et quod nullus christianus appreciabitur, qui Christo Jhesu toto corde adherebit, nec alicuius momenti reputabitur, sive sit laycus vel sacerdos, quinymmo gravem persecucionem pacietur a carnalibus christianis, sicut hodie est videre, nisi sit conformis in moribus amatoribus huius mundi. Et ideo ob magnum contemptum et abieccionem, quantumvis sanctus vir et sapiens, non poterit lucrari salutem animarum vel prodesse, nisi habeat „caracterem nominis bestie“, id est aliquem tytulum, modum aut habitum divitum et sapientum huius mundi, id est christianorum hunc mundum amancium, vel nisi habeat satis de pecunia, vel redditus aliquos annuos, vel beneficia et prebendas, alias pauper et miser reputabitur et expelletur et conculcabitur. Et hoc est, quod sequitur: „vel numerum nominis eius“, id est peccuniam et redditus. Et additur notanter in textu: „hic est“, id est in tali tempore, „sapiencia sanctorum“, id est qua necesse habent gubernari, ne similiter involvantur fermento yppocrisis Phariseorum[1]). Ita enim ista sunt operta et colorata, quod nullus ea potest congnoscere, nisi sanctus a sapiencia dei illustratus, sicut paulo post hic dicetur, quod „ubicumque fuerit corpus, ibi congregabuntur solum aquile“[2]), et in Daniele dicitur[3]): „Impie agent impii et nòn intelligunt omnes impii; qui autem docti sunt, intelligent.“

Nunc si concupiscenciam carnis presentem volueris contemplari, iterum ipsam in summo gradu suum regnum videbis nunc collocasse; cuius particio est in luxuriam atque gulam, quas species tunc in maximo gradu possibili esse intelliges, cum conspicies easdem non in paucis personis neque in aliquibus gentibus inundare[a]), sed fere totam communitatem ecclesie esse per ipsam captivatam, et non tantum hoc, sed super omnia clericos et sacerdotes. Hii namque, quia occiositati sunt dediti, ideoque a voluptate et desideriis vehementer captivantur, et primum a crapula et ebrietate. Et quia hec sunt forcia incentiva libidinis, clericis ergo ab occasione hac et naturalium lubricorum inpulsu viri[b]) inest necessitas, nubere vero matrimonialiter non licet, igitur pene inevitabiliter inde ipsis contingit fornicacionibus, stupris, adulteriis, incestu et peccatis ignominie

---

a) *post corr. A.* b) *post corr. A.*

1) *Cf. Lucae XII. 1* (attendite a fermento Phariseorum, quod est hypocrisis). 2) *Matth. XXIV. 28.* 3) *Dan. XII. 10.*

dei ecclesiam adinplere, polluere et pessundare. Accedit ad ho ob communiter peccantes inverecundia et propter multitudinen lenonum et meretricum.

Ex hiis itaque concludes[a]) abhominacionem maximam esse in templo domini, cum populum dei, illum inquam populum electum et sanctum, in quo aliquando fornicacionem nec nominari licebat, nunc fornicacio et ebrietas operuit, e maxime sacerdotes, sicut[b]) scriptum est Ysaie[c]) [1]): „Mense eorun replete sunt vomitu sordiumque." Ecclesiam autem et templun communiter et fornicarii et concubinarii adinplent et sine timor et verecundia dei sacramenta pertractant et divinis se admiscent. Quod[d]) si forte eliges similia iam aliquando prece[s]isse verum est, dico, sed nunquam in tanta inundancia et summitate Nam fornicacio in tantum nunc debachatur in clero et in religiosis, ut iam peccato Sodomie, puta illo malo ultimo, infinit sint polluti, et ventris ingluvies in tantum est dylatata, ut iam nulla videatur verecundia cottidie sacerdotes et religiosos ingurgitacioni vacare, publice tabernas frequentare et temulenci incessabili agitari[e]).

Cum itaque hec ita se habere communiter in ecclesia videantur et diffuse, quomodo tempus pessimi et ultimi Antichristi iam non quilibet videbit esse adinpletum? Taceo de aliis singulis criminibus, — inundancia[f]), varietas atque latitudo in populo christiano omnem narracionem [f. 142[b]] excesserunt, nec opus arbitror stilo nimietatem presentem ipsorun explicare, cum iam unusquisque palam clamet ad proximum quod tanta est modo iniquitas et tanta scelera inpunita, quod nunquam prius sunt visa similia, sed neque postea credenda sunt affutura. Quinymmo et illi, qui sceleribus habundant, convicti iam et quodam modo saciati, nimiam hodie iniquitatem in christianis vocitant habundare. Quapropter si nunc tam aptato sibi tempore Sathan non produceret illum suum maximum Antichristum, quando tunc, queso, in posterum suam iniquam

---

a) Concludes itaque (eciam *D 2*) *contin. D 1. 2.* b) sicut — sordiumque *om. D 1. 2.* c) *lacuna seq. in A.* d) Quod si — agitari *om. D 1. 2.* e) *post corr. A.* f) inundacio *D 1. 2.*

1) *Isaiae XXVIII. 8.*

et diu conceptam seduccionem et maliciam ita copiose et libere adinpleret? Quidquid dicant aut forte fabulentur aliqui, ego ex istis ipsum iudico iam utique advenisse[a]).

---

[a]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Non est phas cogitare, *v. infra p. 58, lin. 34.*

# DISTINCCIO SEXTA[a]).

## DE CORPORE ANTICHRISTI[a]).

---

### Capitulum primum[b]).

*De tripharia contencione odiosa corporis Antichristi*[b]).

Solum autem iam restat reformacionem per ipsum Antichristum destructorem expectare et levare capita nostra, quoniam apropinquavit iam redempcio nostra[1]), et esse aquilam celestem, alte volare et acute cuncta ab alto inspicere et solem in suo decore contemplari[2]), sicut scriptum est Ozee B.[3]): „In gutture sit tuba, sicut aquila super domum domini", quoniam propriissime de istis temporibus veritas et dei sapiencia pronuncciavit, dicens[4]): „Ubi fuerit corpus, ibi congregabuntur et aquile."

O, verbum proprie proprium moderne veritati, et quale verbum decebat proferre eternam veritatem! O, misterium dico et parabola, quam proprie concernens filios eleccionis, enigma inquam a divina sapiencia proditum, non[c]) fortuito, sed in eterna disposicione conpylatum, indignis christianis et equis et mulis valde absconditum in hiis temporibus, et solum hiis et facile hiis, qui spiritu Jhesu habundant[d]), intellectum[e]), sicut de

---

[a]) *ita A rubr.* [b]) *ita A rubr.* [c]) *post corr. A;* fortuitu *A.* [d]) *post corr. A.* [e]) intellectum *corr.* intellectu *A.*

[1]) *Cf. Lucae XXI. 28:* „His autem fieri incipientibus respicite et levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra." [2]) *haec phrasis pulcherrima de biblia non provenit.* [3]) *Oseae VIII. 1.* [4]) *Matth. XXIV. 28.*

hoc tempore scriptum est Danielis[a] [1]): „Impie agent impii et non intelligent omnes inpii; docti autem intelligent“, non quidem docti, qui secundum equivocacionem solum docti habentur in mundo nunc christiano, sed illi docti, quos spiritus sapiencie dei, que est Christus Jhesus crucifixus, qui hec verba prodidit, inspirabit, eos omnem, que est utilis, edocens veritatem [2]); qui solum et maxime proprie in christianis docti esse dicuntur, secundum quod scriptum est Jo. VI [3]): „Et erunt omnes docibiles dei“, et I. Jo. II[a] [4]): „Et non habebitis[b]) opus, ut quis vos doceat, sed unccio docebit vos de omnibus.“

„Ubicumque igitur, inquit Jhesus Christus[c]) [5]), fuerit corpus, ibi congregabuntur et aquile.“ In quibus verbis primum est advertendum, quod dicit: „Ubicumque fuerit corpus“, ubi non determinat locum, ubi corpus queat reperiri. Secundo exprimit sue ecclesie et synagoge peccancium Antichristi discrecionem, quia posuit „corpus“. Tercio innuit facilem electorum alterutrum congnicionem et in Christo unionem, quia „congregabuntur“. Quarto difficilem ab inpiis et inpossibilem Christi Jhesu et eius ecclesie noticiam seu visionem, nam dicit: „Congregabuntur aquile“, id est solum electi et non reprobi.

I. Propter quod notandum primum, quod hic per corpus intelligit veritas suum corpus misticum, quod est ecclesia ipsius congregata ex multitudine electorum solum, quos vivificat et agit spiritus Jhesu Christi secundum decreta apostoli Ro.[d]) [6]): „Qui[e]) non habet spiritum Christi Jhesu, hic non est eius“, et Apok.[f]) [7]): „Testimonium Jhesu est spiritus et prophecie.“ Quod autem corpus hic sic accipiatur et sic significet, puta unionem in[g]) Christo electorum, de hoc habes multa in epistola Ro. XII. [8]) et Cor. XII. [9]) et ceteris.

---

22) Quod solum electi sunt corpus Christi misticum *A in marg. fol. infer.*

[a]) *lacuna seq. in A.* [b]) habebis *corr.* habebitis *A.* [c]) *sup. lin. add. A.* [d]) *lacuna seq. in A.* [e]) *post corr. A.* [f]) *lacuna seq. in A.* [g]) *add. A alia manu.*

[1]) *Dan. XII. 10.* [2]) *Cf. Joan. XVI. 13.* [3]) *Joan. VI. 45.* [4]) *I. Joan. II. 27.* [5]) *Matth. XXIV. 28.* [6]) *Rom. VIII. 9.* [7]) *Apoc. XIX. 10.* [8]) *Cf. Rom. XII. 4—5.* [9]) *Cf. I. Cor. XII. 12 sq.*

Dicit igitur pius Jhesus: „Ubicumque fuerit corpus", id est unio in suo spiritu christianorum, ita quod sine determinacione loquitur, innuens quandam universalem ambiguitatem vel questionem propter nimium errorem incumbentem de seipso et de suo corpore fiendam, quam paulo in sequentibus exprimit, dicens Luce XXI.º [1]): „Videte, ne seducamini. Multi enim venient in nomine meo dicentes, quia ego sum: et tempus appropinquabit [a]). Nolite ergo ire post illos", et Marci XIII [2]): „Et tunc si quis vobis dixerit: Ecce, hic est Christus, ecce, illic, ne credideritis." Mt. quoque XXIIII [3]): „Tunc si quis vobis dixerit: Ecce, hic est Christus, ecce illic, nolite credere."

Error autem hic et ambiguitas, quam veritas intellexit, iam nimis manifeste et ad literam adimpletur, quoniam, ut supra dictum est, in Oriente dicunt: „Hic est Christus", et in Meridie inquiunt: „Non ibi, sed hic est Christus", in Occidente autem: „Non ibi, nec alias, sed hic est Christus". Et ita civitas illa spiritualiter Babylon et Sodoma [4]) est in tres partes divisa, quarum quelibet contra alteram se esse Christi corpus promittens et persuadens, dicit non ex amore, sed contenciose: „Hic est Christus." Et per hoc falsi christi et pseudoprophete, hinc et inde nimis multiplicati ac super numerum, predicant christianis: „Ecce, hic est Christus, ecce, illic."

Et in tantum et tam potenter hec iniquitas hodie habundavit, ut iam non solum, ut dictum est, tripharie et contra invicem clametur: „Hic est Christus", sed iam quelibet fere civitas sibi [f. 143ª] quasdam adinvenciones conponat et quasi quoddam simulachrum fabricans et de eo supra alias glorians, clamet inportune et ipsa: „Ecce, hic est Christus." Est enim nunc videre communiter, ut multe civitates, templa vel collegia, questu vel honore vel alias inutili ad salutem supersticione hominum ad hoc ipsum eos inducente, conparant sibi per inportunitatem precum, per promocionem magnatorum, quibus in ullo audetur aut phas esset denegare, et per multos insuper labores et inpensas, sic inquam extorquent a superioribus, vel alias fingunt quidam et excogitant ex seipsis vel per

---

[a]) appropinquavit *biblia*.

[1]) *Lucae XXI. 8.* [2]) *Marci XIII. 21.* [3]) *Matthaei XXIV. 23.*
[4]) *Cf. Apoc. XVIII. 10* (civitas illa magna Babylon) *et Apoc. XI. 8* (civitas magna, quae vocatur spiritualiter Sodoma et Aegyptus).

nimis coloratam operacionem signorum spirituum Antichristi quasdam singularitates varias, veluti ymagines[a]), in quibus affirmant, quod virtus divina assistens mira ope[re]tur, aut ossa sanctorum notabilia et gloriosas reliquias dicunt aput ipsos habere[b]) aut operacionem dei specialem et sanctorum eius, ita quod propius deus ibi fuerit quam alibi, et alia multa huius[modi], et ipsa celeberrime ornant, gloriose in populis predicant et sic per universum orbem circumquaque diffamant. Et ita perinde magnam celebritatem locorum suorum, sui ipsius magnum honorem et gloriam magnumque questum conventus fratrum vel sacerdotum valde colorate et cum iactancia assequntur. Et hoc ipsum firmant et persequuntur, ponentes in illis supradictis figmentis singularem et maximam salutem populorum. Unde fit concursus populorum christianorum ad[c]) eorum loca et templa supra modum continuus et maximus, predicatoribus multiplicatis et concrepantibus celebritatem undiquaque talium ipsorum graciarum singularium et adinvencionum hominum seu ficticiorum incertorum. Que omnia quamvis cum[d]) summa fiant diligencia, tamen solum pro lucro temporali et pro vana gloria in hoc mundo a quam plurimis exercentur.

## Capitulum secundum[e]).

*De contenciosa divisione membrorum in corpore Antichristi*[f]).

Unde illi valde suasibiliter et cum magno verborum apparatu populis simplicibus inquiunt: „Ecce, nos habemus tale et tantum privilegium a domino apostolico, ab isto et a multis aliis, ut quicumque huc venerit, hoc vel istud fecerit, consequetur remissionem omnium culparum et penarum.“

Alii voce audaci pronunciant populis, inquientes: „Hic, in isto loco sunt iste et ille tales gloriose reliquie ac tante“, inquiunt, „ut alibi non sint vise vel audite, et felix est, cui a deo est concessum huc venire, ubi in promptu est cuilibet devote venienti salutem suam adipisci et omnium suorum peccatorum remissionem.“

Alii proclamant celebriter, inquientes: „O, gracia, que facta

---

23) Nota bene de loci *A.*

[a]) imagine *corr.* imagines *A.* [b]) haberi *A.* [c]) et *corr. in marg.* ad *A.* [d]) *post corr. A.* [e]) *ita A rubr.* [f]) *ita A rubr.*

est in hac ecclesia et in nostro conventu, et felices vos hodie omnes pronuncio, quod umquam huc pervenistis, quoniam hic est ymago Christi vel istius sancti aut istius, que miranda operatur. O, beati, qui sunt istius loci vel oracionum istius loci participes[a]), quod beata Virgo [eum] sibi elegit vel beata Katherina vel huiusmodi[b]). Nam et in eo manifeste virtutem suam ostendit per istum modum aut per istum, propter quod sine dubio quilibet huc veniens salutem sue anime consequetur."

Alii inquiunt auctoritative: „O, pueri, dampnum est, quod hoc prius nescivistis, quia hic habemus talem vivam ymaginem Crucifixi, que merito viva potest dici, quoniam vivit in ea virtus divina et venit ad nos tali et tali modo gloriose, et nequaquam alibi, quam hic, sibi elegit hec ymago benedicta mansionem. Nam tali modo et tali fuit attemptatum, quod transferretur alibi, sed nullo modo potuit ammoveri, vel amota iterum huc et iterum remeavit. Quis igitur se sibi commendans esse expers poterit a salute?"

Quid rogo vos, qui estis aquile vel si estis aquile, ista considerantes, videbitis, nisi dicere in misterio Antichristi: „Ecce, hic est Christus et ecce, illic"? Quapropter nolite credere, inquit Christus[1]), quoniam scriptum est Act. X°[2]): „In veritate comperi, quoniam non est accepcio personarum aput dominum"; et si non [est accepcio] personarum, quomodo igitur locorum vel statuarum, magis illorum quam aliorum, sicut isti famuli Antichristi arbitrantur. Et illud, quod ad electos et sanctos dicitur, scilicet quod in primitiva ecclesia, quando erat utilitas illius et tempus illud exposcebat, alii quidem dabatur gracia sanitatum, alii gracia linguarum, etc.[3]), et illud, quod Petrus subdit, dicens[4]): „Sed in omni gente, qui facit iusticiam, acceptus est illi", nequaquam isti prefati pseudoprophete pro suis fabulis valent allegare, quia loca eorum et templa vel statue vel reliquie tales non faciunt iusticiam neque[c]) merentur ex eo, quod sunt mortua, neque eciam remerentur ullam graciam. Neque eciam phas[d]) esset cogitare, quod Jhesus et spiritus eius aut sancti

---

1) De ymaginibus nota *A alia manu.*

a) *ita corr. ab ed.;* particeps *A.* b) huius *tantum A.* c) *sequitur rasura in A.* d) *contin. D 1. 2.*

1) *Cf. Matthaei XXIV. 23.* 2) *Act. X. 34.* 3) *Cf. I. Cor. XII. 9. 10.* 4) *Act. X. 35.*

in celis ita desipuerunt, ut puta darent graciam et virtutem pocius[a]) locis vel templis aut statuis vel reliquiis, presertim in hiis temporibus, quam hominibus dignis deo et virtuosis [f. 143b] et sacerdotibus, quorum adhuc plus quam septem milia in Christi ecclesia sunt relicta[1]), qui intelligunt quippe graciam et dona sibi donata et accepta et sunt grati et sciunt eis uti et ad virtutes atque salutem proximorum ordinare.

Isti autem Antichristi predicti in tantum sunt in ecclesia vane gloriosi, quod quia virtutes in se proprie non habent, neque ullam graciam in Christo sorciuntur, ex quibus possent esse in populis gloriosi, saltem ponunt ficticie in rebus mortuis virtutes et graciam ad seipsos pertinentibus et sibi annexis, ut saltem vel sic habeantur gloriosi, quoniam spiritu Jhesu habundantes nequaquam in talibus corporalibus vel in locis vim salutis reponunt vel robus gracie, sed in spiritu Jhesu Christi, quem degustant, et utique, quia scriptum est[b])[2]): „Spiritus est, qui vivificat, caro non prodest quidquam", et iterum apostolus[c])[3]): „Corporalis exercitacio ad modicum utilis est." De locis dicit Christus ad Samaritanam[4]): „Mulier, crede michi, quia venit hora et nunc est, quando neque[d]) in monte hoc neque Jerosolimis adorabitis patrem, sed in spiritu et veritate."

Quapropter veritas[e]) omnia hec, que dicta sunt, dimeciens notanter, postquam illam restriccionem sue gracie et salutis per loca fore previdit et ad res inbecilles, corporales hoc[f]) prophetavit et expressit, dicens[5]): „Dicetur: Ecce, hic est Christus, ecce, illic", mox subiunxit: „Nolite credere." Et declarans habitudinem sue gracie et salutis, que est in solo Jhesu condita, et ipsius communicacionem non per singularia loca vel in rebus quibusdam, sed ubique presentem et inmensam, subdidit[6]): „Sicut enim fulgur ab Oriente exit et apparet usque ad Occidentem, ita erit adventus filii hominis."

Non tamen hic inpugno[g]) divina sacramenta vel loca deo consecrata, sed vanitates et supersticiones, que ex avaricia prodierunt.

---

[a]) -o- *postea add. in A.* [b]) *lacuna sequitur in A;* utique *corr. ab ed.;* ubique *A.* [c]) *lacuna sequitur in A.* [d]) *sup. lin. add. A manu poster.* [e]) *in A seq.* quod, *sed. del.* [f]) *ita emend. ab ed.;* ac *A.* [g]) *post corr. A.*

[1]) *Cf. Rom. XI. 4:* „Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal." [2]) *Joann. VI. 64.* [3]) *I. Tim. IV. 8.* [4]) *Joann. IV. 21. 23.* [5]) *Matthaei XXIV. 23.* [6]) *Matth. XXIV. 27.*

## Capitulum tercium[a]).

*De alia contencione*[b]) *membrorum corporis Antichristi*[c]).

Iterum, ut videatur, quomodo nunc est tempus[d]), quo dicitur[1]): „Ecce[e]), hic est Christus, ecce, illic“, considerandum est, quod nunc extant multi conventus et, ut wlgo dicitur, religiones vel ordines, quarum quelibet habens unum patrem, quodam modo obmisso Jhesu Christo crucifixo, de eo singulariter gloriatur. Unde illi extollunt suum patrem et contendunt cum aliis cum beato Augustino, utpote canonici[f]) regulares et heremite. Alii supra alios apreciant beatissimum Franciscum et predicant mira de ipso alias non predicanda, non pro beatissimi Francisci, sed magis pro sua propria gloria conficta, ac si sine eorum mendacio beatus Franciscus non esset satis commendatus. Alii dicunt: „Nos sumus Dominici, nos vero sumus Bernardi, nos autem Benedicti, post Antonii, nos Pauli, primi heremite.“

Cum igitur hoc agatur in hiis diebus iactanter et plurimum contenciose per unius contra alterius inflacionem ab istis, nonne supra modum iam manifeste per hoc isti ostendunt se esse carnales et Jhesu spiritum non habentes et quod verbum apostoli, tam clarum, in ipsis est suffocatum, per quod dicitur Iª Cor. IIIº[2]): „Adhuc enim, inquit, carnales estis. Cum enim sit inter vos zelus [et] contencio, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis? Cum enim quis dicit: Ego quidem sum Pauli, alius autem: Ego sum Apollo, nonne homines estis?“ Et paulo supra[3]): „Divisus est Christus“, subaudis per illum modum, quia eius fraterna dileccio, que est Christus, et eius spes est divisa.

Si igitur et voce similiter isti moderni non dicerent, gestu tamen et omni habitudine homines utique solum seipsos amantes procurant Christi Jhesu inter se divisionem. Quapropter manifeste hoc modo nunc dicitur: „Ecce, hic est Christus, ecce, illic.“ Quod si hec, que dicuntur, iam non tantum sunt hominibus apparencia aut reprehensibilia, hoc fecit excecacio plurimorum et nimia istorum habundancia seculis in modernis.

---

a) *ita A rubr.* b) *post corr. A.* c) *ita A rubr.* d) tempore *corr.* tempus *A.* e) ecclesie *corr.* Ecce hic *A.* f) canonica *corr.* canonici *A.*

1) *Matthaei XXIV. 23.* 2) *I. Cor. III. 2—4.* 3) *I. Cor. I. 13.*

Cum insuper[a]) hiidemtidem ordines vel conventus quosdam, qui Christum specialius inquirunt, invitant ad seipsos suasibiliter et colorate, unusquisque suam regulam, suas consuetudines et cerimonias atque suos patres nimium collaudantes, ut alliciant homines sibi et ad suos fratres et attrahant [ad] intrandum ad eorum conventum et ordinem, et presertim homines insignes, sapientes, generosos aut potentes in seculo, nichilomnino[b]) ad participium sue fraternitatis summe saluti conparantes et [dicentes], quod non amplius cure esse debeat pro salute, cum sit iam aliquis de ipsorum magna et dilatata fraternitate, ubi tot misse, [f. 144[a]] tot[c]) oraciones et bona cottidie peraguntur, — cum hec communiter nunc fieri videantur a quam plurimis, non ob amorem Christi Jhesu neque ob amorem salutis tocius ecclesie, sed ob amorem suiipsius, qui amant seorsum seipsos, et tamen cum hec[d]) quasi sancta et laudabilia habentur, quamvis sint singularia quedam in dei ecclesia et solum per homines adinventa, et miro modo occulto et subtili subintroducant et faciant in ecclesia seccionem et dileccionis Jhesu atque communionis mutue in ecclesia extinccionem, cum iam unus pre alio nititur se et suos in Christo et per Christum elevare commendando et commendare elevando, — nonne iam dicitur nobis patulo: „Ecce, hic est Christus, ecce, illic“, quouiam dicitur: „Ecce, hic est maxime vicinior salus, ymmo illic“?

Nam et layci ex istis fraternitatibus separancium semet ipsos nacta occasione et exemplo, eciam ipsi forma[ve]runt et formant inter se suas fraternitates seorsum singulares, sua quedam conventicula de sanguinibus celebrantes, solempnisantes et alios ad se multis suasi[oni]bus attrahentes, ut sic et ipsi conponant amorem ad seipsos et quasi alii christiani non ita bene sint provisi et minus adamandi, qui sortem cum eis non miserunt. Et iste tales secte fraternitatum valde hodie sunt in populo et super numerum multiplicate.

Dehinc et alie quedam peiores, ymmo pessime societates erumpunt, utpote societates de hominibus armatis militum, predonum et latronum, que Ytaliam usque hodie non desistunt crudeliter devastare. In Alemania quoque simi-

---

a) in — *sup. lin. add. A.* b) *ita emend. ab ed.;* nichilominus *legitur in A, sed corr.* c) tot oraciones et bona *add. A in marg.* d) *corr. ab ed.;* hoc *scribitur in A.*

liter nobilium quedam et rusticorum ad se ipsos sunt collecte et iuramentis et aliis adinvencionibus colligate, ut sic mutuo fortiter sibi adhereant adversumque alios et in bono et in malo se potenter tueantur, multam nichilominus pecuniam pro eo conportantes in thezauros; faciunt quoque sibi quedam signa extrinseca similia vel eadem, per que de secta sua conplices dignoscantur et singularius adamantur, utpote aliqui ex mutuo condictu portant in pectore lupum, alii ovem et similia[a]), que ego proprie appellari[b]) ymaginem vel caracterem bestie iudicavi. Ex hiis venerunt in Neapoli quidam de rubra[c]) rosa, alii de alba rosa, et in Lombardia Gelphi et Geblini, et in Boemia „sybaly". Qui omnes et singuli contra singulos se mutuis cedibus interimunt et conturbant, semet ipsos sequestrantes [1]).

Que omnia quam sunt detestanda in christiano populo et argumenta evidentissima iam ad unguem completi corporis Antichristi, nullus habens intellectum poterit dubitare.

Iterum sunt quidam iam in supremo gradu sanctitatis et religionis christiane secundum wlgi opinionem existentes, qui Christum inquirentibus et conpendiose salvari volentibus asseverant, dicentes, [quod] nisi in ordine vel maxime in religione hac vel illa, [non] est Christo digne et perfecte serviendum et quod ibi est cuilibet in promptu et tam certa salus, quod vix vel raro contingit hominem abinde mori de dampnandis; et quod illico, quam cito intrat illam religionem, ab omni culpa et pena est tunc absolutus, ac si denuo ex aqua et spiritu, scilicet per baptismum nasceretur. Quod dubitare vel ei contradicere, nulli existit licitum secundum ipsorum decreta, aut secus autumans vel obliqus primo excommunicacionem pape incurreret et persecucionem ac bellum inplacabile sustineret. Et isti sunt, qui gloriantur semet tantum perfeccionem et statum apostolorum et primitive ecclesie obtinere. Et ita hoc ipsum disseminaverunt in communitate christiana, habentes multam materiam ad seipsos commendandi, omnipharie splendore et sanctitate extrinsecus prefulgentes coram hominibus et ad

---

a) vel similia *superflue seq. in A.* b) appellavi *A.* c) rubea *A.*

1) *de hiis societatibus, quantum Alemaniam attinet, vide Th. Lindner, Deutsche Geschichte unter den Habsburgern und Luxemburgern, Bd. II.; quoad Italiam v. Carlo Cipolla, Storia delle Signorie italiane dal 1313 al 1530, et de Bohemia v. Fr. Palacký, Dějiny národu českého, t. II, l. IX, art. 2 sq.*

hoc summis studiis enitentes in omnibus, ut hominibus placeant, — non enim aliter et sine eo possent acquirere sibi copiam rerum et bonorum, — ac si solum ibidem esset regnum celorum et Christus ibi poneret solum suam mansionem.

Inde pertransivit communitatem ecclesie iudicium et opinio, quod omnes persone alie in ecclesia in conparacione talium religiosorum dicuntur seculares, mundus quoque dicitur et iudicatur esse reliqua communitas christiana, et presertim sacerdotes plebium nimis abusive inde dicuntur presbiteri seculares. Quod quidem quam sit inhonestum, potest patere fideliter intuenti scripturas, quod videlicet ordinarii ecclesie sancte et capita christianorum propria debeant dici et indicari omnes communiter seculares vel sacerdotes huius mundi, cum tamen aliter sancta dei ecclesia nichil commune habeat cum hoc mundo, id est amatoribus huius mundi, et precipue apostoli ecclesie et eorum successores, quibus primo et principaliter dictum est[1]): „Jam vos de mundo non estis, sicut ego non sum de hoc mundo“, et alibi[2]): „Si de mundo hoc essetis, mundus, quod suum esset, diligeret, sed quia vos non estis de hoc mundo, quia ego tuli[a]) vos de mundo [f. 144[b]], ideo odit vos mundus.“

Potest eciam ex eo patere, quod abusive modo sacerdotes plebium dicti sunt presbiteri seculares in conparacione monachorum, puta quia homo dicitur spiritualis non quilibet, sed qui vivit in spiritu per fidem et per consequens per spiritum Jhesu Christi, sicut scriptum est Tyt. V[b])[3]): „Si spiritu vivimus, spiritu et ambulemus.“ Et ita quilibet christianus, qui est particeps spiritu Jhesu, denominatur spiritualis, et solum talis, et omnis homo carens spiritu Jhesu est bestia, id est equalis bestie, postquam excidit a veritate et spiritus hominis est mortuus. Et scriptum est Gen.[c])[4]): „Quacumque hora come[deris]“[d]). Et iterum: homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis. Inde[e]) dicitur eciam omnis homo sine spiritu Jhesu vanus vel vanitas; unde psalmus[5]): „Verumptamen universa

[a]) elegi *biblia.* [b]) Tyt. V. *add. A posterius.* [c]) *lacuna seq. in A.* [d]) *post hanc vocem sequitur in A:* Nichilominus tamen *usque ad voces:* nobiscum in seculo, *sed deletum est nota hac marg. addita:* Nota, quod hoc debet poni [post] in fine huius capituli *(rubr.).* [e]) *ita emend. ad ed.;* ī si *A.*

[1]) *Cf. Joan. XVII. 16:* „De mundo non sunt, sicut et ego non sum de mundo.“ [2]) *Joan. XV. 19.* [3]) *recte Galat. V. 25.* [4]) *Cf. Gen. II. 17:* „In quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.“ [5]) *Psalm. XXXVIII. 6.*

vanitas omnis homo vivens", et alibi[a][1]: „Vanus est omnis homo, in quo non subest spiritus dei." Dicitur eciam animalis vel bestialis; unde apostolus[a][2]: „Animalis homo non percipit, que sunt spiritus dei." Dicitur insuper mortuus; unde[3]: „Dimitte mortuos sepelire suos mortuos." Dicitur quoque mundus vel huius mundi vel secularis; unde dominus Jo.[a][4]: „Alium paraclitum dabo vobis, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum nec scit eum." Et iterum ibidem[b][5]: „Ego pro eis rogo, non pro mundo."

Ex quo sequitur lucide, quam iniuriose dicuntur christiani mundus vel seculares et quanto magis dei altissimi sacerdotes.

Item christianus quilibet[c] est spiritualis. Primo natus est denuo per spiritum. Unde Jo.[d][6]: „Omne, quod natum est de carne, caro est. Sic omne, quod natum est ex spiritu, spiritus est." Secundo est spiritualis a spiritu sancto, quem accepit, continet et ipso vivit et regitur. Ideoque apostolus I. Cor. II[7]: „Nos spiritum huius mundi non accepimus, sed spiritum, qui ex deo est." Et infra[8]: „Spiritualis diiudicat omnia." Tercio dicitur nunc quis spiritualis, quia modo singulari destinavit seipsum [ad] vivendum et vacandum spiritui sancto et ipsius operacionibus, ut est vite contemplative, et pro eo dicuntur monachi spirituales. Singulari tamen modo et quarto dicitur quis spiritualis ab officio, id est quia ex officio suo cooperative habet spiritum sanctum quoad operacionem communem in sancta ecclesia. De quo modo apostolus loquitur Cor., dicens[9]: „Divisiones[e] graciarum sunt, idem[f] autem spiritus."

Cum igitur sacerdotes plebium istis omnibus modis habeant spiritum sanctum, puta a baptismo, a[g] gracia vel continencia spiritus sancti, et ab eo, quod singulariter vacant spiritui sancto, et ab eo, quod habent officium, pro quo singulariter receperunt spiritum sanctum, et propter quod maxime fit denominacio, sicut scriptum est maxime eis[h][10]: „Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata", ideo inquam debent dici[i] maxime spirituales.

---

a) *lacuna seq. in A.* b) *lacuna sequitur in A.* c) licet *corr.* quilibet *A in marg.* d) *lacuna sequitur in A.* e) *post corr. A.* f) *post corr. A.* g) *sup. lin. add. A.* h) *rasura seq. in A.* i) *post corr. A.*

1) *Sap. XIII. 1* (scientia dei). 2) *I. Cor. II. 14.* 3) *Matth. VIII. 22.* 4) *Joann. XIV. 16—17.* 5) *Joann. XVII. 9.* 6) *Joann. III. 6.* 7) *I. Cor. II. 12.* 8) *I. Cor. II. 15.* 9) *I. Cor. XII. 4.* 10) *Joann. XX. 22—23.*

Ex quibus elicitur, quam abusive dicuntur a vulgo presbiteri seculares in comparacione aliorum. Nichilominus[a]) tamen ad hoc hodie devenit, quod communiter dicitur a christianis, et[b]) primum a sacerdotibus et clericis: „Si vellem deo totaliter me tradere aut[c]) esse homo spiritualis, tunc essem monachus. Nunc autem quia sum homo secularis, ideo licet michi adhuc hec facere vel alia, que sunt meis desideriis et mee voluntati consentanea.“ Et ad alios volentes Christo Jhesu palam servire communiter a suis conchristianis dicitur: „Si vis esse talis vel sic facere, utpote[d]) esse pudicus, castus, pauper propter Christum vel cetera huiusmodi, non expedit tibi, inquiunt, nobiscum convictum habere, sed vade, sis pocius monachus vel religiosus; quid facis nobiscum in seculo?“

## Capitulum quartum[e]).

*De tribulacione electorum Christi propter scissuram corporis Antichristi*[e]).

Et abinde t r i b u l a c i o C h r i s t i J h e s u e l e c t i s nunc maxima subtilissime est conflata, ut quicumque christianus utriusque sexus velit hodie, virgo aut vidua existens, vel alius de peccatis suis penitens, ardue domino Jhesu deservire, si, inquam, talis in comunitate wlgi christiani habitet, Christo Jhesu se sic offerens et perfeccius in simplicitate spiritus, et propter causas racionabiles religionem eorum non intrando, extimplo et inevitabiliter nimiam persecucionem ab ipsis et a suis contribulibus hodie pacietur, ut q u a s i h e r e t i c u s r e p u t e t u r, beghardus et begyna seu turlpinus et aliis variis ludibriis a communibus nominetur. Et oportet, quod citetur statim, et si est hereticus, examinetur. Propter quod servos Christi in medio christianorum modernorum degentes vel intrare religionem oportet vel solum occulte opera perficere caritatis, quia iam heu est celebriter wlgo christiano diffamatum, quod nemini est necesse ad salutem, ut se Christo perfecte offerat, et ex toto corde sibi serviat, nisi esset monachus vel

---

[a]) *ea, quae sequuntur, ex parte superiore secundum notam p. 63, n. d) huc translata sunt.* [b]) et — clericis *add. A in marg.* [c]) aut e. h. spiritualis *add. A in marg.* [d]) ut patet *corr.* utpote *A.* [e]) *ita A rubr.*

religiosus, quia alii christiani, licet lata via incedendo et huic seculo se conformando, nichilominus bene stant et sunt certi de salute.

[f. 145[a]] Quapropter supersticiosum iam reputatur in hoc presenti seculo et singularitas, constans videlicet et perfecta conversacio secundum ewangelii[a]) Christi veritatem. Nam ex istis eciam talibus in[b]) hoc tempore quasi testamento est firmatum, ut puta si quispiam parochialis presbiter vel, ut vulgo dicitur, sacerdos secularis seu in habitu seculari surrexerit, zelanter predicans veritatem, existens continuus in annunciando populo christiano peccata eorum et domui Jacob scelera eorum[1]), talis nequaquam diu[c]) subsistere poterit a facie tribulantis[2]) et persequentis. Nam statim nimis potenter quilibet talis invaditur ab illis, qui se gloriantur perfeccionem apostolorum obtinere et soli gestiunt in populo christiano gloriari, et, si qui alii quam ipsi predicarent, hoc omnino reputant suum dampnum et suorum questuum minucionem[d]). Quapropter omnibus modis satagunt, ubi possunt, alios predicatores sagacissime impedire, infamare aut per se vel per alios persecutores excitare et maxime contra tales, qui ipsorum vicia et yppocrisim reprehendunt. Et quia huiusmodi sunt ad hoc ipsum valde ydonei et potentes, tum quia sunt nimis multi, tum quia sunt religione et[e]) sanctitate apparentes, tum quia valde docti et eloquentes et post se populorum magnam multitudinem abduxerunt, ideoque sacerdotes plebium, quibus incumbit ex ordine jerarchico ecclesie illuminare et predicare, modo ita deterrentur docere populos, ut nec ad illud aptant se nec studere cogitant, relisi a persecucione et contemptu[f]).

Istud tamen [pretereo], quia inpugnare ad presens non[g]) assumpsi, sed est[h]) propositi mei deducere, quod puta[i]) dicunt

---

[a]) ewangelium *false A.* [b]) *contin. D 1. 2.* [c]) *om. D 1.* [d]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Habet proprium Christus Jhesus, *v. infra p. 72, lin. 17.* [e]) a *corr. A.* [f]) *post hanc vocem in A sequitur:* Religiosi fratres ex adverso, *sed postea delet.* [g]) *corr. A.* [h]) *post corr. A.* [i]) pauca *corr.* puta *A.*

[1]) *Cf. Michaeae III. 8:* „Verumtamen ego repletus sum fortitudine spiritus domini, judicio et virtute, ut annuntiem Jacob scelus suum et Israel peccatum suum.“ [2]) *Cf. Isaiae XIX. 20* (a facie tribulantis).

nunc: „[Ecce], hic est Christus, ecce, illic", seipsos cum invidia super alios commendantes.

At quidam alii, ut iam communiter dicti sunt seculares clerici[a]), plebium suarum legacionem ordinariam mencientes, animose[b]) dicunt, quod nullam religiosi fratres habent iurisdiccionem in plebes, et sic dicunt et ipsi ad christianos populos: „Non ibi, sed nobiscum est Christus." Religiosi fratres ex adverso, quia licet nullas plebes ex primo suo tytulo habent regere vel illuminare nisi seipsos, nec debent, inquam, tales habere, tamen, — quo suasu vel quo zelo, ego nescio, — gaudent cum plebibus, licet aliorum, occupari et laborare. Ideo contendunt, dicentes, quod et ipsi habeant auctoritatem super vulgus christianum, et ad se summopere invitant veniendum, dicentes: „Hic est Christus, velint vestri ordinarii sive nolint."

Item alii sunt, qui videntes, quod fratres iam in ordine contra ordinem vivunt inordinate, et hoc ut in pluribus aut ex toto, et qui in summo spiritu ceperunt, notorie et summe carnem iam consumant [1]), ita ut non possit iam homo in religione vivere, quando ipsum non oporteat contra religionem et professionem propriam proprium possidere salutis sue in eternam perdicionem, inquiunt, dicentes: „Non in penetralibus est Christus, [sed] in agro communitatis ecclesie wlgi christiani, ubi saltem secundum solam et primam ewangelicam regulam conceditur conversandum: que regula, sicut est omnium hominum communis, ita est cuilibet statui et condicioni hominum contemperata, et que solum et maxime consistit in precepto unice dileccionis dei[c]). Ibi igitur, inquiunt, est Christus, scilicet in rudi et sancta rusticitate, quia scribitur[d]) [2]): „Et cum simplicibus sermocinacio eius.'"

Reliqui autem sunt, qui secundum dicta superius respondent: „In tali statu communis ecclesie plebeiorum sunt infinita offendicula et omnis hominum convictus est plenus erumpnis, magna incertitudine et labore, ita quod homo incessanter refrigescit et in devocione inpeditur. Ideo fugiendum est de medio Babylonis. Quapropter in monte religionis salvum

---

[a]) qui *sequitur in A superflue.* [b]) *post corr. in marg. A.* [c]) *in marg. add. A.* [d]) *lacuna seq. in A.*

[1]) *Cf. Exodi XVI. de Israelitis murmurantibus in deserto de ciborum inopia.* [2]) *Proverb. III. 32.*

fac te ipsum, nec stes in loco campestri, nec in omni circa regione. Ibi namque est Christus et semper ab inicio non cessavit habitare."

Cum itaque iterum nunc palam et communiter hec dicantur in populo et agantur in christianis, numquid non dicitur nobis iam: „Ecce, hic est Christus, ecce, illic", presertim cum hec contingant aput homines, qui Jhesum crucifixum non usquequaque libere confitentur? Quod si confitentur se nosse deum, ore dicentes: „Domine, domine", tamen factis ipsum negant, quia nesciunt facere, que ipse dicit, sicut scriptum est[a]) [1]): „Quid me vocatis: Domine, domine, et non facitis, que dico?"

Ex quibus singulis generatur intestinum bellum sancte ecclesie et pressura nec non quedam contagiosa perplexio in rudibus et simplicibus christianis, qui cupientes Jhesum Christum invenire, distracti per talia predicta, nesciunt, quo secure possint diverti [f. 145[b]], in quibus requiescere vel quibus adherere, cum manifeste contemplentur, quod omnes, quasi amici Christi essent, sic locuntur, et tamen omnes inimicos se exhibent fraterne caritatis, virtutis Christi Jhesu et eius veritatis; cum considerent, inquam, quod omnes fere confitentur se nosse deum, sed factis eum negant, quia dividunt Christum. Et ideo merito nunc est illa vox ecclesie ad Christum ipsummet et non alium, Cantici I.[2]): „Indica michi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum." Hec ita sunt dicta de eo, quod veritas dicit[3]): „Ubicumque fuerit corpus", innuens quandam per hoc ambiguitatem fiendam de corpore, id est unitate suorum electorum.

## Capitulum quintum[b]).

*Quod corpus Antichristi est simile corpori bestie*[b]).

II. Secundo est notandum hic, quod dicit veritas[4]): „Ubicumque fuerit corpus."

---

[a]) *lacuna sequitur in A.* [b]) *ita A rubr.*

[1]) *Lucae VI. 46.* [2]) *Cantic. I. 6.* [3]) *Matth. XXIV. 28.* [4]) *Matth. XXIV. 28.*

Ponit enim corpus simpliciter. Quod primo forte et salvo iudicio meliori potest sic accipi, scilicet quod semper fuerunt due congregaciones a principio vel due ecclesie, una corpus Christi, scilicet ecclesia sanctorum, alia corpus Antichristi, scilicet ecclesia malignancium. De corpore Christi multa sunt in scriptura [1]). De corpore Antichristi Job. XLI. dicitur [2]): „Corpus eius quasi scuta fusilia conpactum squamis sese prementibus."

Item aquile possunt sumi hic homines boni et reprobi, presertim illi homines reprobi, qui sunt agiles in malo et superbi et inbuti sapiencia huius mundi, que est „terrena, animalis et dyabolica" [3]), atque similiter homines probi, assecle Jhesu Christi, repleti „sapiencia, que desursum est, et est primum pudica, deinde pacifica, suadibilis et modesta" [4]), quia utrique horum reperiuntur in scripturis nomine aquilarum designari propter earum aquilarum varias proprietates et singulariter [in] Ezechie[le] XVII. de duobus et diversis aquilis [5]).

Ponit igitur dominus Jhesus sine addito [6]): „Ubicumque fuerit corpus, ibi congregabuntur et aquile", per hoc dans in intelligendum, quod quelibet aquile ad sui generis corpus colligentur [a]) in diebus tunc futuris. Verbi gracia reprobi, illud corpus Antichristi, ad ecclesiam malignancium, ubicumque pro tunc fuerit, concurrent, et probi ad corpus Christi, id est ecclesiam sanctam, ubicumque existet, a spiritu Jhesu deducentur, ita quod secundum dictamen sapientis simile tunc ad sibi simile adiungetur [7]), et secundum alium prophetam, qui dicit [b]), quod tunc quilibet ad suum populum adiungetur [8]). Et hic sensus plane concordat scripture Apoc. XV. e., ubi dicitur de congregacione corporis, specialiter Antichristi [9]): „Et congregabit eos ad locum, qui hebrayce dicitur Hermagedon", quod interpretatum dicitur consurgens temptacio. Nam sicut electi nunc ad se ipsos conveniunt, „solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis" [10]), ita iniqui consurgente temptacione, scilicet correpcionis ipsorum, in suam synagogam et ad suos complices pro nunc valde confluunt et se invicem contra se increpantes

---

a) *corr. ab ed.;* colliguntur *A.* b) *lacuna seq. in A.*

1) *Cf. supra p. 55.* 2) *Job XLI. 6.* 3) *Cf. Jacobi III. 15.* 4) *Cf. Jacobi III. 17.* 5) *Cf. Ezech. XVII. 3. 7.* 6) *Matth. XXIV. 28.* 7) *Cf. Eccli. XIII. 20:* „Omnis caro ad similem sibi conjungetur et omnis homo simili sui sociabitur." 8) *Cf. Isaiae XIII. 14:* „Unusquisque ad populum suum convertetur." 9) *recte Apoc. XVI. 16* (Armagedon). 10) *Ephes. IV. 3.*

protegunt et perinde in malo confirmantur. Ideoque, ubi supra in Job de Antichristo dicitur[1]: „Corpus eius quasi scuta fusilia, conpactum squamis sese prementibus, una uni coniungitur, et ne spiraculum quidem incedit per eas, una alteri adherebit et tenentes se nequaquam separabuntur.“ Et hec superius[2]) sunt eciam iam pensata.

Placet tamen magis unum alium sensum elicere ex verbis Christi preassumptis. Dicit igitur: „Ubicumque fuerit corpus, ibi congregabuntur et aquile.“ Ex eo, quod dicit simpliciter et sine addicione „corpus“, et quod non dicit „corpora“, sed singulare et unum corpus innuit accipiendum, ubi est advertendum, quod per hoc intelligit tantum ecclesiam electorum, que unicum proprie et solum est corpus misticum Christi Jhesu propter magnam similitudinem humani corporis nuncupatum, prout deducit apostolus, ut dictum est in multis locis[3], precipue tamen propter hoc secundum eundem apostolum[4], quia in corpore hominis, quod totum a capite et racione gubernatum existens, membra ipsius singula suis officiis ordinatissime, quamvis distincta, toti tamen corpori administrant et legittime concurrunt in maximam corporis sui unionem, ita miro modo conformiter in ecclesia Christi ista omnia relucent et membra eius cum officiis suis se invicem decoratissime conplectuntur; que obmitto nunc tamquam ad plenum per apostolum declarata.

Sic autem multitudo Antichristi nullo modo corpus potest dici proprie, quia licet in multis Christi ecclesie assimiletur, tamen nequaquam in unum conportant, neque gubernantur ab una racione; propter quod licet faciunt unum in malo membra Antichristi, non ideo corpus simpliciter dicuntur, sed corpus Vehemoth, id est corpus bestie, secundum ea, que paulo ante sunt de Job allegata[5]. Et idcirco Antichristus bestia mirabilis quasi unum monstrum, id est preter vel contra naturam ex suis partibus contra se invicem assidentibus dicitur in scriptura[6], cui logyci „chimera“ nomen ad placitum et proprie posuerunt, et unde contra naturam corpus totum Antichristi a Sathana signatum est connecti.

---

[1]) *Job XLI. 6—8.* [2]) *Cf. supra p. 44.* [3]) *vide in vol. I et II. indicem rerum, sub „Ecclesia.“* [4]) *scilicet secundum apostolum Paulum, cf. I. Cor. XII. 12 sq. et Coloss. II. 19.* [5]) *vide supra lin. 2 sq.* [6]) *Cf. Apoc. XIII. et XVII. passim.*

Nam sicut Christus [f. 146a] non aliud [est] nisi restauracio nature humane ad suam gloriam et suum statum primitivum, in quo Adam, id est homo, iuste et honorabiliter homo erat, ob quam causam ecclesia Christi equalissima esse humano digno corpori describitur, ita Antichristus, cuius caput dyabolus, non aliud est nisi destitucio nature humane in statum bestialem, qui accidit homini post culpam, sicut scriptum est [1]: „Homo cum in honore esset, non intellexit, conparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis.“ Ideo merito ecclesia malignancium fere ubique in scripturis bestie nomine et ymagine bestie est signata. Bestie tamen esse bestiam est valde bonum et naturale, sicut scriptum est Gen.[a] [2]: „Vidit deus cuncta, que fecerat, et erant valde bona“, sed homini esse bestiam est contra naturam et per consequens contra deum et ideo valde malum et sibi et toti universo repugnans ac crudele.

Propterea corpus Antichristi seu multitudo christianorum iniquorum dicitur similis esse bestie monstruose, contrarianti[b]) ordini naturali et eciam conceptui seu ymaginacioni intellectus. Similis etenim esse bestie perhibetur horribili, conposite ex bestiis multis crudelibus et rapacibus cum variis ipsarum naturalibus cruentis, instrumentis sive membris, que bestiam reddunt terribilem, utpote cum multis capitibus, non cum uno, et cum multis cornibus, et non cum uno, et habens sua membra ethrogenia in scripturis est descripta[c]), prout Apok. XIII. dicitur [3]: „Et vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem et cornua decem“; et paulo post [4]: „Et bestia, quam vidi, similis erat pardo et pedes eius sicut pedes ursi, et os eius sicut os leonis.“ Ecce, quam proprie corpus bestiale Antichristi describitur, non conportans in unum, sed in diversa agitatum, in eo solum ad unum concurrens, quod est bestia, scilicet quod facit motus actusque bestiales non tantum preter, sed eciam contra racionem, ut est rapere avide, velud pardus, volutari in luxuria et dulcibus, prout ursus, et superbe loqui et crudeliter agere, sicuti leo.

---

a) *lacuna sequitur in A.* b) *corr. ab ed.;* contrariante *A.* c) descriptum *corr.* descripta *A.*

1) *Psalm. XLVIII. 21.* 2) *Gen. I. 31.* 3) *Apoc. XIII. 1.* 4) *Apoc. XIII. 2.*

Quamvis tamen hec bestia, id est multitudo synagoge Sathane, sit nimis late et potenter per universum orbem ecclesie in hiis temporibus augmentata et condensata, quia tamen, ut dictum est, neque una racione regitur, neque ad unum caput concurrit, neque in unum per amorem Jhesu conportat, facile ab hiis, qui sunt aquile, evitatur. Sed ecclesia sanctorum, scilicet corpus Christi, ubicumque fuerit, latere aquilas non potest, quia gaudens suo capite unico, sapiencia, caritate et officiis suis legittimis ac ordinatis, ut fulgur fortiter resplendet, et unum solum intendens, ad unum omnia dirigit usque finem. Quapropter ubicumque corpus fuerit, id est ecclesia hec domini Jhesu Christi, ibi et aquile colligentur[1].

## Capitulum sextum[a]).

*Quod contencio et scisma est propria proprietas corporis Antichristi*[a]).

III. Tercio est notandum in verbis Christi assumptis illud, quod dicitur „congregabuntur", quia habet[b]) proprium Christus Jhesus et spiritus eius, scilicet[c]) dispersa colligere per caritatem veritatis, sicud ex adverso proprium est dyaboli et per consequens Antichristi dispergere[d]) per superbiam et contencionem[e]). Et ideo de Christo dicitur[2]): „Deus, qui facit unius moris habitare in domo", et iterum[3]): „Audiam, quid loquatur in me dominus, quoniam loquetur pacem in plebem suam." Nam pro eo, ut electi ipsius essent unum[f]), Christus in extremis obnixe patrem rogavit, dicens[4]): „Rogo, pater, ut ipsi sint unum, sicut et nos unum sumus." Quinymmo pro eo est Christus mortuus, ut sui electi in unum colligantur; unde Jo. XI.[5]): „Non tantum Christus moriturus erat pro gente, sed ut filios dei congregaret in unum." Propter quod primum et principaliter est preceptum Christi Jhesu dileccio dei et fraterna, sicut scriptum est[6]): „Hoc

---

a) *ita A rubr.* b) *contin. D 1. 2.* c) *om. D 1. 2.* d) dispargere *A.* e) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Non ponant, *v. infra p. 85, lin. 9.* f) unum corpus *corr.* unum *A.*

1) *Cf. Matth. XXIV. 28.* 2) *Psalm. LXVII. 7.* 3) *Psalm. LXXXIV. 9.* 4) *Joann. XVII. 22.* 5) *Joann. XI. 52.* 6) *Joann. XIII. 34.*

est preceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos“, ita primus et principalis effectus ipsius Jhesu spiritus est congregare invicem et unire. Et hoc relucet in ecclesia primitivorum, de quibus scriptum est Act. IIII°[1]): „Erat multitudinis credencium cor unum et anima una.“

Ita eciam primum et principale est Christi Jhesu spiritu afflatorum vel electorum congregare et uniri ad se invicem et unitatem conservare, veluti dicit apostolus ad electos[2]): „Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis“; et alibi ponit modum servacionis unionem, dicens[a])[3]): „Nichil per contencionem vel inanem gloriam, sed [in humilitate] sibi invicem superiores arbitrantes.“ Quapropter Christi electi habent hoc in radice caritatis, quod non tantum cum bonis unitatem conservant, sed eciam cum omnibus, in quantum fieri potest, sicut scriptum est ad Ro.[a])[4]): „Ymmo eciam cum hiis, qui oderant pacem, sunt pacifici“; ideoque caritas ipsorum omnia suffert, omnia sustinet[5]), prius quam rumperet vinculum fraterne dileccionis.

Ita iudicanda sunt de reprobis omnia per oppositam qualitatem, qui, ut paulo ante de bestia dictum est[b]), nequeunt nisi in iniquitate esse concordes, quod non concordia proprie potest dici, sed quedam quasi violenta colligacio in malis affeccionibus [f. 146[b]] et sine omni ordine et forma et ad monitum, quod bene Sampson per vulpes per caudas invicem colligatas designavit[6]). Propter quod dictum est Eccle.[c])[7]): „Stuppa collecta synagoga peccancium“, et in Ysa.[8]): „Non est pax inpiis, dicit dominus.“ Non igitur mali possunt dici unum, quantumlibet concordant in mala voluntate, sed similes in malo. Esse autem discordes[d]) est ipsis proprie proprium, quoniam hoc obtinent a sua primordena origine et ex suo patre Sathana, qui primum rupit concordiam et unionem et dehinc eciam in honorem scisma suum derivavit, sicut scriptum est[9]): „Invidia dyaboli peccatum intravit in orbem terrarum.“ Et idcirco apostolus ad Ro.[e])[10]): „Omnes, qui spiritum Jhesu non habent,

---

a) *lacuna sequitur in A.* b) qui *repet. A.* c) *lacuna seq. in A.* d) ipsis discordes *A.* e) *lacuna sequitur in A.*

1) *Act. IV. 32.* 2) *Ephes. IV. 3.* 3) *Philipp. II. 3.* 4) *recte Psalm. CXIX. 7:* „Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus.“ 5) *Cf. I. Cor. XIII. 7.* 6) *Cf. Judic. XV. 4.* 7) *Eccli. XXI. 10.* 8) *Isaiae XLVIII. 22.* 9) *Sap. II. 24.* 10) *Cf. Rom. VIII. 9:* „Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius.“

non sunt eius[a])“, sed sunt ex parte Antichristi, vocat simpliciter eos, qui sunt ex contencione.

Ex hiis irrefragabiliter[b]) colligitur argumentum ad hoc, puta quod instans tempus[c]) est proprium pessimi Antichristi, quoniam ex istis iam pro firmo habetur, quod videlicet sicut Jhesu crucifixi est proprie proprium ecclesiam in unitatem congregare, ita Antichristi est maxime proprium eandem disgregare. Et ista regula est, quam dominus Jhesus Phariseis contra se contendentibus, quod ipse esset ex parte Sathane, intulit ad secernendum se et suos et Antichristum et suos, ubi respondit veritas, dicens [1]): „Qui non coligit mecum, dispergit“[d]), id est omnis, qui colligit in unum homines per dileccionem et pacem sicut ego, ex parte mei esse per hoc cognoscitur, et omnis, qui dissipat homines a seipsis per invidiam et contencionem, adversarius meus pro certo esse conprobatur.

Quia igitur primitiva ecclesia fuit maxime congregata in unum, ita ut multitudinis credencium esset cor unum et anima una [2]), probacio est et fuit, quod tunc in ipsis fuit maxime dominus Jhesus Christus, sicut scriptum est[e]) [3]): „Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ego sum in medio eorum.“ Et quia hodie ecclesia christianorum est maxime divisa et scissa a summo usque ad deorsum, et in capite et in membris, et omne caput langwidum et omne cor merens a planta pedis usque ad verticem, non est in eo sanitas [4]), ideo hodie maxime manifesta est plenitudo corporis simul et capitis bestialis Antichristi, que maxima divisio superius est descripta. Propter quod nunc ille filius iniquitatis est revelatus et per universam ecclesiam est corpus eius nimis valde manifestum, cum per totam ecclesiam contencio de hominibus et ab hominibus concrepet communiter et incessanter, publice simul et private, omni obediencia, omni dileccione et fidelitate exulante.

Ex quibus luculenter infertur, quod hii, qui sunt ex contencione [5]) vel de corpore Antichristi, quamvis a se invicem

---

a) non sunt eius *add. in marg. A.* b) *post corr. super lin. A.* c) instans tempus *add. in m. A.* d) dispargit *A.* e) *lacuna sequitur in A.*

1) *Lucae XI. 23.* 2) *Cf. Act. IV. 32.* 3) *Matth. XVIII. 20.* 4) *Cf. Isaiae I. 5—6.* 5) *Cf. Philipp. I. 17* (quidam autem ex contentione Christum annuntiant).

sint diversi et communiter agant [contra] alterutrum contenciose, tamen multo magis contra sanctos dei incenduntur zelo amaro[1]), tum quia sunt ipsis in toto contrarii, veluti Christus Antichristo, tum quia spiritus incitans ipsos spiritualiter in intimis[a]), non sinit eos quiescere, ita quod et licet causam odii contra sanctos simplices et innocentes non habeant, tamen gratis ipsos odiunt et sine ulla causa ipsos verbis et factis persequntur, presertim illos, qui Jhesum crucifixum audacter secuntur et confitentur. Et pro eo scriptum est[b])[2]): „Odio habuerunt me gratis". Quinymo sunt talibus confessores Crucifixi contrarii et graves ad videndum[3]), quod eciam in bonis operibus et propter bona opera eosdem odiunt et inpediunt. Et talis [est] condicio invidie ipsorum inique, ut illud bonum opus, quod ipsi non curant vel non possunt vel nesciunt facere, in electis Christi eis displicet, et ob id conantur ipsum opus inpedire. Propter quod scriptum est[4]): „Pro eo, ut me diligerent, detrahebant michi." Per hoc igitur homines magis proprie esse Antichristi congnoscuntur, quod hos, qui Jhesum crucifixum confitentur et manifeste bona faciunt, ipsi persecuntur et detrahunt eisdem, suam per hoc antychristianitatem exequentes, et quia hodie est talium nimia multitudo, qui Gog et Magog[5]), id est de tecto vel de subtecto existentes, non permittunt caput sanctos dei ad loquendum Jhesum crucifixum vel operandum elevare, ut ipsi soli esse sapientes et gloriose contecti omni[c]) specie religionis videantur continentesque omnem execucionem iusticie et sanctitatis.

## Capitulum septimum[d]).

*Quam periculosa et timenda est illa contencio membrorum Antichristi*[d]).

Ideo dispersio sanctorum dei per Danielem[6]) predicta est conpleta, quoniam pro nunc sancti dei, qui

[a]) in continuis *corr.* in intimis *A.* [b]) *lacuna sequitur in A.* [c]) omnis *corr.* omni *A.* [d]) *ita A rubr.*

[1]) *Cf. Jacobi III. 14* (quod si zelum amarum habetis et contentiones sint in cordibus vestris). [2]) *Joan. XV. 25.* [3]) *Cf. Sap. II. 15.* (gravis ad videndum). [4]) *Psalm. CVIII. 4.* [5]) *Cf. Apoc. XX. 7.* [6]) *Cf. Daniel. XII. 7.*

adhuc [f. 147a] sunt plus quam septem milia relicta [1]), ad aquilonem et meridiem, ad orientem et occidentem in occultis silencio vacant, quemadmodum scriptum est[a]) [2]): „Prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est.“ Sedent inquam in tenebris et in umbra mortis [3]), attoniti et concussi ab hiis malis, et ignorantes, quid agere debeant, quia ipsos ab errore moderno pro maximo obtexuerunt tenebre, ut si quid sanctum et rectum velint operari in Christo Jhesu, illico ad aliud valde suasibiliter et a magna apparencia et a multitudine iniquitatis seducuntur. Et si zelanter id, quod verum et[b]) iustum eis videtur, loqui ceperint in publico, nichil prorsus facient, sed magis formido ex dentibus Vehemoth prodiens et ipsius sternutacio [4]) contundet os Jhesum crucifixum confitentis vel eius veritatem, quoniam nichil est de presenti in Christo Jhesu, sive scilicet virtutis et veritatis, sive hominum electorum, quod non ubique per ecclesiam crudeliter paciatur et tribulacionem pessimam et extremam. Nam a christianis et ab aliis, qui sancti apparent et sic a vulgo habentur, ab hiis quoque [veritas] patitur, qui gubernacula ecclesie videntur obtinere et solum habent edificare et non destruere, promovere Jhesum crucifixum et ipsum unicum et solum exaltare, non deprimere, non prohibere, non persequi Jhesum crucifixum confitentes et predicantes. Cum autem passim hec prefati faciant et ad hec defensores ewangelii aut professores contra ewangelium dicunt et faciunt, cum ductores veritatis a veritate seducunt, et cum fiant hec occulte, ita ut nec ipsimet hoc intelligant, nisi qui sunt aquille et docti a spiritu Jhesu, propter quod hoc isti Antichristi facientes, arbitrantur se per hoc deo obsequium comprestare; cum hoc homines potentes sunt in ecclesia opere et sermone inpinguati et dilatati [5]) diviciis Jhesu crucifixi et de absconditis ipsius est adinpletus venter eorum [6]), nam pollent omni[c]) sapiencia et scriptura et habent in potestate

---

8) Nota bene *A.*

a) *lacuna seq. in A.* b) *corr. ab ed.;* est *A.* c) *post corr. A.*

1) *Cf. Rom. XI. 4.* 2) *Amos V. 13.* 3) *Cf. Psalm. CVI. 10.* 4) *Cf. Job XLI. 9 sq.* 5) *voces bibliae, cf. Deuter. XXXII. 15 et Jerem. V. 28.* 6) *Cf. Psalm. XVI. 14.*

ecclesie sacramenta, habentes insuper auctoritatem precipere omnibus et mandare.

Ab hiis igitur et a talibus et ab aliis de sua religione gloriantibus et publicam sanctitatem et perfeccionem precedentibus in populis nunc sancti dei pessimam tribulacionem paciuntur in tantum, ut, si fieri potest, in errorem mittantur et electi [1]), quia ista tribulacio non est corporum, sed animarum, non est nec videtur exemplaris et gloriosa, sed in scandalum reputata et contagiosa, non manifeste pro fide Christi et virtute, sed nubile et cum perplexitate et per consequens cum hesitacione magna et timore, ita ut verum esse senciant, quod dictum est per prophetam [2]): „Foris interficit gladius, intus mors devastat“, et: „Ecce, in pace amaritudo mea amarissima“ [3]). Et nisi Jhesus crucifixus iam excitetur abrevietque nobis dies istos, non fiet salva omnis caro [4]).

Qui ergo ita hec se habere intelligitis, que dicuntur, atque per totam ecclesiam dilatata valide debachari, levate capita vestra et sitis aquile, quoniam apropinquat redempcio vestra [5]), quia iam prope est et in ianuis [6]), et oculi vestri conspecturi sunt corpus, ad quod debetis congregari [7]). Nam iam iamque revelabitur dominus noster Jhesus Christus [8]), congregabitque suos electos de quatuor angulis mundi, quod faciet per Helyam [a]), qui restaurabit omnia [9]), id est per predicatores suos et testes fideles multiplicatos per totum orbem, secundum quod supra dictum est [b]) de ossibus aridis et mortuis atque per latitudinem campi disparsis [10]), et dehinc per spiritum predicacionis, qui orbem terrarum replevit, redivivis et ad suum corpus proprium adunatis [11]). Et tunc quicumque iam fuerint acquille esse reperti, hii facile ad suum corpus advolabunt, licet qui in sordibus fuerint, sordescent adhuc [12]), et qui scandalizantur, porro scandalisabuntur adhuc [13]).

---

[a]) Hyliam *corr.* Helyam *A.* [b]) secundum quod *seq. in A superflue.*

[1]) *Cf. Matth. XXIV. 24.* [2]) *Cf. Thren. I. 20:* „Fortis interficit gladius, et domi mors similis est.“ [3]) *Isaiae XXXVIII. 17.* [4]) *Cf. Marci XIII. 20.* [5]) *Cf. Lucae XXI. 28.* [6]) *Cf. Matth. XXIV. 33.* [7]) *de quo corpore v. Matth. XXIV. 28.* [8]) *Cf. Lucae XVII. 30* (qua die filius hominis revelabitur). [9]) *Cf. Matth. XXIV. 31 et Marci IX. 11.* [10]) *Cf. Ezech. XXXVII. 1 sq.* [11]) *Ibidem.* [12]) *Cf. Apoc. XXII. 11.* [13]) *Cf. Matth. XIII. 21* (continuo scandalisatur) *et XXIV. 10* (et tunc scandalisabuntur multi).

Ecce[a]), predicta iam incipiunt adinpleri, et dehinc amplius et amplius continue invalescent. Nam scriptum est, ubi supra[1]): „Impie agent impii, et non intelligent omnes impii"; et iterum[2]): „Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper"; atque iterum[3]): „Mali semper proficient in peius." Et sicut veritas de hiis diebus determinavit, dicens Luc. XXI°[4]): „Amen, dico vobis, [quia] non preteribit generacio hec", subaudis ecclesie malignancium, „donec omnia fiant." Mt. XXIIII° dicit[5]): „Sicut enim fuit in diebus Noe, ita erit adventus et filii hominis. Sicut enim erant ante diluvium commedentes et bibentes, nubentes et nuptui tradentes usque ad eum diem, in quo introivit in archam [f. 147b] Noe, et non congnoverunt, donec venit diluvium et tulit omnes, ita erit adventus filii hominis. Tunc duo erunt in agro, unus assumetur et alter relinquetur. Due erunt molentes in mola, una assumetur et altera relinquetur. Duo in lecto, unus assumetur et alter relinquetur. Vigilate ergo, quia nescitis, qua hora dominus vester venturus sit." Et iterum Luc[as], ubi supra, dicit[6]): „Attendite autem vobis, ne graventur corda vestra in crapula et ebrietate et curis huius vite et ne superveniat in vos repentina dies illa. Tamquam enim fur superveniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terre. Vigilate itaque omni tempore, orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia, que futura sunt, et stare ante filium hominis."

## Capitulum octavum[b]).

*De occulta et fraudulenta composicione corporis Antichristi*[b]).

IV. Ex istis inmediate sequitur quartum pertractandum, puta quod hiis, qui crapulis et hebrietati et curis huius vite[7]) sunt dediti, sunt prorsus ignota, scilicet tempus instans et Antichristus et corpus eius et omnia eius ficticia et tendicula paliata. Ignota sunt tali-

9) Novissima dies *A.*

a) *ita emend. ab ed.;* licet *A.* b) *ita A rubr.*

1) *Dan. XII. 10.* 2) *Psalm. LXXIII. 23.* 3) *II. Tim. III. 13.* 4) *Lucae XXI. 32.* 5) *Matth. XXIV. 37—42* (duo in lecto oc. *biblia om.).* 6) *Lucae XXI. 34—36.* 7) *vide verba praecedentia de Luc. XXI. 34.*

bus insuper et ea, que Jhesus crucifixus et sua membra operantur, et in tantum ignota sunt ipsis et obducta, quod existentes Antichristi et membra ipsius et in corpore ipsius bestiali, credunt se christos esse et affirmant se esse de corpore Jhesu Christi et membra eius, quemadmodum scriptum est[a])[1]): „Est via, que videtur homini recta; novissima autem eius ducunt ad interitum."

Propter quod prefata multitudo carnalium christianorum et a spiritu Jhesu extincta ad hoc est per operacionem subtilissimam demoniorum deducta, quod sequentes fabulas et pertractantes, autumant certam vitam tunc pertractare, et persequentes Christi fideles vel Christum Jhesum et eius virtutem, arbitrantur se Antichristum persequi et membrorum eius falsitatem, veluti similiter contigit et Judeis et paganis, qui Christum Jhesum seductorem vocitantes et ipsum atque apostolos ipsius occidentes, obsequium se per hoc deo prestare sunt arbitrati. Similiter et isti, prout superius dictum est[2]), existentes Antichristi, alium quemdam sompniant venire Antichristum et predicant et minantur eundem affuturum, et ipsimet seductores existentes, alios inculpant esse seductores[3]), et ipsi yppocrite contagiosi existentes, contra alios, et ut plurimum, contra membra Jhesu crucifixi insurgunt, per hoc ipsum coram populis quasi zelatores semet iustosque ostentantes. Sicut scriptum est Ro. II°[4]): „Propter quod inexcusabilis es, o homo, omnis, qui iudicas. In quo enim alterum iudicas, te ipsum condempnas. Eadem enim agis, que iudicas." Et tunc ad propositum[5]): „Existimas autem hoc, o homo, qui iudicas eos, qui talia agunt, et facis ea, quia tu effugies iudicium dei?" Et infra[6]): „Quid[b]) ergo alium doces, et te ipsum non doces, qui predicas non furandum, furaris, qui doces[c]) non mechandum, mecharis."

Quare autem hec isti multitudini carnali christianorum eveniant, puta quod in tantum ludificari permittentur, reddit scriptura causas per multa, ex quibus unum Proverb. I., ubi dicitur[7]): „Vocavi et renuistis, extendi manum meam, et non

---

a) *lacuna sequitur in A.* b) qui *biblia.* c) dicis *biblia.*

1) *Proverb. XVI. 25.* 2) *vide supra p. 26.* 3) *Cf. II. Joan. 7:* „Quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Jhesum Christum venisse in carnem: hic est seductor et antichristus." 4) *Rom. II. 1.* 5) *Rom. II. 3.* 6) *Rom. II. 21—22.* 7) *Proverb. I. 24—26* (cum vobis id, quod timebatis, advenerit).

fuit, qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum et increpaciones meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo et subsannabo, cum vobis, quod“, etc. Dehinc Ysaias, ubi dicitur[1]): „Quid est, quod amplius debui facere vinee me et non feci? An quod expectavi, ut faceret uvas et fecit labruscas?“, et reliqua omnia usque eiusdem VI°, ubi dicitur[2]): „Vade et dices populo huic: Audite audientes et nolite intelligere, et videte visionem et nolite cognoscere. Exceca cor populi huius et aures eius aggrava et oculos eius claude, ne forte videat oculis suis et auribus audiat et corde suo intelligat et convertatur, et sanem eos.“ Et adhuc limpidius respondetur ad predictam questionem per apostolum II[a]. Thess. II°[3]): „Cuius adventus est“, inquit, subaudis Antichristi, „per operacionem Sathane in omni virtute, signis et prodigiis mendacibus et in omni seduccione iniquitatis hiis, qui pereunt.“ Et subditur causa: „Eo, quod caritatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent. Ideo mittet illos deus in operacionem erroris, ut credant mendacio, ut iudicentur[a]) omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.“

Ecce, quam palam edicit apostolus[b]), cur deus permittet[c]) Sathane tantam et tam efficacem potestatem ad decipiendum occulte et fraudulenter ingratos et contemptores christianos, ita ut eciam, si fieri potest, electi in errorem inducantur[4]).

Hec itaque innuens piissimus Jhesus crucifixus tam attente tamque iterate, dicit suis electis[5]): „Vigilate“, cum loquitur de istis pessimis novissimis temporibus; que non tantum puto dicta [f. 148[a]] sunt novissima tempora racione precedencium temporum, sed eciam racione pessime et omnium maliciarum novissime iniquitatis et industriosissime decepcionis ecclesie christianorum. Et ob hanc causam ita strennue loquens et ponens precepta abstinencie et vigilancie in hiis diebus, ut paulo ante dictum est[6]), iudicat arduam necessitatem in ipsis vigilandi. Nam dicit[7]): „Vigilate itaque omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia. Erit enim tribulacio maxima, qualis non fuit,

---

a) vindicentur *corr.* iudicentur *A.* b) spiritus *praecedit in A, sed. del.* c) permittens *corr.* permittet *A.*

1) *Isaiae V. 4.* 2) *Isaiae VI. 9—10.* 3) *II. Thess. II. 9—11.* 4) *Cf. Matth. XXIV. 24.* 5) *Matth. XXIV. 42.* 6) *vide supra p. 78.* 7) *Matth. XXIV. 20—22* (libere allatum).

ex quo homines ceperunt super terram, et nisi breviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro. Sed propter electos", subintellige, ne et ipsi in errorem inducantur, „breviabuntur dies illi." Quapropter indicans, quam absconditi erunt electi in hoc tempore et ecclesia ipsorum a carnalibus et ab indignis et solum paucis doctis a Jhesu spiritu patefacti et patefacta, dicit [1]): „Ubicumque fuerit corpus, ibi congregabuntur et aquile", id est non singuli confluent ad unionem cum Christo in suo corpore, sed solum aquile, id est qui habent limpidos et secundum Johannem in Apokalypsi [2]) collirio [a]) perunctos oculos mentis ad videndum subtiles nimis et tenues laqueos Antichristi. Ubi est advertendum, quod inter proprietates suas hanc insignem aquila dicitur habere a natura, puta quod alcius potest volare et limpidius oculis eciam solem pervidere.

## Capitulum nonum [b]).

*Quod tepidos et inconstantes christianos absorbebit corpus Antichristi* [b]).

Per hoc igitur pius Jhesus [c]) solum strennuos christanos specificat in virtutibus, qui tunc digni erunt evitare illa, que predicta sunt, omnia, non autem inertes, non segnes. Nam de illis dicit veritas Mt. [d]) [3]): „Ve autem pregnantibus et nutrientibus in illis diebus." „Pregnantibus", id est desidibus, qui licet propositum habent continue vel frequenter bona operandi, tamen nunquam vel raro producunt in effectum, semper de die in diem procrastinando et obmittendo. De quibus Ysaias XXVIII. proprie loquitur, dicens [4]): „Hec est requies mea, reficite lassum, et hoc est refrigerium meum. Et noluerunt audire. Et erit eis verbum domini: Manda, remanda, manda, remanda, expecta, reexpecta [e]), expecta, reexpecta [e]), modicum ibi, modicum ibi, ut vadant et cadant retrorsum et conterantur et illaqu[e]entur et capiantur. Propter hoc audite verbum domini, viri illusores, qui domi-

---

[a]) *ita biblia;* corrilio *corr.* colirio *sup. lin. A.* [b]) *ita A rubr.* [c]) deus *praecedit, sed del. A.* [d]) *lacuna sequitur in A.* [e]) re — *add. sup. lin. A.*

[1]) *Matth. XXIV. 28.* [2]) *Apoc. III. 18.* [3]) *Matth. XXIV. 19.* [4]) *Isaiae XXVIII. 12—14.*

namini super populum meum, qui est in Jerusalem.“ Et XXXIII ibidem multum ad propositum[1]: „Concipietis, inquit, ardorem parietis stipulam, spiritus vester ut ignis vorabit vos et erunt populi quasi cinis de incendio ignis, spine congregate igni conburentur. Audite, qui longe estis, que fecerim, et congnoscite vicini, fortitudinem meam.“ Tunc ad propositum[2]: „Contrit sunt in Syon peccatores, possedit tremor yppocritas.“

Sequitur: „Et nutrientibus“, id est illis, qui licet bonum in Christo Jhesu iam in effectu pariunt, tamen non satagunt producere ad perffectum, sed cum faciunt modica, credunt se satisfacere et magna iam fecisse, et sic stant contenti [et] quasi iam securi de salute. Et sic neque frigidi neque calidi, sed tepidi[3]) perseverant dicentes: „Ego nolo esse sanctus, michi sufficit cum communibus christianis sic morari“, vel: „Ego nolo esse nimis devotus neque extraneus vel singularis. Oportet cum hominibus de pari vivere.“ Et sic manent pueri per totam vitam, infirmi in Christo et inbecilles, de quibus Salomon Proverb.[a] [4]: „Parvuli in via sustinuerunt dispendium.“ Et iterum ibidem[5]: „Primo usquequo parvuli diligitis infanciam?“ Et Ysaie LXVI°[6]: „Puer centum annorum morietur et peccator centum annorum maledictus erit.“

Ve igitur talibus hodie ab istis diebus et a spiritibus Antichristi, quoniam illi, qui huiusmodi sunt, tribulacionem permaximam hanc et ultimam non poterint sustinere et neque machinacionem Sathane secundum omne genus decepcionis conpositam evitare. Nam de Leviathan scriptum est Job[7]: „Absorbebit flumen et non mirabitur, et habet fiduciam, quod Jordanis influat in os eius.“ Si enim electi tunc vix in errorem non inducentur, quomodo putas pueri subsistent et pregnantes? Et si iam tempus est proprie proprium, ut iudicium incipiat a domo dei, ubi vix iustus salvabitur, inpius ergo et peccator ubi permanebunt[b])? Et cum aquile veloces in volatu vix effugient dei iram, bestie noctue et bubones ubi tunc abscondentur? Non aliter vel alibi, nisi sicut dudum determinatum

---

a) *lacuna seq. in A.* b) *ita em. ab ed.;* p(er)arebunt *(sic) A.*

1) *Isaiae XXXIII. 11—13.* 2) *Isaiae XXXIII. 14.* 3) *Cf. Apoc. III. 16.* 4) *Proverb. XXVII. 12* (transeuntes *loco* in via). 5) *Proverb. I. 22.* 6) *recte Isaiae LXV. 20.* 7) *Job LX. 18.*

est de illis Ysaie XL. g.[1]): „Et deficient, inquit, [f. 148ᵇ] pueri et laborabunt et iuvenes in infirmitate sua cadent."

Et tunc ait de aquilis[2]): „Qui autem sperant in domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas ut aquile, current, et non laborabunt, ambulabunt et non deficient." Et ad utrosque Petrus in canonica IIª IIº [3]): „Propter quod curam omnem subinferentes, ministrate in fide vestra virtutem, in virtute scienciam, in sciencia abstinenciam, [in abstinencia] pacienciam, in paciencia pietatem, [in pietate] fraternitatis amorem, in fraternitatis amore caritatem. Hec enim si vobiscum assint et superent, nec vacuos nec sine fructu vos constituent in domini nostri, Jhesu Christi, congnicione." Et hec pro aquilis. Tunc pro bestiis subiungit consequenter[4]): „Cui enim non presto sunt hec, cecus est et manu temptans, oblivionem accipiens veterum suorum delictorum purgacionis. Quapropter, fratres, magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocacionem et eleccionem faciatis. Hec enim facientes, non peccabitis aliquando." Secunda proprietas aquile hec fertur esse notabilis, scilicet quod in tantum viget in visu oculorum, quod irrefractis obtutibus corpus solare pervalet intueri. Nam et per hoc congnoscit non esse degenerem suam prolem, si videlicet orbem solis potest radiis directis contemplari.

Et est plane proprietas, que eleganter concernit alumpnos Jhesu Christi, quibus solis est concessa facultas solem eterne claritatis, Jhesum crucifixum scilicet, agnoscere dulciter et succrescere in amplius in dei sui congnicione, sicud Petro dictum est Mᵗ. X[5]): „Beatus es, Symon Baryona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed pater meus, qui est in celis." Et iterum XV[6]): „Confiteor tibi, domine, pater celi et terre, quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus huius mundi et revelasti ea parvulis." Atque iterum[a]) [7]): „Vobis datum est nosse misterium regni dei, ceteris autem in parabolis."

Hii igitur soli, qui spiritum Jhesu inhabitantem continent, docti a deo, [cognoscent] presentem Antichristum et eius altitudinem, que est secundum altitudinem Sathane. De quibus non

---

[a]) *lacuna sequitur in A.*

[1]) *Isaiae XL. 30.* [2]) *Isaiae XL. 31.* [3]) *II. Petri I. 5—8.* [4]) *II. Petri I. 9—10.* [5]) *recte Matth. XVI. 17.* [6]) *recte Matth. XI. 25.* [7]) *Matth. XIII. 11.*

sine racione dictum est[1]: „Quis novit altitudinem Sathane"? Sciunt et possunt congnoscere et evitare et ipsos Gog et Magog[2], videlicet sub tecto et yppocrisi contectos detegere et fundamenta ipsorum usque ad collum revelare. Secundum quod scriptum est[a][3]: „Non enim ignoramus cogitaciones eius." Ceteri vero christiani carnales, spiritum Jhesu non habentes, neque quidquam proprie estimant de Antichristo neque potuerunt aliud, nisi decipi per operacionem demoniorum in hiis temporibus et vix tandem ad instar divitis epulonis evigilabunt positi in inferno[4].

---

a) *lacuna sequitur in A.*

1) *Cf. Apoc. II. 24* (qui non cognoverunt altitudines Satanae). 2) *Cf. Apoc. XX. 7.* 3) *II. Cor. II. 11.* 4) *Cf. Lucae XVI. 1 sq.*

# DISTINCCIO SEPTIMA[a].

## DE DISPOSICIONE ET POTESTATE CORPORIS ANTICHRISTI[a].

### Capitulum primum[a].

*Quod scribe et sapientes secundum hoc seculum non intelligent Antichristum et ipsius altissimas decepciones, sed primi seducti in corpus ipsius transigentur[b]) et ipsum adornabunt ac armabunt[c]).*

Non[d]) igitur ponant sibi requiem in sua sciencia gloriosi magistri neque glorientur in ipsorum sapiencia hii, qui coram suis oculis videntur sapientes, quoniam hodie altitudo Sathane resoluta „omne sublime videt“[1]) taliaque omnia sua lucifera[e]) astucia supergrediens, sibi ad ministerium et suo Antichristo potenter subiugavit, facietque corpus ipsius ex ipsis fortissimum contra sanctos dei[f]) et multum coloratum ac splendidum apparebitque[g]) secundum omnes species visibiliter gloriosum, quia de ipso patulo dicit scriptura[2]): „Sub ipso erunt radii solis“, id est sacra scriptura et doctores, „et sternet sibi aurum quasi lutum“, id est omnem sapienciam hominum communiter et in promptu habebit. „Fervescere faciet quasi ollam profundum mare“, id est faciet suos zelatores esse ac fervidos defensores suarum tradicionum, „et ponet, quasi unguenta cum bu-

---

[a]) *ita A rubr.* [b]) *corr. ab ed.;* transiguntur *A.* [c]) *ita A rubr.* [d]) *contin. D 1. 2.;* igitur *om.* [e]) luciferina *D 1. 2.* [f]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Gloriosi populis, *v. infra p. 88, lin. 1.* [g]) appareatque *A.*

[1]) *Job XLI. 25.* [2]) *Job XLI. 21—22.*

liunt“, id est faciet eosdem quasi devotos et habundare honestate ac sanctitate. Et tunc ad propositum[1]): „Post eum lucebit semita“, id est yppocrisis vel excusacio excusans statum et facta ipsius valde colorata et conposita ex omnibus scripturis et racionibus et speciebus virtutum. „Estimabit abissum quasi senescentem“, id est perdicionem hominum infinitam et horrorem iudiciorum divinorum, minas super hiis expressas in scripturis pro nichilo vel inutili ac nimis communi facto faciet reputare, ita ut in nullo ad timorem moneantur talia legentes vel audientes. Sequitur[2]): „Non est potestas super terram, que conparetur ei“, id est ita omnem potestatem ecclesie et brachii secularis et auctoritatis sacerdotalis sibi vendicabit et supergredietur per multitudinem suorum, sicut scriptum est de eo[3]): „Superextolletur super omne, quod dicitur deus“, id est super omnem principatum secularem, ut sunt reges et presides, „et quod collitur deus“, id est super omnem dignitatem sacerdotalem, ut sunt episcopi et papa. Et sic non relinquitur potestas, que possit ei resistere [f. 149ª] vel adequari. „Et sic factus est, ut nullum timeat“, id est cum iam omnem potestatem suis iuribus vendicavit et per suos participes est supergressus, iam non relinquitur, quem haberet timere, quoniam iuniorum est, ut timeant suos prelatos pro male factis, et filiorum est, ut per reverenciam patrum coherceantur a peccatis secundum doctrinam apostoli[4]).

Cum igitur maiores natu et primates inventi sint Jhesum crucifixum non curare et suam solum voluntatem exequi, merito subditis Christum Jhesum per facta sua negantibus A n t i c h r i s t u s factus est, id est a d h o c u s q u e p e r v e n i t, u t n u l l u m t i m e a t, id est mala opera et adversa Jhesu Christo sine timore et pudore perficiat. Et hoc ipsum evidenter innuit litera, que sequitur, cum dicit[a])[5]): „Omne sublime videt“, id est approbat et eligit solum et maxime ea, que sunt acceptabilia et gloriosa in hoc mundo, utpote pulchritudinem, fortitudinem, eloquenciam, sapienciam, divicias, dominacionem, res et honores, et similia appreciando per eaque seipsum [honorans] atque fulciens, ad hoc ipsum christianum populum perduxit, ut quasi solum vel maxime in talibus splendoribus et apparenciis visibilibus estimet et reponat dignitatem, virtutem et sanctitatem, ceteraque hiis opposita du-

---

[a]) dicitur *A*.

[1]) *Job XLI. 23.* [2]) *Job XLI. 24.* [3]) *II. Thess. II. 4.* [4]) *Cf. Hebr. XII. 1 sq.* [5]) *Job XLI. 25.*

cat nichil et dedignetur, utpote ea, que in sui apparencia debilia sunt et infirma, simplicia, pauperima, in hoc mundo contempta et abiecta, quantavis licet habundent caritate, sapiencia et virtute.

Sic itaque antichristianitas seu corpus Antichristi per talem[a]) apparatum efficitur contra sanctos dei gloriosum et robustum, atque dei electi fiunt taliter contempti, abiecti aput conchristianos et quidem indigni, ut eis credatur, vel quod eorum bona opera imitentur, quamvis solis talibus spiritus Jhesu loquatur et denudet veritatem.

Unde hic est non sine causa advertendum, quod omnis scriptura divinitus inspirata ea, que in misterio eloquitur, vel de disposicione temporum futurorum vaticinatur, prout unum de illis est misterium Antichristi et tempus Antichristi, ita illa figuris contegit et verbis transsumptivis, ut nullus ea possit dearticulate et in singulari cum certitudine indicare, nisi a spiritu illo sit inspiratus et in singulari intime edoctus, qui illa primum disposuit ad scribendum; quod manifeste Petrus loquitur, dicens IIª Pe[tri] Iº [1]): „Hoc primum intelligentes, quod omnis prophecia [scripture] propria interpretacione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophecia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines.“ Ergo, ut dictum est, neque possunt proprie intelligi, nisi legentes vel audientes a sancto spiritu eodem singulariter doceantur, et specialiter misteria, sicut scriptum est[b]) [2]): „Est deus in celo revelans misteria.“ Misteria autem sua deus nemini revelat, nisi dignis et qui sunt docibiles dei, ut scriptum est[b])[3]): „Vobis datum est nosse misterium regni celorum, ceteris autem in parabolis.“ Digni autem illi esse censentur non sapientes huius mundi et hii, qui sensu sue carnis sunt inflati[4]), sed simplices, quemadmodum scriptum est[b]) [5]): „Et cum simplicibus sermocinacio eius.“ Et Ecclesiastici I[6]): „Sentite de domino in bonitate, in simplicitate cordis querite illum, quoniam invenitur ab hiis, qui non temptant illum, apparet autem hiis, qui fidem habent in illum.“

---

[a]) talium *A.* [b]) *lacuna sequitur in A.*

[1]) *II. Petri I. 21.* [2]) *Daniel. II. 28.* [3]) *Lucae VIII. 10.* [4]) *Cf. Coloss. II. 18* (inflatus sensu carnis). [5]) *Proverb. III. 32.* [6]) *recte Sap. I. 1—2.*

Neque insuper gloriosi[a]) populis et multum splendidis titulis refulgentes[b]) aut alias coronati et perinde[c]) diviciis et honoribus dilatati, incrassati in ecclesia christiana, non, inquam[d]), tales sunt capaces misteriorum et docibiles dei, sed ad eos dominus respicit, qui sunt in oculis suis[e]) parvuli, pauperculi, contriti et trementes sermones domini[f]) [1]). Propter quod scriptum est Proverb. IX [2]): „Si quis est parvulus, veniat ad me. Insipientibus quoque locuta est." Item Ysa. XXVIII [3]): „Quem docebit dominus scienciam? Et quem intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte, awlsos ab uberibus." Pro huiusmodi autem magnificis et in conspectu sui ipsius gloriosis ibidem mox supra scriptum est[g]) [4]): „Ve corone superbie Effraym et flori decidenti, glorie exultacionis eius", et paulo post [5]): „Pedibus conculcabitur corona superbie ebriorum." Que autem ad literam pro tunc hic intelligitur corona[h]) superbie, nisi multorum doctoratus et magistratus, qui suffocato in ipsis prorsus verbo ewangelii [6]) iam inverecunde magnificant nimis fimbrias et dilatant [f. 149[b]] philateria sua et amant primas cathedras in scolis et salutari in foro, vocari ab hominibus „rabi" [7]) ac per hoc cedunt in apparatum et armamentum corporis mistici Antichristi, quoniam scriptum est [8]): „Ipse est rex super omnes filios superbie"? Nam isti tales armati omnibus armis et maxime armis Jhesu crucifixi, puta sapiencia et speciebus virtutum et omni arte invadendi et defendendi sua cupita[i]), sic efficiuntur iuxta modum loquendi Philosophi sevissima iniusticia, habens arma, et per consequens nocentissima sanctis dei, sicut scriptum est [9]): „Si inimicus meus maledixisset michi, sustinuissem utique", etc.

Et Antichristus, ut supra dictum est, factus est, ut nullum timeat, potestate in terra non existente, que ei posset con-

---

15) De graduatis et literatis *A*. Ad idem Ewangelicus libro de apostasia *A alia manu*.

[a]) *contin. D 1. 2.* [b]) fulgentes *D 2.* [c]) *ita A et D 1;* proinde *D 2.* [d]) *ita emend. ab ed.;* quantum *A.* [e]) *ita A;* eius *D 1. 2.* [f]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Non tamen, *v. infra p. 89, lin. 30.* [g]) *lacuna sequitur in A.* [h]) coronatus *corr.* corona *A.* [i]) capita *corr.* cupita *A.*

[1]) *Cf. Isaiae LXVI. 2.* [2]) *Proverb. IX. 4.* [3]) *Isaiae XXVIII. 9.* [4]) *Isaiae XXVIII. 1.* [5]) *Isaiae XXVIII. 3.* [6]) *Cf. Matth. XIII. 22* (suffocat verbum). [7]) *Cf. Matth. XXIII. 5—7.* [8]) *Job XLI. 25.* [9]) *Psalm. LIV. 13.*

parari sic omni genere decepcionis et violencie, ut ipse est adunatus. Pro tanto eciam corpus Antichristi dictum est ut scuta fusilia conpactum [1]) per totum atque splendidum, cum ita Sathan multitudinem suorum in conformitatem angelorum lucis composuit atque seipsum per eos investivit, et in ipsis tamquam [in secreto] virentis, sed vacui calami requiescit [2]). Hii autem sunt, ut plurimum, illi tales, de quibus eleganter et proprie ad propositum II. Machab. IIII° scriptum est [3]): „Ita ut sacerdotes iam non circa altaris officia dediti essent, sed contempto templo et sacrificiis neglectis festinarent participes fieri palestre et probacionis eius iniuste et in exerciciis disci. Et patrios quidem honores nichil habentes“, ut sunt gradus ecclesiastici ab apostolis instituti, puta acolitatus gradus, subdyaconatus, dyaconatus, sacerdocii et huiusmodi, „grecas glorias“, id est gradum baccalariatus in artibus, in medicinis, in iure canonico vel civili, similiter gradus licenciature, magistratus, doctoratus in [a]) artibus, in medicinis, in iure vel theologia, istas inquam grecas glorias, id est a Grecis decerptas, „optimas esse arbitrantur“, ut iam non alii esse homines videantur vel sapientes, nisi talibus coronis coronati et titulis insigniti. Unde multum proprie talium studia indicantur, cum subditur ibidem: „Quarum gracia periculosa eos contencio habebat et eorum instituta emulabantur ac per omnia hiis similes esse cupiebant, quos hostes et peremptores habuerant“, subaudis in hereticis et philosophis gencium. Alludit huic Jacobus in canonica sua, dicens III° p. [4]): „Quod si amarum zelum habetis et contenciones sunt [b]) in cordibus vestris, nolite gloriari et mendaces esse adversus veritatem. Non est enim ista sapiencia desursum descendens, sed terrena, animalis, dyabolica.“

Non [c]) tamen, cum hec colligo, propono sapientes viros scolasticos inpugnare vel ullo modo [d]) suggilare, qui secundum Bernhardum sunt et fuerunt utiles in multis ecclesie sacrosancte [e]), maxime tamen ex ea parte, qua spiritu Jhesu et caritate, que edificat [5]), habundabant [f]), sed fastum et pompam

---

[a]) in artibus, in medicinis, in iure *A del. (?).* [b]) sint *biblia.* [c]) *contin. D 1. 2.* [d]) nullo modo *corr.* ullo modo *A.* [e]) sacresancte *A.* [f]) habundant *D 2.*

[1]) *Cf. Job XLI. 6.* [2]) *Cf. Job XL. 16* (dormit in secreto calami) *et Isaiae XXXV. 7* (orietur viror calami). [3]) *Cf. II. Mac. IV. 14—16.* [4]) *Jacobi III. 14.* [5]) *Cf. I. Cor. VIII. 1* (scientia inflat, charitas vero aedificat).

modernorum detestor, contestans cuilibet talium et dicens: Jam, ecce, tempus venit, venit tempus, ut non[a]) tantum illis talibus Jhesus humilis et crucifixus misteria sua non revelet, sed ipsi primi sint traditi in conculcacionem pedibus equorum Jhesu Christi ad modum Jezabel, meretricis depicte[1]), id est in eieccionem foras ab ore Jhesu Christi, et in contemptum ab electis et incorporacionem bestiali Antichristo[b]). Sunt enim, ut dictum est, non capaces misteriorum Christi, sed solum parvuli et insipientes, id est indocti et simplices, quemadmodum supra dictum est[2]): „Abscondisti hec a sapientibus et prudentibus" huius mundi. Tales nequeunt [esse capaces], cum gloriam ab invicem recipiant et inquirant, et gloriam, que a solo deo, sicut tactum est superius, non apprecient nec requirant, et idcirco modo greco et gentilium forma ad suas glorias sunt promoti, nisi forte quis ipsorum, qui sibi videtur sapiens esse secundum hoc[c]) seculum, secundum consilium apostoli I. Cor. II°[3]) stultus fieri eligat[4]) et cum parvulis quasi modo genitus infans, racionabilis et sine dolo lac in Christo concupiscat, ut in eo crescat in salutem[5]). Quod tamen perdifficile et rarum in talibus in instanti tempore reperitur, secundum quod scriptum est[d])[6]): „Facilius est camelum intrare per foramen acus, quam divitem intrare in regnum dei." Non refert autem [tantum] divitem in rebus extrinsecis, [sed] et divitem in sciencia seculi, quoniam secundum apostolum[7]) utrumque habet naturam inflare suos possessores et transferre christianum in corpus Antichristi, de quo dictum est[8]): „Ipse super omnes filios superbie."

---

[a]) *false om. D 2.* [b]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Sic ecclesie Christi, *v. infra, p. 95, lin. 36.* [c]) hunc *corr.* hoc *A.* [d]) *lacuna sequitur in A.*

[1]) *Cf. IV. Reg. IX. passim.* [2]) *Matth. XI. 25.* [3]) *Cf. I. Cor. II. 6.* [4]) *Cf. I. Cor. III. 18* (stultus fiat, ut sit sapiens). [5]) *Cf. I. Petri II. 2.* [6]) *Matth. XIX. 24.* [7]) *Cf. I. Cor. VIII. 1* (scientia inflat). [8]) *Job XLI. 25.*

## Capitulum secundum[a]).

*Quod sacerdotes, mundi amatores et carnales, contranseunt ad apparenciam et munimen corporis Antichristi*[a]).

Atque amplius „corona superbie ebriorum“[1]) conculcandi[b]) sunt „magistratus templi“[2]) carnalium virorum [f. 150a] in ecclesia, qui de suis titulis et in se, non autem in Jhesu crucifixo gloriantur, veluti est esse dominum canonicum, dominum decanum, archidiaconum, et multa huius modi, que sunt nimis hodie per vanam gloriam fermentata et [per] ambiciones, eo quod iam non ad ea inviti pertrahuntur aut vocantur, sed [et] illis invitis, puta illis, qui habent de talibus ordinare, communiter iam sese ingerunt et varie se intrudunt, cuius gracia contencione et litibus atque exicialibus bellis sacerdotum et clericorum nunc ecclesia Christi est repleta.

Hoc autem dicens, non ista, que ordinate fiunt in dei ecclesia, volo non esse, sed modernam multitudinem commoneo Antichristi intimo omni homini talium, quod nisi reddeant ad formam ewangelii fiantque humiliores, quanto maiores in omnibus, quod iam iamque instat tempus, quod non non[c]) tantum sunt ydoney misterium Antichristi intelligere et altitudinem Sathane, sed eciam sine mora a Sathana per suas subtiles ficciones capientur. Hii propius sunt Antichristo racione superbie, racione ocii et gule, racione rectoratus, quia Antichristus non tantum[d]) curat de parvis, sed de magnis, et illos omnibus suis studiis cum subtilitate decipiendi et secundum omnem altitudinem suam circumveniet[e]) et in tantum colorate seducet, ut se non tantum esse comprehensos ab eo non intelligent, sed insuper ipse draco sua cauda ad id de celo eos pertrahet[3]) funibus suarum ambicionum[4]), quod de ipsis conficiat primum ornamentum sui corporis et tamquam meretricem deauratam fucoque depictam ad concubitum lenoni et adultero suo, et ipsi condensati per yppocrisym et indurati, videntes Leviatan[5]), transigantur, per quos electi dei mordẹntur, et Jacob,

---

a) *ita A rubr.* b) conculcanda *A.* c) *add. in m. A.* d) *add. in marg. poster. A.* e) circumvenerit *corr.* circumveniet *A.*

1) *Cf. Isaiae XXVIII. 3.* 2) *saepius in biblia; cf. Luc. XXII. 52.* 3) *Cf. Apoc. XII. 4.* 4) *Cf. Proverb. V. 22* (funibus peccatorum suorum). 5) *de quo Isaiae XXVII. 1, sed phrasis non est biblica.*

ut cibus panis, ab eisdem devoratur [1]). Ad hoc ipsum enim ipsos spiritus Antichristi perduxit et excecavit, ut destruentes devocionem Jhesu in sanctis dei, se tamen per hoc fidem Jhesu construere opinantur, inpedientesque fideles domini Jhesu predicatores, gloriantur se ab inpostoribus dei ecclesiam defensare, ac manifeste in audiendo verbum dei et manducacione verbi caro facti famem exicialem inducentes, nichilominus sompniantur se per hoc zelare pro verbo Christi et eius sacramentis, quamvis intollerabilem Christo Jhesu per hoc iniuriam utique [a]) facientes. Quinymo inmixtus animis eorum spiritus vertiginis [2]), in ea opinione eos posuit, ut credant se esse persecutores Antichristi vel eius apostolorum, glorienturque se esse columpnas ecclesie et discipulos Jhesu Christi, cum tamen e contrario ipsimet magistri prurientes aures hominum [3]) et apostoli Antichristi existentes in spirituali Babylon, rursum dominum et deum suum in seipsis et in membris Christi Jhesu crucifigant, ab errore tanto conprehensi, quem sine modico eciam ipsos electos contigit incursare, et per id facti ceci et duces cecorum [4]), ebrii de calice aureo [5]) separati convivii [6]) maxime meretricis cum suis Antichristis fornicantis, quoniam subditur, ubi supra, in propheta [7]): „Verum hii quoque pre vino nescierunt et pre ebrietate erraverunt.“ Notabilis modus loquendi hic est prophete, quia dicit: „Verum hii quoque pre“, etc. [b]), ubi adverte textum inmediate precedentem, in quo dicitur [8]): „In die illa erit dominus exercituum corona glorie et sertum exultacionis residuo populi sui et spiritus iudicii sedenti super thronum [c]) et fortitudo venientibus [d]) de bello ad portam.“

Hic etenim multitudo [et] [e]) multiplicitas graduum in ecclesia Jhesu Christi distinguitur, veluti rectorum inferiorum, mediocrium et supremorum, quibus ipsemet dominus Jhesus est et fuit „corona glorie“, quoniam tantum propter Jhesum crucifixum et in nomine Jhesu isti sunt et fuerunt hono-

---

[a]) *corr. ab ed.;* utrinque *A.* [b]) pro, eciam *(sic) A.* [c]) iudicium *biblia.* [d]) revertentibus *biblia.* [e]) *add. ab ed.*

[1]) *Cf. Psalm. LII. 5:* „Nonne sicut omnes, qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam ut cibum panis?“ [2]) *Cf. Isaiae XIX. 14:* „Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis.“ [3]) *Cf. II. Tim. IV. 3.* [4]) *Cf. Matth. XV. 14.* [5]) *Cf. Jerem. LI. 7.* [6]) *Cf. Oseae IV. 18:* „Separatum est convivium eorum, fornicatione fornicati sunt.“ [7]) *Cf. Isaiae XXVIII. 7.* [8]) *Isaiae XXVIII. 5—6.*

rati a populo, et in nomine patris et filii et spiritus suam investituram atque byretos acceperunt, veluti scriptum est Ecclesiastici[1]: „Dedit illi deus fungi sacerdocio et habere laudem in nomine ipsius.“ Sicuti enim Christus non venit a seipso, sed ab eo, qui misit illum, videlicet deus pater, et in nomine illius est functus sacerdocio, prout deduxit apostolus, loquens ad Hebreos[2], et ipsemet dominus Jhesus in pluribus locis est confessus, (ait enim Jo. VIII°[3]): „Neque a me ipso veni, sed ille me misit“), ita isti predicti in nomine domini Jhesu venerunt et in nomine Jhesu sacerdocio perfuguntur ipsequemet est „corona glorie“ ipsorum.

Ac per hoc distinguuntur a quibusdam aliunde coronatis, ut sunt magistri et doctores, bacalarii et licenciati, nec non aliis varii generis titulorum in multiplici sciencia huius mundi, quoniam illi per suos labores et propter propriam scienciam et doctrinam aliis preeminentes, suis titulis et suis coronis insigniti, ideoque principaliter vel magis in nomine suo quam in nomine[a] Christi dicuntur fungi magistratu vel huiusmodi, vel saltem non ita [f. $150^{b}$] simpliciter in nomine Jhesu, sicuti ordinarii in Christi ecclesia accoliti, subdyaconi et sacerdotes curati, episcopi et archiepiscopi, et cetera huiusmodi.

Quapropter isti sunt in ecclesia, qui ob id debent primi zelare pro Jhesu et ipsius lege atque ipsius nominis gloriam querere, puta Jhesu crucifixi, non suam ipsius, sicut Jhesus non venit, suam gloriam inquirens, sed eius, qui misit illum; propter quod scriptum est Jo. VII[4]: „Qui a seipso loquitur, gloriam propriam querit. Qui autem querit gloriam eius, qui misit illum, hic verax est, et iniusticia in illo non est.“ „Verum hii quoque“, id est sicut alii et aliunde coronati, „pre vino nescierunt et pre ebrietate erraverunt“; et non tantum hoc, sed et „sacerdos et propheta“, puta qui sunt primates inter istos, „nescierunt et pre ebrietate absorpti sunt a vino. Erraverunt pre ebrietate, nesciverunt videntes[b]), ignoraverunt iudicium. Omnes eorum mense replete sunt vomitu sordiumque, ut non esset

---

12) De graduatis *A*.

[a]) innoxie *corr.* in nomine *A in m.* [b]) videntem *biblia.*

[1]) *Eccli. XLV. 19 (libere allatum).* [2]) *Cf. Hebr. VII. 23—24.*
[3]) *Joan. VIII. 42.* [4]) *Joan. VII. 18.*

locus iuxta"[a])[1]. Sicut igitur primi de multitudine coronatorum supra notati non sunt docibiles dei vel capaces misterii Antichristi propter superbiam animi leoninam, sic isti de secundo statu coronatorum nequaquam congnoverunt neque cognoscent adventum Christi spiritualem neque ipsius Antichristi propter suffocacionem veritatis ab ebrietate et crapula et bestiali rapacitate.

## Capitulum tercium[b]).

*Quod Sathan corpus sui Antichristi successive exposuit et astute*[c]) *depinxit*[d]).

Non namque cuipiam dubitandum videatur, quod alta subtilitas Sathane, antequam filium illum singularem sue perdicionis[2]) produxit vel producet, et ad decipiendum omnes in ecclesia, si fieri potest, et electos[3]), prius disposicionem suis faccionibus conpetentem successive et callide introduxit et illos, qui sibi precipui in hoc opere sunt et utiles ad suam nocturnam negociacionem. Et illa disposicio esse videtur superbia coronata, paulo ante iam descripta, precursorum Antichristi et cecitas et sompnus custodum per crapulam et ebrietatem. Propter hoc multum notanter veritas indicans in temporibus Antichristi vigilandum, singulariter ab ebrietate et crapula atque avaricia suis mandavit precavendum, dicens, ubi supra[4]): „Attendite, inquit, vobis, ne forte corda vestra graventur in crapula et hebrietate et curis huius vite, et superveniat in vos repentina dies illa. Tamquam enim fur superveniet in omnes, qui sedens super faciem omnis terre. Vigilate itaque, omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia, que futura sunt, et stare ante filium hominis." Ideo vero videtur specialiter facere crapule et ebrietatis ac avaricie mencionem, tum quia illa vicia principaliter faciunt hominem in condiciones bestie transformari, tum quia hec principaliter excecant oculos mentis et inpediunt ad vigilandum, tum quia fluminibus spiritus sancti, qui iam inundant

---

a) ultra *biblia.* b) *ita A rubr.* c) *in marg. add. A.* d) *ita A rubr.*

1) *Isaiae XXVIII. 7—8.* 2) *Cf. II. Thess. II. 3* (homo peccati filius perditionis). 3) *Cf. Matth. XXIV. 24.* 4) *Lucae XXI. 34—36.*

et invalescunt, ponunt in christianis obicem, qui solus revelat suis electis misteria Antichristi, tum quia et principaliter ad propositum cognovit pius Jhesus, quod ista maxime in diebus Antichristi vel ante diem iudicii in christianis inundabunt, Sathana hoc, ut dictum est, previe filio perdicionis operante sueque novissime et maxime decepcioni.

Notanter autem dictum esse volui, quod Sathanas disposicionem sibi congruam, scilicet iam dictorum peccatorum, a longe ante successive introduxit, et primum latenter et depicte per aliquam racionabilem occasionem, quoniam novit negociator astutus, quod omnis subita mutacio de contrario in contrarium est nimis adversa subiectis et faciliter denotata. Unde et natura omnem talem instantaneam mutacionem exhorrescit. Multo autem forcius hoc reperitur in viciis et virtute, que volunt captare in homine incrementa sua in oppositas qualitates per diutivam successionem; et pro eo per sapientem dictum est de viciis[1]: „Qui parva negligit, paulatim decidit.“

Sicut igitur sagacissimus virtutum inimicus homini amanti castitatem non statim suggerit fornicandum cum precogitata muliere, sed a longinquo incipit, puta a visitacione propter consolacionem vel doctrinam in spiritualibus, dehinc ad frequenciorem visitacionem et mutua invicem beneficia vel obsequia, et sic deinceps, donec figat in cordibus eorum et stabiliat animalem dileccionem, et tunc ingerit fantasmata hinc et inde veneree voluptatis, tandem sic succendit clibanum iam insuperabilem fornicacionis [f. 151a] et[a] incestus: ita accipe supranotatam Sathane in christianis generalem per crimina corrupcionem a parvis usque ad maxima, quamque[b] successione[b] supra modum[b] facciosa, ita ut, honestate primitiva paulatim decrescente et beatifica disciplina, continue dissolucio succes[s]it in populo christiano, et simplicitate virtutum attenuata et attrita refrigescenteque per momenta Jhesu crucifixi caritate, multitudinem christianorum iterum ritum et varietatem gencium superinduens, amplius et amplius est habituata simulata iusticia et ficta dileccione. Atque sic[c] ecclesie Christi contigit, ut, spiritu Jhesu et eius veritate exalatis et remissis,

---

[a]) *add. A in marg.* [b]) *post corr. A.* [c]) *contin. D 1. 2.*

[1]) *Eccli. XIX. 1:* „Qui spernit modica, paulatim decidet.“

solum simulachra virtutum et ymagines sine vita, apparentes bonorum omnium et religionis, in christianis remanserunt, sicque[a]) adultera Antichristi similiter se indutam ostentet, veluti fidelis nupta Jhesu Christi, excepto eo, quod [appareat cum][b]) fronte meretricis, sibi comparata iam propter super inductam huius mundi cupidinem inveteratam et assuetam, ita quod communitas populorum nescit erubescere iam de vocabuli grossicie sordium iniquitate eorum ex adipe prodiente[1]).

Siccine Sathan adaptans tempora suo filio perdicionis, successive, ut dictum est, a virtute et veritate ecclesiam spoliavit, superinduens ficcionem et antiquam suam falsitatem, et, prout superius deductum est[2]), iterum sua arma reassumpsit fraudulenter, puta yppocrisym et omnem simulacionem discolorem, a quibus armis pridem erat a domino Jhesu spoliatus et a fundamentis usque ad collum denudatus[3]). Et sic miro modo et astute[c]) ab extenuacione fervoris et virtutis inchoans[d]) et paulatim[e]) obmissione[f]) bonorum, tandem per communitatem et assuefaccionem malorum perduxit christianos ad approbacionem et excusacionem in seipsis manifestorum peccatorum, et in tantum per hoc profecit iniqus, ut illud, quod aliquando clero christiano et populo horrendum dictu vel solo auditu videbatur, prout dicit apostolus Eph. V°[g])[4]): „Fornicacio et avaricia nec nominetur in vobis“, iam illud idem non esse peccatum vel non esse tam magnum peccatum a christianis iudicatur, et ea, que quondam in christianis[h]) culpabantur et per excommunicacionem dure puniebantur, iam hodie multam excusacionem accipiunt, et nulla pena talia, dum fiunt, comitatur. Et scelera, que quondam per ecclesiam solum in occultis latitabant, iam hodie aguntur manifeste, nullo contra reclamante, iniquitates[i]) quoque, que prius in ecclesia raros et homines plebeios et inbecilles convincebant, iam se hodie in communitatem diffuderunt et usque ad summos in

---

[a]) sicque — ad collum denudatus *om. D 1. 2.* [b]) *add. ab ed.* [c]) et astute *D 1. 2;* astute *tantum A.* [d]) Sathan inchoans *D 1. 2.* [e]) *ita D 1, 2;* paula tam *A.* [f]) *post corr. A.* [g]) Eph. V° *om. D 1. 2.* [h]) *post corr. A.* [i]) iniquitatis *D 2.*

[1]) *Cf. Psalm. LXXII. 7:* „Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis.“ [2]) *vide supra p. 7—9.* [3]) *Cf. Habacuc III. 13* (denudasti fundamentum eius usque ad collum). [4]) *Ephes. V. 3.*

dei ecclesia manifeste ascenderunt. Et hoc[a]) semper, ut[b]) prescriptum est, per quandam a minimis usque ad maxima[c]) successionem, recte ad modum, ac si ymagineris dyabolum primum iniquitatem filare seu nere, dehinc in liciatorio[d]) conponere ac demum texere postremoque iam conposita publice suis dividere vestimenta, ita est introduccio iniquitatis in populum christianum[e]).

## Capitulum quartum[f]).

*Quod ipse [Sathan] similiter format atque conponit corpus mysticum Antichristi corpori mistico Jhesu Christi*[f]).

Propter quod restat notandum ad predicta, ubi dictum est, quod [Sathan] fraudulentus predisposicionem sui Antichristi successive introduxit, in illos primum et principaliter, qui sibi[g]) esse poterant precipui[h]) et utiles ad illam maximam et novissimam sibi concessam seduccionem: ideo non [ad seduccionem] omnium quidem hominum, sed ad seduccionem filiorum dei et electorum maxime se aptavit, ut[i]), si fieri potest, in errorem inducantur et electi[1]). Illos autem [seduxit], puto supradictos coronatos in ecclesia, scilicet magistros, doctores et sapientes, qui sunt potentes in omni sapiencia et doctrina, dehinc sacerdotes, rectores et prelatos, qui sunt potentes imperio et auctoritate, post monachos et religiosos, qui sunt potentes specie religionis et sanctitatis, quoniam scivit bene ille iniqus, quod [per] potestatem huius mundi corporalem vel per manum secularem si invaderet manifeste virtutem et veritatem Jhesu Christi, faceret quidem, prout et facit, tribulacionem sanctis dei, sed per hoc non induceret in[k]) errorem aut contagionem animarum sanctarum offensivam, et per consequens, quamvis forte inpediret, non tamen supperaret, secundum longe ante dicta[2]). Iterum si corrumperet primum plebeios, non iterum multam ecclesie sanctorum iacturam iniceret, quia

---

[a]) per hoc *D 1.* [b]) ut prescriptum est *om. D 1. 2.* [c]) maximam *false D 2.* [d]) liceatorio *D 2.* [e]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Nulli potest esse dubium, *v. infra p. 134, lin. 11.* [f]) *ita A rubr.* [g]) *in marg. add. A.* [h]) precipue *corr.* precipui *A.* [i]) *in marg. add. A.* [k]) per *corr. sup. lin. A* in.

[1]) *Cf. Matth. XXIV. 24.* [2]) *vide supra p. 8—9.*

per superiores vigiles et fortes pugiles ecclesie mox foras bani-retur et nullo modo sic suum tantum errorem per ecclesian augmentaret. Non [f. 151$^{b}$] igitur hii vel illi fuerunt sibi preci-pui ad nocendum ita sagaciter et dampnose, sed, sicuti est su-perius paulo ante expressum [1]), illi fuerunt et sunt sibi ad ho ydoney. Ex quibus multiplicatis et condensatis et ut scuta fu-silia conpactis [2]) vel adunatis potuit Sathan miro modo secun-dum altitudinem suam [3]) tribulacionem ultimam et maximan conponere contra sanctos dei, ex omni genere potestatis et ex omni specie virtutum sophisticarum et sanctitatis, secundum omnem viam sibi possibilem decepcionis, ita ut, si fieri potest eciam electi dei in errorem inducantur [4]), et in tantum, quoc nisi breviati fuissent dies, non fieret salva omnis caro [5]).

Sicud namque Sathan a principio voluit esse altissimus ita usque ad finem non desinit se et suos ad decipiendum for-mare sagaciter et ficte ad similitudinem Jhesu Christi, et ob id ad hoc nisus[a]) est ab antiquo, quatenus ipse eciam sibi ecclesiam malignancium similem ecclesie Christi congregaret, non tamen ex proprii[s][b]) vel in pro-priis limitibus, sed in limitibus Jhesu Christi, tamquam fur e latro [6]). Quapropter summum studium suum ad hoc semper fuit, ut hos, qui in summitate huius ecclesie erant prepositi, sib asciret et in uno amore huius mundi coequaret, verumptamen semper et ubique sub armis et religione ecclesie Jhesu Christ et quasi bono zelo membris suis multiplicatis super numerum et per observanciam legis Christi extrinsecam atque per ipsius cerimonias colligatis et per hoc facientibus unam quasi eccle-siam similem ecclesie Jhesu Christi, utpote si adultera, omninc compta similiter et preparata, sicut vera sponsa et materfami-lias se ostentans, de synu matris parvulos intempeste noctis silencio, matrem simulata, furando iugularet vel sibi ipsi vendi-caret [7]). Ob quam causam postquam per Salomon[em] in Prover-biis [8]) vera sapiencia[c]) edificasse sibi domum et posuisse mensam

---

3) Nota totum diligenter *A in marg. folii super.*

[a]) visus *corr.* nisus *A super lin.* [b]) *corr. ab ed.;* proprii A. [c]) veram sapienciam *A.*

[1]) *vide supra p. 91.* [2]) *Cf. Job XLI. 6.* [3]) *voces biblicae, v. Psalm XI. 9:* „In circuitu impii ambulant: secundum altitudinem suam multiplicast filios hominum.“ [4]) *Cf. Matth. XXIV. 24.* [5]) *Cf. Matth. XXIV. 22.* [6]) *de quo Joan. X. 1.* [7]) *Cf. III. Reg. III. 20.* [8]) *Cf. Proverb. IX. 1 sq.*

et vocasse parvulos ad suam arcem est descripta, mox in consequenti de muliere meretrice facit suam mencionem; et similiter in Ezechiele [1]) dominus atque Johannes in Apokalypsi sua [2]) illos sepe dictos per mulierem meretricem, magnam matrem [a]) fornicacionum, designavit. De quibus magis post dicetur [3]).

Et vere proprie illi predicti sunt in Proverbiis Salomonis [4]) descripti [b]) per mulierem stultam et clamosam plenamque illecebris et nichil omnino scientem, in foribus domus sue super sellam in excelso loco sedentem, vocantem ad se parvulos et vecordes pergentes in itinere suo, ita loquentem: „Aque furtive dulciores sunt et panis absconditus suavior."

Sunt igitur illi, de quibus sermo, „mulier", quia sunt molles, inconstantes, pavidi et prorsus effeminati, sicut scriptum est Ysa. [c]) III [5]): „Ecce enim dominator dominus [exercituum] auferet", etc. Et infra [6]): „Et dabo pueros principes eorum et effeminati dominabuntur eis."

Sunt multi „stulti", quia ipsi sunt ille stultorum numerus infinitus, qui colligitur ex fatuis virginibus, que exeuntes obviam sponso et sponse, non sumpserunt oleum secum in lampadibus [7]), nimis profecto stulti existentes, quia credunt se multa fecisse vel esse sibi et aliis utiles, non habentes tamen Jhesu crucifixi caritatem. Unde apostolus [8]): „Si linguis hominum loquar et angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum velud es sonans aut cymbalum tynniens."

Sunt mulier „clamosa", quia aput eos est sermo multus, fructus nullus, et quia amplius sunt clamosi, quam sancti dei, in suis contenciosis disputacionibus et superbis sermocinacionibus, in suis longis oracionibus cum multiloquiis et longis horis et cantu multo et forti vel articulato, sed omnia sine devocione et spiritu Jhesu, et alias multipliciter in suis solempnitatibus, in quibus multum clamant: „Domine, domine", sed cor eorum longe est a Christo Jhesu [9]), vel clamant ore ad Jhesum: „Domine, domine", sed tota die factis eum negant. Ad quod scriptum est [d]) [10]): „Quid me vocatis domine, domine, et non facitis,

---

a) *in marg. add. A.* b) sunt descripti *corr.* descripti *A.* c) Ysa. — dominabuntur eis *posterius textui insertum A.* d) *lacuna sequitur in A.*

1) *Cf. Ezech. XVI. 30 sq.* 2) *Cf. Apoc. XVII. 1 sq.* 3) *vide infra c. 7.* 4) *Cf. Proverb. IX. 13—17.* 5) *Isaiae III. 1.* 6) *Isaiae III. 4.* 7) *Cf. Matth. XXV. 1 sq.* 8) *I. Cor. XIII. 1.* 9) *Cf. Matth. XV. 8.* 10) *Lucae VI. 46.*

que dico?“ Et iterum Mat. VII[a])[1]): „Multi dicent michi: Domine, domine, nonne[b]) in nomine tuo prophetavimus?“, etc.

Mulier „plena illecebris“, quia in omnibus sua pollut desideria exequntur, „habentes oculos plenos adulterii et incessabilis delicti“[2]), quorum „inquinate sunt mens eorum et consciencia“[3]). De quibus Ysa., ubi supra[4]): „Mense eorum plene sun vomitu sordiumque, ita ut non esset locus iuxta.“ Et Judas[5]) „Hii sunt in epulis suis macule, convivantes sine timore, pascentes semetipsos.“

Mulier „nichil omnino sciens“, quia colleccio istorum licet multa se studuisse glorietur et multa scire, tamen qui totum est culpabile et sine caritate dei, ideo propter hoc nichi omnino scit, quia scriptum est I. Cho. 8[c])[6]): „Si quis credit se scire aliquid, nondum novit, qualiter ipsum oporteat scire“; ve ea, que sciunt [f. 152[a]], [sciunt] modo gentili, precise humano non autem modo christiano, id est per doctrinam unccionis, de qua Jo.[d])[7]): „Unccio docebit vos de omnibus“; vel nichil sciunt quia sunt in se mali, omnis autem malus est ignorans secundum Ethicum; vel nichil huiusmodi omnino sciunt, quia Christum Jhesum nesciunt sciencia caritatis vel sciencia interne illuminacionis[8]), quod solum scire est dictum in christiano; vel nichi omnino sciunt facere bene, sed solum sciunt loqui vel facere malum; unde propheta[e])[9]): „Ut male facerent, laboraverunt bene facere nescientes. Sapientes sunt, ut facerent malum, bene autem facere nescierunt.“

„In foribus domus sue sedent“, quia dum positi sun ad regendum et iudicandum familias sibi commissas seu plebes vel dum semetipsos inpudice ingesserunt, tunc querunt, que sua sunt, non que Jhesu Christi[10]).

„Super sellam“, in cathedra Moysi, id est officio ecclesiastico, de quo scriptum est M[t e])[11]): „Super cathedram Moysy sederunt scribe et pharisei.“

„In excelso urbis loco“, quia ambiunt et obtinent

---

[a]) *post corr. A.* [b]) *post corr. A.* [c]) I. Cho. 8. *posterius add. A.* [d]) *lacuna sequitur in A.* [e]) *lacuna sequitur in A.*

[1]) *Matth. VII. 22.* [2]) *Cf. II. Petri II. 14.* [3]) *Cf. Tit. I. 15.* [4]) *Isaiae XXVIII. 8.* [5]) *Judae 12.* [6]) *I. Cor. VIII. 2.* [7]) *I. Joan. II. 27* [8]) *Cf. II. Cor. IV. 6* (ad illuminationem scientiae claritatis dei). [9]) *Cf. Jerem. IV. 22:* „Filii insipientes sunt et vecordes sapientes sunt, ut faciant mala bene autem facere nescientes.“ [10]) *Cf. Philip. II. 21.* [11]) *Matth. XXIII. 2*

dignitates in ecclesia et amant primas cathedras in synagogis et primos recubitus in cenis et vocari ab hominibus „rabi“[1]).

„Vocat parvulos“, id est non generat lubricata meretrix suos parvos, sed, ut dictum, alienos allicit blande et furatur et de ipsorum sibi inpensa reverencia et obediencia gloriatur. Nam quia[a]) coram parvulis insensibus secundum apostolum[2]) et parvulis, qui usquequaque adhuc diligunt infanciam secundum Salomonem[3]), et pueris annorum centum[4]) et vecordibus[5]), id est hominibus passionatis vel qui post hoc seculum abierunt[6]), utpote divitibus et ridentibus in hoc sceculo, illi predicti sunt venerabiles, timendi et mirandi ac gloriosi, et ipsos secuntur et simili pompa atque avaricia inbuuntur, quamvis hiis, qui sunt digni habitare in tabernaculo dei magis quam in tabernaculis peccatorum[7]), ad nichilum in conspectu eorum sunt deducti, quemadmodum scriptum est[8]): „Ad nichilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem dominum [glorificat]“, etc.

„Vocat pergentes in itinere suo“, id est ambulantibus in via lata, que ducit ad perdicionem[b])[9]).

„Loquitur“, id est invitat suo exemplo, dicens: „Aque“, id est delicie carnis aut sapiencia et eloquencia carnalis huius mundi. Que sunt dicta „aque furtive“, tum quia prohibite[c]) quoad ipsarum polluentem vanitatem a Christi ewangelio[10]), tum quia contrarie Christo et sanctis patribus et per consequens non nisi furtive et in tenebris a christianis usitate. Et „dulciores“ autem sunt, quia carni consentanee et huic mundo conformes, ideo adversa et persecucionem non paciuntur. Vel „dulciores“ secundum apparenciam ex eo, quia sunt, ut dictum est, prohibite secundum:

Nitimur in vetita, cupimus magis quandoque negata.

Vel „dulciores“, quia per operacionem demoniorum in-

---

[a]) *ita A superflue.* [b]) *lacuna sequitur in A.* [c]) prohibente *corr.* prohibite *A.*

[1]) *Cf. Matth. XXIII. 6—7.* [2]) *Cf. I. Cor. III. 1* (parvulis in Christo). [3]) *Cf. Proverb. I. 22.* [4]) *Cf. Isaiae LXV. 20.* [5]) *Cf. Jerem. IV. 22, l. c.* [6]) *Cf. Judae 7* (abeuntes post carnem alteram). [7]) *Cf. Psalm. LXXXIII. 11:* „Elegi abiectus esse in domo dei mei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.“ [8]) *Psalm. XIV. 4.* [9]) *Cf. Matth. VII. 13.* [10]) *Cf. II. Petri II. 18:* „Superba enim vanitatis loquentes pelliciunt in desideriis carnis luxuriae eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conversantur 2c.“

tensius dulcorate. Nam infertur[1]): „Et ignora[vi]t, quod ibi sint gygantes et in profundo inferni convive eius."

„Panis", id est victus et amictus in pace huius vite sacerdotum, clericorum et religiosorum carnalium in statu sacerdocii vel religionis. „Qui est suavior", quia est sine sollicitudine et labore hominum et in habundancia et securitate, vel questus seu lucra ludendo et cantando sacerdotum et clericorum. Et iste est[a]) „absconditus", quia sub apparencia religionis et vite sancte seu contemplative vel alias spiritualis ipsis advenit, vel quia sub specie pietatis sine veritate inexistente, sicut scriptum est[b])[2]): „Veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces." Vel panis „absconditus" est honor et gloria in yppocritis sine virtute subsistente, qui est suavior ipsis, quia eum appetunt, eum appreciant et in eo nimium delectantur.

## Capitulum quintum[c]).

*Quod nullus potest discernere corpus Antichristi, nisi a spiritu Jhesu visitatus*[c]).

Et sequitur multum ad propositum: „Et ignoravit", supple hec multitudo infatuata vel sal infatuatum, scilicet predicti coronati, „quod ibi", id est in eorum apparenti et non existenti voluptate vel sapiencia et eloquencia sine virtute vel religione et apparencia sanctitatis sine veritate et in eorum taliter simulatis studiis, „sunt gygantes", id est maligni spiritus cum laqueis infinitis secundum aliam scripturam, que dicit de Vehemoth[3]): „Huic montes herbas ferunt, omnes bestie agri ludunt ibi. Sub umbra dormit in secreto calami, in locis humentibus. Protegunt umbre umbram eius, circumda[bu]nt eum salices torrentis." Hec melius intelliges, si ea, que iam dicta sunt de muliere clamosa, conportabis.

Sequitur: „Et in profundis inferni convive eius", id est ignorant, quod omnes similiter viventes ad inferna descenderunt. De quibus scriptum est Job[d])[4]): „Tenent cytharam

---

a) *in A del.* b) *lacuna sequitur in A.* c) *ita A rubr.* d) *lacuna sequitur in A.*

1) *Proverb. IX. 18.* 2) *Matth. VII. 15.* 3) *Job XL. 15—17.* 4) *Job XXI. 12—13.*

et tympanum in manu sua, gaudent ad vocem organi et in puncto ad inferna descendent“[a]).

Dampnacionem autem istorum et qualiter sunt profunde incorporati presenti Antichristo, non possunt intelligere neque illimet, de quibus sermo, propter causas supra dictas[1]), sed neque ulli alii, qui non vigent[b]) spiritu Jhesu crucifixi, quod limpide ostenditur Apok. XVII., ubi dicitur ad Jo.[2]): „Veni“, [f. 152[b]] supple in spiritu, „mente tenus“, id est ascende ad cor altum et erige mentem, sicut scriptum est: „Hiis autem fieri incipientibus: Levate capita vestra“[3]). „Et ostendam tibi“, id est tunc poteris videre, sapere et intelligere novissima tua et novissimam „dampnacionem“, preparatam ab origine, „meretricis“, id est multitudinis peccancium christianorum, ut supra est expositum; „magne“ autem dicit propter habundanciam iniquitatis et abhominacionum, vel „magne“ propter stultorum infinitum numerum, quod utrumque complectens dominus dicit[4]): „Et habundavit iniquitas multorum.“

Sequitur[5]): „que sedet“, id est pacem et securitatem obtinuit, credens iam scelerum inpunitatem. Dicit enim in corde suo[6]): „Deus non considerat“, et dicit[7]): „Moram facit dominus venire.“ Ideo scriptum est[8]): „Dormitaverunt omnes et dormierunt“, id est in spe requieverunt. Sed isti singulariter fatui, ponentes spem in verbis mendacii, dicunt[9]): „Templum domini, templum domini est“, id est christiani sumus, sacerdotes sumus, religiosi sumus. „Sedet, inquit, super aquas multas“, quia ut prefatum est, obtinet dominium et coronam super latitudinem tocius orbis ecclesie, ita quod non sit populus vel gens, quos isti pares[c]) sibi in suis carnalibus affeccionibus et ambicione non confirmarent, non incorporarent Antichristo per amorem huius mundi sub professione christiana; licet namque ad quatuor angulos terre ubique divisi, tamen suis bestialibus motibus similibus et studiis ac vita brutali in unam bestiam concurrerunt[d]), eisdem spiritibus Sathane id in eis operantibus super faciem omnis terre.

---

[a]) descendunt *biblia*. [b]) urgent *corr.* vigent *A.* [c]) panes *corr.* pares *A.* [d]) con — *sup. lin. add. A.*

[1]) *vide supra c. 2.* [2]) *Apoc. XVII. 1.* [3]) *Lucae XXI. 28.* [4]) *Matth. XXIV. 12.* [5]) *Apoc. XVII. 1.* [6]) *Cf. Job XXXV. 14.* [7]) *Matth. XXIV. 48.* [8]) *Matth. XXV. 5.* [9]) *Jerem. VII. 4.*

Ideo sequitur[1]; „Cum qua fornicati sunt omnes reges terre“, id est ab ea corrupti sunt cuncti residui clerici et sacerdotes, libidinem ipsius spiritualem similiter imitando, id est ambicionem diviciarum seculi et honorum. „Et inebriati sunt“, id est supra mensuram et in infinitum cupiditate et voluptate et superbia vite in corde et repleti vomitu, sicut scriptum est[2]: „Prodiit ex adipe iniquitas, transierunt in affectum cordis“. Hii, „qui habitant terram“, id est ceterum wlgus carnale christianorum, qui querunt et sapiunt solum vel maxime terrena[3]. „De vino prostitucionis eius“, id est de quesitis delectacione et cupidine ac libidine, diviciis, voluptatibus et honore huius vite. Propter que rectores illi et sacerdotes demonio Sathane sunt prostituti in peccatis, quemadmodum idem ipse Sathan habere voluit et a Christo Jhesu, cum dixit[4]: „Hec omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.“

„Et abstulit me, inquit[5], in desertum“, id est assumpsit spiritum Jhesu, potestate cuius dereliqui carnem, mundum cum suis pompis et carnem cum suis desideriis. „In spiritu“, id est spiritu ficta carnis mortificavi vel in spiritu vixi et ambulavi mente tenus in spiritu Jhesu crucifixi per fidem, spem et caritatem. „Et vidi“[a], id est tunc demum videre potui, quando exivi de medio iniquorum[6] et excussi me ab eius inquinamentis[7], qui pridem adhuc me excecabant in tantum, ut dicerem malo bonum et bono malum et ponerem lucem tenebras et tenebras lucem et dulce in amarum et amarum in duce[8]. Hec enim exposicio magis nobis coaptatur pro tempore, quam beato Johanni in visione.

Unde lucide sequitur illud, quod paulo ante est assumptum, puta quod nimia est multitudo eorum, qui sunt existentes de corpore amplo Antichristi, [et quod] quamdiu tales et in quantum tales, non possunt videre se esse antichristos, et quod nequit videri dampnacio vel habundancia iniquitatis presentis Gog et Magog, nisi sic homo christianus exeat spiritualiter extra mundum, inproperium Christi portando[9] et spiritum Jhesu au-

---

a) vide *corr.* vidi *A.*

1) *Apoc. XVII. 2.* 2) *Psalm. LXXII. 7.* 3) *Cf. Philipp. III. 19* (qui terrena sapiunt). 4) *Matth. IV. 9.* 5) *Apoc. XVII. 3.* 6) *Cf. II. Cor. VII. 17* (exite de medio eorum). 7) *Cf. II. Cor. VII. 1* (mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus). 8) *Cf. Isaiae V. 20.* 9) *Cf. Hebr XIII. 13.*

diendo, quia isti prefati secundum nomen suum sunt tecti et decorati omnibus armamentis angelorum lucis, quantum est possibile altitudini Sathane.

## Capitulum sextum[a]).

*De potestate corporis Antichristi*[a]).

Item isti predicti coronati proprie describuntur per figuram locustarum Apoc[alypticarum][1]), que de summo abyssi dicte sunt exivisse in terram. Quarum „locustarum similitudines similes equis“, id est veris christianis obedientibus spiritui sancto et veris predicatoribus, de quibus propheta Abacuk 3°[b])[2]): „Qui ascendis[c]) equos tuos et quadrige tue salvacio“, — „preparatis in prelium“[3]), id est armatis omni genere doctrine et arte loquendi, arguendi, respondendi, exhortandi, potentes ad invadendum et defendendum, quantumcumque velint, veritatem aut speciem virtutum, armati nichilominus omni apparencia facesie et honestatis. „Et super capita earum corone“, id est tituli magistrales vel dignitatum et graduum ecclesie investitura, secundum quod superius est deductum[4]). Corone autem non auree, sed „similes auro“ dicuntur, que gerunt speciem et similitudinem caritatis, sapiencie et cuiuslibet virtutis sine subsistencia[d]) Jhesu crucifixi veritatis. „Et facies earum“, id est [f. 153a] conversacio extrinseca et ostensio vite, „sicut facies hominum“, id est humana, mansueta, racionabilis et honesta vel curialis.

„Et habebant capillos sicut capillos mulierum“[5]), id est cogitaciones ipsorum fluxe, molles, vane et ad carnalitatem, non tales quasi eorum, de quibus per prophetam dicitur[6]): „Et princeps, que digna sunt principe, cogitabit“. „Et dentes earum“, id est verba crudelia et detractoria vel pronissima a[d] detraccionem, sicut scriptum est[e])[7]): „Filii hominum dentes eorum.“ Et ideo notanter dicitur „dentes“, et non os vel

---

7) Apoc. 9 *A.*

[a]) *ita A rubr.* [b]) Abacuk 3° *posterius add. A.* [c]) ascendes *biblia.* [d]) *post corr. A.* [e]) *lacuna sequitur in A.*

[1]) *Cf. Apoc. IX. 3. 7.* [2]) *Habacuc III. 8.* [3]) *Apoc. IX. 7.* [4]) *vide supra p. 88.* [5]) *Apoc. IX. 8.* [6]) *Isaiae XXXII. 8.* [7]) *Psalm. LVI. 5.*

aliud huiusmodi, quia modernus clerus ad invicem et adversum religiosos et religiosi alterutrum et adversus sacerdotes plebeios repleti sunt detraccione, ut vix aliud ab eis de personis in conventibus et commenssacionibus quam detraccio audiatur. Propter quod Johannes alio loco de hoc tempore dicit[1]: „Et command[uc]abunt[a]) homines linguas suas."

Et ita dulce hoc ipsum efficit spiritus Sathane pessimus, ac si carnes sapidas manducarent, dum aliquem inter suas mandibulas acceperint, sibi detrahendo. Propter quod scriptum est de ipsis propriissime in Proverbiis[2]: „Cui carnes conportant ad manducandum"; ymmo nisi carnes hominum quis conportet eciam cum talibus [ad] manducandum, mox ipsummet parati sunt suis dentibus mordere et vorare, et unus alterum ipsorum devorat et consumit per plurimas contenciones. Ideo bene proprie dictum est de isto tempore[3]: „Commanducabunt[b]) homines linguas suas", scilicet christiani invicem detrahendo. Cuius gracia loquebatur pro nunciis Antichristi, dicens apostolus[4]: „Quod si ad invicem mordetis, videte, ne ab invicem consumamini."

Heu, me miserum et infelicem, quoniam nimis datum est michi experiri dentes locustarum istarum usque hodie! Nulla est taberna vel locus, ubi carnes meas crudeliter, sed de Christi Jhesu gracia innocentes[5]) non manducent, „et in me psallebant, qui bibebant vinum"[6]). O, Jhesu crucifixe, piissime deus! „Erue me de ore leonis et a cornibus unicornium humilitatem meam[c])[7])", quoniam „tu scis, domine, inproperium meum"[8]) „et delicta mea a te non sunt abscondita"[9]).

Dentes eorum sunt „dentes leonis"[10]), quia verba istorum sunt horribilia pauperibus et simplicibus superba et plena minis.

---

21) Nota de detraccione *A*. — De detraccione *A alia manu*.

a) commandabunt *A;* commanducaverunt *biblia*. b) *in marg. add. A.* c) *post corr. A.*

1) *Apoc. XVI. 10.* 2) *Proverb. XXIII. 20* (qui carnes ad vescendum conferunt). 3) *Galat. V. 15.* 4) *Psalm. LXVIII. 13.* 5) *Cf. Psalm. XXVI. 2:* „Dum apropiant super me nocentes, ut edant carnes meas." 6) *Cf. Psalm. LXVIII. 22.* 7) *Cf. Psalm. XXI. 22.* 8) *Psalm. LXVIII. 20.* 9) *Psalm. LXVIII. 6.* 10) *Apoc. IX. 8.*

Ideo alia scriptura magis exprimit istorum dominancium posicionem, dicens Job XLI[1]: „[In] medium oris eius“, scilicet Leviatan, subaudis Antichristus, „quis intrabit? Portas wltus eius quis apperiet? Per gyrum dencium[a]) eius formido.“

Liceat michi, rogo, veritati testimonium perhibere. Ecce, nuper accidit, ut a facie Jhesu crucifixi fugiens, non presumens ipsi Ninive et spirituali Babyloni seu prefate magne meretrici suam vicinam subversionem[b]) nunciare[2]), id est a formidine dominancium et multitudine eorum conquassatus, non presumpsi audacter predicare veritatem neque nunciare populo christiano peccata eorum et domui Christi scelera eorum; ob id, domino Jhesu disponente, veni in altitudinem maris et tempestas demersit[c]) me et proiecit me dominus in medium Leviathan et ingressus sum portas wltus ipsius[3]). Et sic, quod verebar, accidit michi[4]), et id, quod tremulus fugiebam, incurri. Nam ecce, iaceo in medio ventris eorum devoratus! Et hec oracio mea ad pium Jhesum crucifixum de utero Antichristi, Jone[d]) II°[5]): „Clamavi ad deum de tribulacione mea et exaudivit me: de ventre inferi clamavi, et exaudisti vocem meam. Proiecisti me in profundum in corde maris, et flumen circumdedit me: omnes gurgites tui et fluctus tui super me transierunt. Et ego dixi: Abiectus sum a conspectu oculorum meorum: verumptamen rursus videbo templum sanctum tuum. Circumdederunt me aque usque ad animam meam, abyssus vallavit me, pellagus operuit meum caput. Ad extrema moncium descendi: terre vectes concluserunt me in eternum. Et sublevabis de corrupcione vitam meam, domine deus meus. Cum angustiaretur in me anima mea, domini recordatus sum, ut veniat ad te oracio mea ad templum sanctum tuum. Qui custodiunt vanitates, frustra misericordiam derelinquent. Ego autem in voce laudis ymmolabo tibi, quecumque vovi, reddam pro salute domino. — Et dixit dominus pisci, et revomuit Jonam in aridam.“

---

a) *post corr. A.* b) *post corr. A.* c) dimersit *A.* d) Abacuk *corr.* Jone *A in m.*

1) *Job XLI. 4—5.* 2) *Cf. Jonae III. 1 sq.* 3) *analogia cum Jona, v. Jonae I.* 4) *Cf. Job III. 25* (quod verebar, accidit). 5) *Jonae II. 3—11.*

## Capitulum septimum[a]).

*Quod membra Antichristi precipue genti pauperum forcia se exhibent, et de cessacione iugis sacrificii*[a]).

Dic igitur[b]), mi Jhesu, mi dulcissime, mi pro me crucifixe, dic Leviathan, ut me evomat, ut[c]) me relaxet! „Et ego in voce laudis ymmolando tibi, quecumque vovi, reddam pro salute domino“[1]).

Medium vero oris Vehemoth[2]) [153[b]], vel alias meretricis clamose et stulte[3]), quam alibi veritas describit: sal infatuatum[4]), est cor ipsius designatum per proverbium Salomonis[5]): „Cor stulti in ore eius.“ Cor igitur huius bestialis Antichristi sunt polluti clerici et sacerdotes. Et hoc potest probari multis racionibus et scripturis, que ad presens obmitto studiosis. Qui quidem alias sunt cor maris, sicut scriptum est[6]): „Deus noster refugium et virtus; adiutor in tribulacionibus, que invenerunt nos nimis. Propterea non timebimus, dum turbabitur terra et transferentur montes in cor maris.“ Juxta quod supra dictum est[7]): „Proiecisti me in profundum, in corde maris, et flumen circumdedit me.“

„Porte wltus eius“[8]), bestialis Antichristi, sunt corrupti per yppocrisim et alias pessimis spiritibus Sathane doctores et prelati yppocrite, qui alias dicti sunt „porte inferorum“; unde scriptum est Mt[d])[9]): „Et porte inferi non prevalebunt adversus eam.“ Item alibi „porte mortis“, sicut scriptum est[10]): „Qui exaltas me de portis mortis, ut anuncciem omnes predicaciones tuas in portis filie Syon.“

Et sicut sapiencia hominis lucet in wltu eius, sic depicta antichristeitas lucet in wltu, id est apparatu talium yppocritarum doctorum et magistrorum, apparente coram hominibus magnifico et glorioso, simili per omnia „regibus gencium, qui dominantur eorum et qui potestatem habent, benefici vocantur“[11]). Isti sunt figurati proprie per illos gygantes, de quibus

---

a) *ita A rubr.* b) ergo *corr.* igitur *A.* c) et *seq. in A, sed del.* d) *lacuna sequitur in A.*

1) *Jonae II. 10.* 2) *Cf. Job XLI. 4:* „Et in medium oris eius quis intrabit?“ 3) *Cf. Proverb. IX. 13.* 4) *Cf. Matth. V. 13.* 5) *Eccli. XXI. 29:* „In ore fatuorum cor illorum.“ 6) *Psalm. XLV. 2—3.* 7) *Jonae II. 4.* 8) *Job XLI. 5.* 9) *Matthaei XVI. 18.* 10) *Psalm. IX. 15.* 11) *Cf. Lucae XXII. 25.*

Gen. VI° dicitur[1]: „Gygantes autem [erant] super terram in diebus illis; postquam enim ingressi sunt filii dei ad filias hominum illeque genuerunt, illi sunt potentes a seculo et viri famosi“[a]).

Doctores igitur predicti sunt „porte“ huius vultus et purpurate meretricis, quoniam ipsi sunt, qui intromittunt et emittunt, extra proiciunt et defendunt, existentes fautores[b]) et promotores suorum similium, scilicet ambiciosorum, capciosorum et gloriosorum in hoc seculo, plebeios vero Christi devorant sicut escam panis[2]), qui crudelem pressuram faciunt et subiciunt inportabili servituti, ex ipsis suam avariciam et voluptatem adinplentes. Nam pauperes in hoc seculo, licet ydoneos et symplices Jhesu Christi ac devotos, non tantum non promovent vel defendunt, sed eciam inpediunt et vilipendunt, nichil apreciantes aliud, nisi quod est splendidum secundum carnem in hoc seculo et magnis tytulis elevatum, et ibi blandiuntur, arrident et in conspectu talium totaliter pussillanimes fiunt, ut sic hominibus magnis placeant, er per consequens confusi sunt, et deus dissipavit ossa eorum[3]). Hii sunt, qui tota die ruminant vanitatem, veluti bestie fenum. Ideo quia de mundo sunt, de mundo locuntur et mundus eos audit et terrena sapiunt, [f. 154a] que autem sunt ex deo, eis[c]) non redolent. Ideoque scriptura sancta quasi fabulis utuntur. Non enim tremunt vel calent a facie verborum Jhesu crucifixi, et non colunt neque festinant se exercere in divinis sacramentis et principaliter in manducacione et potacione corporis et sanguinis Jhesu Christi. Non enim commedunt festinanter pascha nostrum, qui est Christus[4]), sed vix aliquando et valde tarde. Quinymmo et contra epulantes cum Christo frequenter presumunt murmurare et, quantum in eis est, abigere a cena domini invitatos.

Et isti sunt, qui manifestum hoc habent sue antichristeitatis argumentum et quod ipsi sunt „porte vultus eius“, quia iam fere abstulerunt iuge sacrificium[5]) a communi populo chri-

---

a) *post hanc vocem lacuna 22½ lineas comprehendens sequitur in A.*
b) *post corr. A.* c) *super lin. add. A.*

1) *Gen. VI. 4.* 2) *Cf. Psalm. XIII. 4.* 3) *Cf. Psalm. XLII. 6:* „Quoniam deus dissipavit ossa eorum, qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam deus sprevit eos.“ 4) *Cf. I. Cor. V. 7.* 5) *Cf. Dan. XI. 31.*

stiano et gente pauperum, puta frequentem et cottidianam communionem Christi Jhesu corporis a plebeis inpediendo, dissuadendo et palam prohibendo in sermonibus publicis.

Qui ymmo synodaliter abstulerunt prohibendo dari fidelibus hoc sacramentum poscentibus, nisi in uno mense semel, et alias, heu, me miserum absorbentes[1]), clamandum similiter in synodo coegerunt, ut communiter fideles ad cottidianam communionem Christi Jhesu corporis et sanguinis non invitentur nec vocentur[2]), per hoc opus Jhesu et eius magne cene indeffessam et inmensam largitatem destruentes, per hoc ipsum de directo obvii apostolis et aliis nunciis magne hospitalitatis Jhesu crucifixi, qui solum missi sunt ad id, non ut revocent, sed invitent, non ut retrahant, sed inducant, non ut repellant, sed ut intrare conpellant ad cenam agni. Propter quod scriptum est 2 Cho. 13[a])[3]): „Ad edificacionem posuit nos spiritus sanctus, non ad destruccionem."

Sed isti predicti moderni yppocrite, doctores et prelati, inpie agent inpii, et ideo non intelligent omnes inpii[4]), puta quomodo vel qualiter aut quare sit dictum iuge sacrificium in ecclesia corpus et sanguis domini nostri Jhesu Christi, quia non ob id solum, quod sacerdotes ibi iugiter ipsum offerunt et manducant, sed quia communitas sancta ecclesie ipsum offert iugiter et manducat, et primum sacerdotes, dehinc sancta communitas plebeiorum. Non enim sine pondere et magna dispensacione dixit veritas[5]): „Sumite ex hoc omnes," et iterum[6]): „Dividite inter vos", atque iterum[7]): „Panem nostrum cottidianum da nobis hodie", nisi quia visus dominus exprimere diligenter iugem manducacionem ab omni suo populo deifici sacrificii et fecundissimi in omni bono. Nec istorum crudeli opinioni verba apostoli I. Cor. XI. in ullo suffragantur, in quibus dicitur[8]): „Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat", etc., quoniam per hoc non deterret christianos a sacramento iugiter manducando, sed indignos, ut adhuc dignificentur, et sanctos,

---

a) 2 Cho. 13 *posterius add. A.*

1) *Cf. Jerem. LI. 34* (absorbuit me quasi draco). 2) *vide „Processum in synodo Pragensi" 1389, ap. Höfler, Concilia Pragensia, 1862, n. 17, p. 37.* 3) *II. Cor. XIII. 10 (libere allatum).* 4) *Cf. Dan. XII. 10.* 5) *Cf. Marci XIV. 22:* „Sumite, hoc est corpus meum." 6) *Lucae XXII. 17.* 7) *Matth. VI. 11.* 8) *I. Cor. XI. 28.*

ut adhuc magis sanctificentur, admonet; non dissuadet, sed docet, qualiter debeant hoc sacramentum offere et manducare. Nam manifeste dicit: „Et sic edat“, scilicet utique edat, non autem dicit: „Et sic edat vel non edat.“ Istorum vero habes declaracionem planiorem principaliter de iugi sacrificio in primo tractatu, c. [10], et ultimo, dist. [VIII], c. [4].

Facienda igitur est conclusio de predictis „portis wltus Antichristi“ per verbum Christi, ubi dicitur Mt.[a]), et hoc primum quoad prelatos yppocritas[1]): „Ve vobis, scribe et pharisei yppocrite, qui tulistis claves regni celorum, et ipsi non intratis, sed intrare volentes prohibetis.“ Dehinc eciam ad doctores infatuatos in alio ewangelista dicitur[2]): „Ve vobis, legisperitis, qui[a] tulistis clavem sciencie, ipsi non introistis, et eos, qui introibant, prohibuistis.“

Tunc ulterius ad propositum ad materiam de dentibus locustarum et potestate eorum dicitur: „In gyro, inquit[3]), dencium eorum dicitur formido.“ Dentes istorum sunt filii hominum, scilicet crudeles ipsorum ministri et multi gladiatores, qui ipsorum latus ambiunt. In hiis namque fiduciam eorum et defensionem constituunt. Vel dentes eorum sunt potentes tyranni, quorum isti fautores et ob id ipsis applaudunt, atque ideo seipsis coniungunt, ut defendantur seque et bona sua ipsis committunt, non supermagnis obsequiis et pensione auri et argenti, in hoc ipso proprie Vehemoth vel bestiam se exhibentes, cuius est proprium dentibus uti pro gladiis, veluti scriptum est[b])[4]): [„Generacio, que pro dentibus gladios habet, et commandit molaribus suis, ut comedat inopes de terra et pauperes ex hominibus“].

Ita isti non quidem colunt arma, ut milites, sed utuntur crudelibus gladiatoribus et armis armatorum, qui [e]os circumdant, et si quid obstetur vel contradicatur, captivant et occidunt ita [f. 154[b]], ut horror[c]) in gyro ipsorum et formido. Quam autem remote sint hec ab agno mansueto Jhesu Christo et ab eius apostolis, qui solum veritate et nomine Jhesu Christi erant terribiles iniquis ac virtute, — sicut scriptum est[d])[5]): „Terribilis ut

---

a) *lacuna sequitur in A.* b) *lacuna sequitur in A; add. ab ed.*
c) honor *corr.* horror *A.* d) *lacuna sequitur in A.*

1) *Matth. XXIII. 13 (libere allatum).* 2) *Lucae XI. 52.* 3) *Job XLI. 5.*
4) *Proverb. XXX. 14.* 5) *Cant. VI. 9.*

castrorum acies ordinata"; et apostolus[1]): „Arma nostra non sunt carnalia, sed potencia a deo per Christum"; et iterum[2]): „Hii in curribus et hii in equis, nos autem in nomine domini", — et quam ista sunt propria bestie spiritualis, scilicet Antichristi, quis iam poterit dubitare? De qua dicitur[3]): „In gyro dencium eius formido. Et non est potestas super terram, que comparetur ei."

---

[1]) *II. Cor. X. 4.* [2]) *Psalm. XIX. 8.* [3]) *Job XLI. 5 et 24.*

# DISTINCCIO OCTAVA[1].

## DE ARMATURA CORPORIS ANTICHRISTI[a].

### **Capitulum primum**[b].

*Quam sint formidabilia membra Antichristi*[b].

Aut gyrus seu circuitus dencium locustarum[1]) sunt precepta dura rectorum in suos subditos, que alias honera inportabilia super humeros hominum inposita a veritate sunt nuncupata[2]). His etenim mandatis hominum multiplicatis super numerum et super facultatem subditorum, ut infra dicetur[c])[3]), isti superbi et crudeles coronati stipantur, quorum duram execucionem exigentes, redduntur formidabiles ut leones, non adamandi velut agnus mansuetus[4]). Et propterea eorum precepta et doctrine gyro dominancium leonum, devorancium aut lacerancium, non ovium ruminancium non inmerito similia esse sunt descripta[5]), quia, prout est feminarum de more superbarum, subiectis sunt inflati et dominantes in clero, non autem forma facti gregis ex animo[6]), sicut Christus, qui dixit[7]): „Discite a me, quia mitis sum et humilis corde", neque quanto sunt maiores, sunt in omnibus humiliores, sed animosiores et magis audaces secundum morem regum gencium, qui dominan-

1) Distinccio octava *A alia manu.*

a) *ita A rubr.* b) *ita A rubr.* c) *lacuna sequitur in A.*

1) *Cf. Apoc. IX. 3 sq.* 2) *Cf. Matth. XXIII. 4.* 3) *vide infra c. 2.* 4) *Cf. Jerem. XI. 19* (quasi agnus mansuetus). 5) *Cf. Job XLI. 1 sq. de militia Behemoth.* 6) *Cf. I. Petri V. 3.* 7) *Matth. XI. 29.*

tur eorum, quibus presunt[1]. Propter quod in gyro dencium solum formido habitat[a][2], et ideo non est aput eos: „Obsecramus per misericordiam dei, fratres karissimi“, vel: „Rogo autem vos, fratres“, sed est aput ipsos: „Districte precipiendo mandamus“, vel est aput ipsos: „Excommunicamus pro tunc, prout ex nunc, et pro nunc, prout ex tunc“; et: „Quod si quis non fecerit vel secus fecerit, sciat se iram dei omnipotentis et sanctorum eius vel anathema incursurum“, et multa huiusmodi. Propter quod contra doctrinam sapientis solum sunt, ut leones suos domesticos evertentes[3]. De hiis dentibus locustarum scriptum est[4]: „Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet dominus.“

Ecce enim hiidemtidem[b], multiplicati[s] suis adinvencionibus, preceptis et quasi gyro dencium duro, sicut et ipsi dentes, stabilitis et ordinatis, confirmaverunt ea sub mortalis peccati transgressione, et ita diffamaverunt in populo et in consciencias hominum posuerunt atque manifeste, amplius racionem et questionem de ipsis facientes, quam de preceptis dei.

Maiorem enim vim ponunt hodie, si presbiter forte primam ante celebracionem misse non dicat, vel si non secundum ordinem ipsorum positum et[c] consuetum dicat, quam si menciatur vel sit vinolentus vel avarus aut alia multa huiusmodi. Aut magis faciunt sibi conscienciam, quod puta alium versiculum aut responsorium vel alleluja[d] in missa dicat aliud, quam communis rubrica continet, quam si eat ad tabernam vel tota hora vel die vanitatem et opera hominum enarret inutiliter labiis suis sacerdos, quibus debeat scienciam custodire[5]. Et sic de multis aliis, quorum numerus infinitus.

Atque ita per formidinem in gyro suorum dencium posuerunt, ut homines magis timeant hodie hominum[e] adinvenciones transgredi quam precepta dei summi. Quibus veritas dicit[6]: „Ve vobis, scribe et pharisei yppocrite, qui decimatis anetum et ciminum et mentam, et derelinquitis[f],

---

[a]) *ita emend. ab ed.;* roboat *A.* [b]) -ti- *sup. lin. add. A.* [c]) *posterius add. A.* [d]) *ita emend. ab ed.;* allam *A.* [e]) et *sequitur superflue in A.* [f]) reliquistis *biblia.*

[1]) *Cf. Luc. XXII. 25* (reges gentium dominantur eorum). [2]) *Cf. Job XLI. 5* (per gyrum dentium eius formido). [3]) *Cf. Eccli. IV. 35:* „Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos, et opprimens subjectos tibi.“ [4]) *Psalm. LVII. 7.* [5]) *Cf. Malach. II. 7.* [6]) *Matth. XXIII. 23—24.*

que graviora sunt legis, colantes culicem, camelum vero glucientes." Atque iterum alia scriptura dicit Ysaie XXXIX[1]: „Et dixit dominus: Eo, quod appropinquat michi populus iste ore suo et labiis suis glorificat me, cor autem eius longe est a me", — et ad propositum: — „et timuerunt me mandato hominum et doctrinis." Et mox subiciens penam, dominus ostendit, qui sunt illi, qui hoc in dei populo effecerunt, quia scilicet sunt scribe et pharisei yppocrite, quoniam subditur: „Ideo, ecce ego [addam], ut admiracionem faciam populo huic miraculo grandi et stupendo: peribit enim sapiencia a sapientibus eius et intellectus prudencium abscondetur."

Tempus huius supplementi[a]) modo instat, ita ut qui heri fuerit magnificus et tremendus [f. 155[a]] in suis consiliis et sua gloria, hodie similiter fiat idem nullius reputacionis in Christi Jhesu ecclesia; et is, qui heri multa scivit, hodie iam nichil prorsus scire reputetur; et ille, qui heri doctorem se et magistrum gloriabatur, hodie laycus vel stolidum iumentum computetur, sicud scriptum est[2]): „Homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus", etc.

Quod autem istorum durum[b]) et superbum dominium seu inperium super fratres suos subditos dencium gyrus exprimat, hoc inmediate[c]) sequens litera ewangeliste clare demonstrat. Nam subditur[3]): „Et habebant", supple locuste, „loricas sicut loricas ferreas", id est iustificaciones suas, quas constituentes ad invicem et firmantes, in eis gloriantur et per eas [in] omnibus se defendunt adversum quemlibet sese corrigentem, quoniam adversum hec omnia, quibus in hoc volumine tanguntur huiusmodi, et contra omne, quod eis dici possit vel allegari, sciunt[d]) mille modis se iustificare coram hominibus et, quod bene stant et bene faciunt, excusare, neque est culpa in eis, quam ipsi bono modo non excusent; et hoc profecto communiter literatis et presbiteris ac magistris per hec accidit hodie, sicut dicit apostolus [ad] Ro[manos][e])[4]), quod emulacionem quidem

---

a) *ita post ras. A.* b) *post ras. A.* c) in *sup. lin. add. A.* d) *in marg. corr. A.* e) *lacuna sequitur in A.*

1) *recte Isaiae XXIX. 13—14.* 2) *Psalm. XLVIII. 13.* 3) *Apoc. IX. 9.*
4) *Cf. Rom. X. 2—3:* „Testimonium enim perhibeo illis, quod aemulationem dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim justitiam dei et suam quaerentes statuere, justitiae dei non sunt subjecti."

tradicionum hominum habentes, in ipsis iusticiam totam constituunt, quamvis non sint iusticie dei subiecti, videlicet veraci penitencie eciam spiritu contribulato et corde contrito [1]). Inde fit verum illud verbum Crisostomi, quod clericus vel sacerdos raro veraciter penitens inveniatur; quod si reprehendatur, quod deliquit, magis dolet se convictum et [quod] in gloria sua paulo minus est minoratus, quam quod Christum Jhesum inpie offendit et virtutem eius discipline. Et ita non sunt „iusticie dei subiecti", que [a]) solum est in Jhesu crucifixo et in veritate penitentis et confitentis, sicut scriptum est [2]): „Veritas", id est vera confessio, „de terra orta est, et iusticia", scilicet Christus, „de celo prospexit." Et alibi scriptum est [3]): „Dic peccata tua, ut iustificeris." Et Jo. [b]) [4]): „Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est."

Hodie tamen in veritate non invenies in tali clerico et tali sacerdote, cum ipsius peccata vel eius sodalium detegere vel corripere curaveris, nisi verba malicie, videlicet excusaciones in peccatis; et hoc et publice ab aliquibus et privatе, ab aliquibus suasibilibus verbis et conpositis hec videbis, ab aliis autem pertinaciter et superbe; ab aliquibus sua tantum peccata in singulari, ab aliis eciam aliorum peccata et in communi excusari; neque ullo modo se pacietur a corrigente superari vel ad penitenciam variam provocari, ymmo tamdiu eum, tuum amicum, possidere valebis, quamdiu communicabis eius „infructuosis operibus tenebrarum" [5]) et non continges ea corrigendo.

Quapropter hoc, quod Johannes ewangelista [per] loricas fer[r]eas expressit, hoc idem valde proprie dominus in Job per scuta fusilia declaravit. Subiungitur enim illico de corpore Antichristi [6]): „Corpus eius [c]) ut scuta fusilia, conpactum squamis sese prementibus, una uni coniungitur et ne spiraculum quidem incedit per eas, una alteri adherebit et tenentes se nequaquam separabuntur." Ecce, quam proprie synagoga col-

---

4) Nota de clericis per omnia *A alia manu*.

a) qui *corr.* que *A*. b) *lacuna sequitur in A*. c) *post ras. A;* illius *biblia*.

1) *Cf. Psalm. I. 19* (spiritus contribulatus, cor contritum). 2) *Psalm. LXXXIV. 12.* 3) *Cf. Psalm. L. 6:* „Tibi soli peccavi et malum coram te feci, ut justificeris in sermonibus tuis et vincas, cum judicaris." 4) *I. Joan. I. 8.* 5) *Cf. Ephes. V. 11.* 6) *Job XLI. 6—8.*

lecta yppocritarum et carnalium clericorum hic existit figurata, qui et propter multitudinem suorum similium in peccato et propter confirmacionem suarum iustificacionum corporalium et propter promptitudinem suarum excusacionum sunt nimis fortes et incorrigibiles cuilibet, suis eciam patribus et prelatis. Hoc igitur manifestum sue antichristeitatis indicium deferunt, quod seipsos corrigi nequaquam paciuntur, sed magis addunt[a]) odire ex animo suos fideles, licet correcciores, prout ista in Proverbiis Salomonis in pluribus habes expressa manifeste, ut puta illud[b]) [1]): „Corrige stultum et apponet, ut odiat te", et Ecclesiastes[c]) [2]): „Stultorum infinitus est numerus et perversi difficile corriguntur", atque ibidem [3]): „Vide mirabilia dei, quod nemo valeat illum corrigere, quem deus despexerit."

## Capitulum secundum[d]).

*Quod arma Antichristi sunt lucencia et dura et connexa*[d]).

Quod vero per loricam iusticia dura yppocritarum debeat hic intelligi, potest haberi manifeste ex apostolo, ubi dicit[4]): „Induti loricam iusticie." Et ad hoc racio similitudinis: nam [sicut] lorica est precipuum ex armis, que hominem splendide vestit et defendit ab ictibus, ita iusticia hominis principalis est inter virtutes, que eum adornat, — ideo est preclarissima virtutum secundum Ethycum appellata, — atque protegit. Unde scriptum est[e]) [5]): „Justicia ipsius salvabit eum", et [6]): „Induet quasi toracem iusticiam." Et quemadmodum lorica ex multis circulis sibi connexis integratur [f. 155[b]], ita iusticia ex omnibus perfectis virtutibus in homine perficitur, que sibi invicem secundum philosophos et catholicam scripturam atque doctores sunt connexe.

---

6) Nota *A*. 26) De mandatis hominum *A in fronte folii super.*

[a]) *post corr. A.* [b]) *lacuna sequitur in A.* [c]) Ecci. 1. *A in m. alia manu.* [d]) *ita A rubr.* [e]) *lacuna sequitur in A.*

[1]) *Cf. Prov. XIV. 7:* „Vade contra virum stultum, et nescit labia prudentiae." *Et Proverb. IX. 8:* „Noli arguere derisorem, ne oderit te." [2]) *Ecclesiastes I. 15.* [3]) *Ecclesiastes VII. 14.* [4]) *Ephes. VI. 14.* [5]) *Cf. Proverb. X. 2* (justitia liberabit a morte). [6]) *Sap. V. 19* (induet pro thorace iustitiam).

Quapropter isti, de quibus sermo, suam iusticiam conformiter constituunt ex multis cerimoniis, adinvencionibus et tradicionibus, rite et grate ordinatis, que speciem quidem preferunt iusticie et pietatis, et eo[a]) amplius, quod sunt extrinseca, corporalia, apparencia coram hominum oculis, indeque existunt lucencia atque commendabilia et via, que videtur homini recta[1]). Sed quia hii huiusmodi virtutem iusticie, id est dileccionem non habent, quin magis negant ex eo, quod sunt sine fraterna affeccione, et que graviora legis sunt, scilicet misericordiam et iudicium[2]), non faciunt, sicut scriptum est[b])[3]): „Habentes speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes", et alibi[b])[4]): „Euntes discite, [quid est]: misericordiam volo[c]) et non sacrificium", et scienciam dei magis quam victimas [solent] inmolare; verumtamen quia istorum iusticie dure intrinsecus est splendidus apparatus extrinsecus, ideo de eo Leviathan, id est Antichristo scriptum est Job[d])[5]): „Semita eius lucet post eum", et dominus ad yppocritas[6]): „Ve vobis, scribe et pharisei yppocrite, qui apparetis hominibus tamquam sepulchra dealbata, intus autem pleni estis yppocrisi et omni spurticia."

Quia hec ipsorum composita iusticia et constituta ac consueta est non ad parcendum infirmis, sed dura et crudelis, — nam per eam et propter eam inponunt onera inportabilia in humeros hominum[7]), — ideo lorice tamquam ferree esse describuntur[8]). Quapropter dominus Jhesus huiusmodi locustas sic locricatas sua propria iusticia splendide, sed dure exprimens, dicit[9]): „Attendite vobis a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium", — ecce, splendor! — „intrinsecus autem sunt lupi rapaces", — ecce, duricia! Propter quod ad tales Ezech. XIII. dicitur[10]): „Audite verbum domini. Hec dicit dominus deus: Ve prophetis insipientibus", qui[e]) alias gerunt faciem purpurate meretricis, stulte et clamose[11]), qui per veritatem dicti sunt sal

---

a) quod *superflue seq. in A.* b) *lacuna sequitur in A.* c) *super lin. add. A.* d) *lacuna sequitur in A.* e) *post corr. A.*

1) *Cf. Proverb. XVI. 25.* 2) *Cf. Matth. XXIII. 23.* 3) *II. Tim. III. 5.* 4) *Matth. IX. 13.* 5) *Job XLI. 23.* 6) *Matth. XXIII. 27 (libere allatum).* 7) *Cf. Matth. XXIII. 4.* 8) *in Apoc. IX. 9, l. c.* 9) *Matth. VII. 15.* 10) *Ezech. XIII. 2—3.* 11) *Cf. Prov. IX. 13.*

infatuatum[1]), et qui clamant, dicentes[2]): „Domine, domine, nonne in nomine tuo prophetavimus et in nomine tuo demonia eiecimus et in plateis nostris docuisti? Quibus respondetur a veritate: Discedite a me, operarii iniquitatis[a]), non novi vos.“ Ve, inquit igitur dominus, prophetis insipientibus, qui secuntur spiritum suum et nichil vident[3]). Et sunt illi, qui ex voluntate sua, quia sunt prelati, inponunt precepta, statuunt mandata et rigide faciunt in populo eorum execucionem et ulcionem atque conpotum magis quam de preceptis Jhesu crucifixi. Et infra[4]): „Non ascendistis ex adverso neque opposuistis vos murum pro domo Israel, ut staretis in prelio in die domini.“ Et subditur ad propositum[5]): „Deceperunt populum meum, dicentes: Pax, pax, et non est pax. Ipse edificabat parietem, illi autem liniebant eum luto absque temperamento[b]).“

Quid est aliud edificare parietem, nisi agere peccata et eorum consuetudinem introducere [in] populo? Quid est linire eum luto, nisi blandiri sibi propter observacionem talium consuetudinum corporalium et constituere in ipsis salutem populorum? Quid vero est linire absque temperamento et paleis, nisi non commovere cum hoc ad misericordiam et iudicium dei neque tenere[c]) populum et inducere ad timorem dei et observacionem ipsius mandatorum? Unde dicitur: „Ipse“, scilicet populus, „edificabat parietem“, suas scilicet consuetudines, „et prophete liniebant eum, dicentes: Pax, pax“, subaudis vobiscum, quia bene facitis et bene s[t]atis et secure.

Vel magis ad propositum „paries“ sunt supradicte adinvenciones hominum et statuta, que bene parieti sunt comparate, quia quilibet in dei populo prelatus mox incipit leges ponere et superedificare, ut sapiens videatur architectus, prioribusque statutis Christi et apostolorum eius necnon multorum precedencium constitucionibus eciam ipse sua statuta addere, que suo spiritui proprio videntur statuenda, et ad ea subditos obligare maiori districcione[d]), qua potest, ad ea, que

---

a) iniquitatem *biblia*. b) absque paleis *biblia;* absque temperatura *inferius in versiculo 11 legitur.* c) terrene *corr.* tenere *A in m.* d) distinccione *corr.* districcione *A.*

1) *Cf. Matth. V. 13 (phrasis* sal infatuatum *in vulgata bibliae editione non reperitur).* 2) *Matth. VII. 22—23 (et Lucae XIII. 26:* et in plateis nostris docuisti). 3) *Ezech. XIII. 3.* 4) *Ezech. XIII. 5.* 5) *Ezech. XIII. 10.*

ipse ex suo capite sanxivit [ad] observandum. Sicque inicit grave scrupulum et pondus in consciencias infirmorum, cum dicatur ex mandato dei suis superioribus prompte et sine murmure obedire. Statuta autem perinde tot et tam multiplicata subditi inveniunt, ad que obligantur et que dure inperantur, quod nequeunt [ea] neque scire neque eciam adinplere; quod si adinplent, cum murmure hoc faciunt et [cum] querela, a se prorsus profligata caritate.

Hec itaque sunt paries, quia quilibet sequencium [f. 156a][a]) de suo aliquid addidit et prius inventa confirmavit. Et sic usque hodie edificatur hic paries, ut iam non minus simus vel vide[a]mur esse gravati per huiusmodi cerimonias et tradiciones hominum, nos, inquam, christiani, qui alias accepimus[b]) iugum suave Christi et onus eius leve [1]), quod Judei, qui habuerunt onus grave, quod neque ipsi neque patres eorum poterant custodire et portare. Et plane obviat decreto nostrorum primorum patrum, qui [ad] quosdam pro eo increpantes, puta eos, qui volebant gravare conformiter Judeis populum christianum, dixerunt Act.[c]) [2]): „Quid temptatis inducere iugum super discipulos, quod neque nos neque patres portare valuimus?“

## Capitulum tercium[d]).

*Quod arma Antichristi sunt perplexa et collorata*[d]).

Isti tamen, quos hic sermo concernit, hunc parietem, quem siccine edificant et alii priores construxerunt, liniunt eum luto, id est racionibus congruis sui capitis vel humanis colorant, et quod valde sint talia iusta et racionabilia, persuadent, et ponentes in explecione ipsorum esse magnam virtutem et salutem animarum et in transgressione singulorum culpam mortalem et ulcionem, ita quod si inquiras ab eis, videlicet[e]) quid illud vel istud est sic districte et

24) De mandatis hominum *A.*

[a]) *ad calcem huius folii 156a additum est manu coaeva:* Clecz.
[b]) acceperimus *(sic) A.* [c]) *la una sequitur in A.* [d]) *ita A rubr.* [e]) ut *(sic) A.*

[1]) *Cf. Matth. XI. 30:* „Jugum enim meum suave est et onus meum leve.“ [2]) *Act. apost. XV. 10.*

sub culpa mortalis delicti constitutum vel firmatum, si racionem nullam ad hoc habeant „linientem“, hoc tamen est ipsis in promptu: „Noli inquirere, sed solum debes ea adinplere. Non enim gratis sunt talia a tam magnis hominibus et magistris vel aliis huiusmodi instituta. Et dominus precepit in ewangelio, dicens [1]: „Omnia, que dicunt, facite.““

Quapropter valde ad modum apparent temperamento et paleis colorata in seipsis et habencia speciem iusticie dei, alias vero sunt multum involvencia conscienciam subditorum. Nam plurimum ducunt in perplexitatem, quod bene figurative dicitur sive est expressum in Job, ubi dicitur de Antichristo [2]: „Nervi testiculorum eius perplexi sunt.“ Testiculi, ut infra dicetur, ipsius Leviathan sunt yppocrite doctores et pseudoprophete, in quibus semen eius, id est verba et mendacia Sathane, continentur et seminantur et per que cum magna fornicatrice, Babylon scilicet spirituali, suam libidinem operatur. Nervi autem testiculorum eius sunt doctrine et mandata hominum sepe dicta, que perplexa esse dicuntur ab effectu, id est quia efficiunt ut in pluribus perplexitatem in cordibus christianis et obligant ad culpas inducuntque hesitacionem et sollicitudinem distrahentem ac wlnerantem, que nimirum ideo accidunt, quod supra notati liniunt parietem, scilicet racionibus solum et iustificacione extrinseca apparente suas infinitas cerimonias et statuta fulciunt et persuadent.

Verumptamen „sine temperamento et paleis suum parietem liniunt“, quia non contemperant talem multitudinem statutorum vario statui [a] et condicioni infirme hominum neque condescendunt multitudini infirme et inperite neque conpaciuntur multe et cottidiane transgressioni et per consequens consciencie wlgi perinde sepe et graviter vulnerate et irretite, quoniam quanto plura statuta, tanto maior transgressio et crebrior casus et temptacio potencior in infirmis. Non considerant insuper, quomodo talia multa et varia precepta et statuta cogunt multitudinem murmurare et contempnere cum hoc eciam dei precepta, prout figuratum est hoc bene Exod. V., ubi ad Pharaonem dicitur [3]: „Cur agis contra servos tuos? Palee [b] non dantur nobis et lateres similiter in-

[a]) statu *corr.* statui *sup. lin. A.* [b]) *post corr. A.*

[1]) *Cf. Lucae XVII. 10 (libere allatum).* [2]) *Job XL. 12.* [3]) *Exodi V. 15—16.*

perantur. En, famuli tui, flagellamur[a]), cedimur, et iniuste agitur contra populum tuum."

Aut eciam propter multitudinem huiusmodi statutorum et adinvencionum hominum, scilicet populus christianus, ipsis occupatus et circa ea gravatus, minus timeat et satagat inplere dei precepta sola obligancia et necessaria ad salutem. Et hoc ipsum contingit tum ex eo, quia hominis

pluribus intentus minor est ad singula sensus,

tum ex eo, quia huiusmodi tradiciones per id, quod sunt corporalia quedam exercicia et vicina sensibus rudium, et homines prepositi talium sunt populis splendide apparentes et tremendi ac honorandi, precepta autem dei sunt spiritualia et deus, agitator ipsorum, est vere absconditus, ideo magis movent multitudinem propter continuatam presenciam legislatorum suorum, quam precepta dei invisibilis, — tum ex eo, quia precepta [dei] videntur carnalibus nimis communia et antiquata, ista[b]) autem statuta hominum sunt recencia, quia continue innovantur, ideo magis [f. 156b] movent populum, — tum ideo, quia homines in talibus corporalibus sue facultati vicinis et sensibus miro modo libenter[c]) salutem suam reponunt, obliti domini Jhesu crucifixi, qui solus est salus animarum, et firmiter constituunt sibi in consciencia, posse per talia visibilia iustificari, quamvis non habita spirituali caritate Jhesu Christi.

Tales igitur homines, talium multarum supersticionum et consuetudinum humanarum in ecclesia zelatores „parietem liniunt luto", quia constituunt pacem populi et iusticiam in observacione ipsorum, sed hoc faciunt „sine temperamento et paleis", quia gravant per talia plebes dei et subiectos et inducunt eos in multam dyaboli temptacionem. Aperiunt quippe dyabolo multam viam christianos dei aggredi et temptare et eorum cor et conscienciam irretire et wlnerare. Et quod si potest, dyabolus libenter talia multiplicare suggerit, ut sic amplius sanctos circumveniat et redigat in suam servitutem. Propter quod bene apostolus loquitur, dicens II. Cor. II.[1]): „Cui vos [aliquid] donastis, et ego, nam et ego, cui[d]) donavi, si quid

a) flagellis caedimur *biblia*. b) ita *corr.* ista *A*. c) *post corr. A*. d) quod *biblia*.

1) *II. Cor. II. 10—11.*

donavi, propter vos in persona Christi." Et tunc ad propositum: „Ne circumveniamur, inquit, a Sathana. Non enim ignoramus cogitaciones eius"[a]). Unde propter hoc bene Antichristus vel Sathan, spiritus eius, est Exodi I.[1]) per Pharaonem figuratus, qui post mortem Yoseph agressus est circumvenire valde astute dei populum et sue servituti in luto et latere subiugare. Nam dicitur ibidem[2]): „Joseph in Egypto erat", mistice autem: Christus in hoc mundo et sui apostoli; „quo mortuo" — in cruce — „et fratribus eius" — apostolis, quibus dixit[3]): „Ite nunciare fratribus meis et Petro"[b]) — „omnique congnacioni sue"[c]), scilicet omnibus, qui spiritu Jhesu habundabant et per hoc filii[d]) dei, fratres Christi et coheredes effecti, qui non ignorabant cogitaciones Sathane nimis astutas et efficaces ad decipiendum „filii Israel", scilicet christiani, „creverunt et quasi germinantes[e]) multiplicati sunt ac roborati nimis, inpleverunt terram", id est totum christianitatis orbem.

„Surrexit interea rex novus", id est Antichristus principalis, puta dyabolus. Qui novus rex ob id dictus est hic in scriptura[4]), quia nuper ante fuit per Christum de mundo proiectus de principatu huius mundi, sicut scriptum est Jo.[f])[5]): „Nunc princeps huius mundi eicietur foras", sicque rex esse desierat, presertim in christianis; sed tempore statuto iterum cepit esse novus rex: tunc cum pompa gentili[g]) et gloria huius seculi irrepsit in prelatos christianos, cumque spiritus inmundus ad domum, unde exierat, iterum rediit, et spiritus septem nequiores secum adducens, in illis, dumtaxat sibi locum dederunt, cepit regnum possidere[6]). Vel novus rex interea dicitur surrexisse, cum nova statuta, novas constituciones quasdam et novitates mirabiles superfluas cepit introducere et dilatare in carnalibus, dum homines spiritualiter vigiles dormitaverunt omnes et dormierunt[7]); quas supersticiones et novitates ipse Sathan congnovit post tempora posse in gravamen electorum et

---

a) *in marg. add. A.* b) cum *sequitur in A; sup. lin. add.* c) cognacione sua *false A.* d) et *sequitur in A, sed manu poster.* e) *ita biblia;* germinatos *A.* f) *lacuna sequitur in A.* g) gentilis *A.*

1) *Cf. Exodi I. 11.* 2) *Exodi I. 5—7.* 3) *Cf. Act. XII. 17:* „Nuntiate Jacobo et fratribus haec." 4) *Exodi I. 8.* 5) *Joan. XII. 31.* 6) *Cf. Matth. XII. 43—45.* 7) *Cf. Matth. XXV. 5* (dormitaverunt omnes et dormierunt).

inpedimentum retorquere. Qui novus rex spiritualiter vel Sathan Apocalypsi, ubi supra[1]), stella, que de celo cecidit in terram, est expressus et per datam sibi clavem apperuisse puteum abissi. Unde fumus[a]) ad modum fornacis visus est, qui signat concupiscenciam et ambicionem nimiam in christianis, invaluisse in tantum, quod solem, id est Christum Jhesum, et aerem, sapienciam ipsius et virtutem, obscuritate obduxit, aput oculos carnalium, et locustas iam pridem descriptas produxit, que blandientes sancte ecclesie, finaliter eam, ut scorpiones, pessimo toxico infecerunt.

## Capitulum quartum[b]).

*Quomodo subtiliter applicat contra electos dei spiritus arma sua Antichristus*[b]).

Non namque sine cura magna Sathan [querit][c]), quacumque via posset christianos inducere in oblivionem unici eorum et boni et salutaris Jhesu crucifixi, vel qua racione apparente et non apparente posset evacuare crucem Christi[2]), dummodo hoc est certissimum nobis, quod illud, puta abduccionem christianorum a Jhesu crucifixo, solum et maxime a principio et usque ad finem summopere intendit et intendebat. Tamen multo carius hoc perficit sub speciebus boni et racione recta, nam talia sunt arma congruentissima suis fraudibus et decepcioni: quanto coloracius et subtilius decipit, tanto subtilius et efficacius nocet, cum illud facit per multiplicatas species sanctitatis corporales et apparentes, que secundum apostolum[3]) habent quidem speciem racionis et religionis. Propter quod dictus est transformare se et suos in angelos lucis[4]). Et ideo prudens architectus neque sapienciam et verba philosophie volebat [f. 157[a]] multiplicare Corinthis, ne evacuaretur, inquit, crux Christi, que pereuntibus quidem est stulticia, vocatis autem [Judeis] et Grecis est virtus dei[5]). Ignominia namque crucis Christi, quia in se est despecta, ymmo stulticia et scandalum huic mundo et contraria cuilibet iudicio carnis,

---

[a]) ostendens *sequitur in A, sed del.* [b]) *ita A rubr.* [c]) *ita emend. ab ed.;* Sathane *tantum A.*

[1]) *Cf. Apoc. IX. 1—3.* [2]) *Cf. I. Cor. I. 17.* [3]) *Cf. II. Tim. III. 5.* [4]) *Cf. II. Cor. IX. 14.* [5]) *Cf. I. Cor. I. 17—18 et versus sequentes.*

sicut scriptum est[1]): „Vermis sum, et non homo, obprobrium hominum et abieccio plebis“, quapropter facile ipsius oblivio vel contemptus potest induci ad homines huius mundi amatores et carnales, qui hodie nimis habundant suo sensu[2]). Et precipue potest hoc, scilicet discessio a gratitudine crucis Jhesu, faciliter fieri in christianis per res splendidas et quasi racione pollentes in hac vita et ea, que sunt acceptabilia secundum carnem et sanguinem. Et idcirco hac via Sathan multum hodie profecit in christianorum abduccione.

Nam hodie iam christiani horrent nominare Jhesum crucifixum vel Jhesum consputum vel suspensum in patibulo crucis aut horrende occisum, quinymmo detestantur audire talia, et illos, qui confitentur sic Jhesum, graviter reprehendunt et persecuntur. Et illa iam ad ambonem ascenderunt, ita ut et illi, scilicet pseudoli prophete contempnant et persequantur[a]) Jhesum crucifixum vel consputum confitentes, et dicant[b]), quod sufficit talia semel in anno nominare et quod est verrecundia et horror christianis talia de deo suo dicere vel audire. Qui tamen hiidem pseudoli suas splendidas coram oculis wlgi cerimonias et adinvenciones summe appreciant, magnificantesque ea, anathemate condempnant illum, qui ea non celebraret vel ad unguem usque non teneret, similes in hoc per omnia yppocritis et phariseis, quibus rursum simile obiciebat pluries Christus Jhesus.

Et ideo in figura subditur[3]): „Qui“, supple „rex novus“, id est spiritus Antichristi, ut dictum est, „ignorabat Joseph“, id est Christum. Hoc dicitur ab effectu, quia efficit Sathan, quantum in eo est, quod Jhesus crucifixus oblivioni a cordibus christianorum traderetur, quemadmodum scriptum est[c])[4]): „Factus sum tamquam mortuus a corde.“ Et Deutero. XXXII° de talibus, qui in se operacionem talem Sathane susceperunt, dicitur[5]): „Incrassatus est dilectus meus, inpinguatus, dilatatus, dereliquit deum, factorem suum, et recessit a deo salutari suo. Provocaverunt eum in diis alienis“, qui in christianis nunc sunt isti, videlicet aurum et argentum. Ava-

a) *corr. ab ed.;* persequuntur *A.* b) dicunt *A.* c) *lacuna sequitur in A.*

1) *Psalm. XCI. 7.* 2) *Cf. Rom. XIV. 5.* 3) *Exodi I. 8.* 4) *Psalm. XXX. 13:* „Oblivioni datus sum tamquam mortuus a corde.“ 5) *Deuteron. XXXII. 15—16.*

ricia est cultus ipsorum, que est ydolorum servitus secundum apostolum[1]). Alius est venter et voluptas veneris, et gula et luxuria sunt cultus eorum; gloria huius seculi et honor vel reverencia et ambicio et fastus cum omni apparatu est cultus eorum. De quibus diis antichristianorum istorum loquitur apostolus, dicens[a]) [2]): „Videte, quomodo caute ambuletis diligenter.“ In hoc apostolus innuit tendiculas et astuciam Sathane et Antichristi iam tunc invadentem esse vitandas. Nam alias idem dixit[3]): „Jam enim misterium operatur.“ Ideo addit[4]): „Et observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram“, subaudis ne forte corrumpantur sensus vestri et circumveniamini a Sathana, si non invigiletis. Subdit causam et modum circumvencionis[5]): „Nam multi ambulant, de quibus sepe dixi, nunc autem et flens dico, inimicos crucis Christi.“ Ecce, iam inicia modernarum locustarum, ecce, iam precursores Antichristi ex hiis limpide colliguntur, quorum modo iam est infinita multitudo. Et dehinc enumerat deos iam notatos: „Quorum, inquit[6]), deus venter est“: ecce, voluptas! „Qui terrena sapiunt“: notat hic avariciam. „Et gloriam in confusionem“: exprimit superbiam christianorum iniquorum.

Tunc ulterius sequitur ad idem in propheta[7]): „Et in abhominacionibus suis eum ad iracundiam provocaverunt.“ Ecce, multum ad propositum[8]): „Novi recentesque venerunt, quos non coluerunt patres eorum. Deum“, scilicet Jhesum crucifixum, „qui te genuit, reliquisti.“ Tunc iterum ad propositum: „Et[b]) oblitus es domini creatoris tui. Vidit dominus et ad iracundiam concitatus est, quia provocaverunt filii sui et filie.“ Hec autem irritacio Jhesu fit maxime per yppocrisim vel per excusacionem in peccatis. Unde psalmista[9]): „Propter quod impius irritavit deum? Et respondet: Dixit enim in corde suo: Non requiret.“

Tunc sequitur in Moyse verbum hic intentum[10]): „Abscondam faciem meam ab eis et considerabo novissima eorum.“ Et hoc est, quod supra de novo rege, id est Antichristo dicitur[11]): „Qui ignorabat Joseph“, id est conplevit ignoranciam

---

a) *lacuna sequitur in A.* b) *om. biblia.*

1) *Cf. Ephes. V. 5.* 2) *Eph. V. 15;* diligenter *om.* 3) *II. Thess. II. 7.* 4) *Philipp. III. 17.* 5) *Philipp. III. 18.* 6) *Philipp. III. 19.* 7) *Deuteron. XXXII. 16.* 8) *Deuteron. XXXII. 17—19.* 9) *Psalm. X. 13.* 10) *Deuteron. XXXII. 20.* 11) *Exodi I. 8.*

Christi in christianis [f. 157[b]]. Sequitur in Exodo[1]): „Et ait ad populum suum“, id est Sathan ad suos spiritus septem nequiores. „Ecce, populus [filiorum] Israhel“, id est populus christianus, „multus et forcior nobis est.“ Tunc sequitur in litera notabile in textu de faccionibus demoniorum[2]): „Venite, inquit, sapienter, opprimamus eum.“ Quam oppresionem subtilem exprimit, dicens[3]): „Preposuit[a]) itaque eis magistros operum, ut affligerent eos honeribus.“ Que onera superius dicta sunt tradiciones multe et dure, non parcentes gregi infirmorum, ex quibus conposita ęst lorica, id est iusticia locustarum. Quam iusticiam parietem sine temperamento et paleis luto linitum dominus per Ezechielem denotavit[4]).

## Capitulum quintum[b]).

*Quomodo subtiliter et efficaciter invadit [et] involvit electos Christi per sua arma Antichristus*[b]).

Vide autem, quam proprie scriptura assumpta ista, que predicta sunt, figuravit. Nam sequitur in Exodo[5]): „Edificaveruntque urbes tabernaculorum Pharaoni“, id est varias congregaciones Antichristi. Si habes ibi intellectum, intellige, que sunt ille, quoniam eas exprimit dicens „Phyton“[c]); que interpretatur os abyssi et bene concordat cum eo, quod supra dictum est, quod videlicet stella cadens de celo, accepit clavem abyssi apperuitque os eius, unde exierunt locuste coronate[6]), que constituunt Phython[d]); que alia interpretacione dicta est ore profundus, et notat proprie prelatos, zelatores humanarum adinvencionum et doctrinarum, qui, quia vigent ingenio naturali, ideo curant subtilia texere[7]) et talia, que ab hominibus admirentur, ut propterea apprecientur in mundo; interim neglecta penitencia et non habentes spiritum Jhesu Christi, contenti [sunt] extrinsece religionis apparatu. Ideo ad

---

16) Exodi primo *A manu alia, qua manu etiam sequentes notae marginales exaratae sunt.* 22) Apoc. 9 *A.*

a) *in marg. add. A.* b) *ita A rubr.* c) Phitom *biblia.* d) *post corr. A.*

1) *Exodi I. 9.* 2) *Exodi I. 10.* 3) *Exodi I. 11.* 4) *Cf. Ezech. XIII. 10 (v. supra p. 119).* 5) *Exodi I. 11.* 6) *Cf. Apoc. IX. 1—3.* 7) *Cf. Isaiae XIX. 9* (texentes subtilia).

eos Ysaie XXIX. dicitur[1]): „Eo, quod [appropinquat] populus iste ore suo et labiis suis glorificat me, cor autem eius longe est a me, et timuerunt me mandato hominum et doctrinis.“ Et tunc paulo post ad propositum[2]): „Ve, qui profundi estis corde, ut a domino abscondatis consilium.“ Etenim pro nunc illorum esse videtur solum maximum et necessarium in ecclesia christianorum et arduum in omnibus negociis quasi consilium Achitophel in diebus illis, „quasi si quis consuleret deum“, II. Reg. XVI. g.[3]); sic est consilium istorum, qui tantum[a]) spiritum Jhesu non habent, qui scripturam divinam non curant, qui sunt huius mundi manifesti amatores et per consequens inimici crucis Christi.

Ex hoc venit ipsis, quod in factis suis et consiliis Jhesum crucifixum non inquirunt, sed ex corde suo[b]) cuilibet consulunt venienti. Et per hoc multi valde a veritate ad fabulas seducuntur et involvuntur. Et per illos consiliarios[4]) quasi per portas inferni plurimi vadunt ad mortem per viam, que videtur hominibus recta[5]), sed quia est sine spiritu Jhesu crucifixi, qui solus ad terram rectam deducit, ideo [ducit] solum [in] infernum[c]); tunc evigilabunt, licet tarde, se dolentes fuisse cecos et duces cecorum[6]). Propter quod mox infra pro eis in Ysaia subditur[7]): „Ve, filii desertores, dicit dominus, ut faceretis consilium, et non ex me: et ordiremini telam, et non per spiritum meum“, sed [per modum] predictarum adinvencionum et doctrinarum, ut adderetis peccatum super peccatum, subaudis modo predicto multiplicando in populo mandata districta et statuta. Unde transgressio super transgressionem est in populo cumulata, ut supra eciam ibidem de eisdem ad literam proprie dicitur[8]): „Qui peccare faciebant populum in verbo.“ O, quam proprie istud respicit prenominatos, qui pensant et conpensant omnia et singula verba in suis litibus, libellis, privilegiis et decretis, ut possent hominem invenire saltem in verbo deliquisse, unde victoriam litigii adinplerent, ipsique soli [sunt], qui correccionem in nullo volunt portare vel informacioni[d]) verbi Jhesu

---

1) Esa. 29 *A.* 9) 2 Reg. 16 *A.* 22) Esa. 30 *A.* 27) Esa. 29 *A.*

a) *post corr. A.* b) *in marg. add. A.* c) *ita emend. ab ed.;* inferno *tantum A.* d) *post corr. A.*

1) *Isaiae XXIX. 13.* 2) *Isaiae XXIX. 15.* 3) *II. Reg. XVI. 23.* 4) *Cf. II. Reg. XV. 12* (Achitophel g. consiliarius). 5) *Cf. Proverb. XVI. 25.* 6) *Cf. Matth. XV. 14.* 7) *Isaiae XXX. 1.* 8) *Isaiae XXIX. 21.*

crucifixi simplici se subdere. Sed primi sunt, qui predicatores Christi Jhesu parati sunt inpugnare et prorsus inpedire, nisi ipsorum sensum et supersticiones sanctificent et sequantur. Et idcirco additur, ubi supra: „Et arguentem in porta supplantabant et declinaverunt frustra a iusto“ [1]).

Ecce enim, hodie beata theologia et sola, que potest salvare animas fidelium, vel sola vicina saluti, propter tales et a talibus patitur contemptum. Nam ipsi eam fabulas consueverunt [f. 158a] appellare et contenciose superefferuntque sancte scripture suas leges et doctrinas hominum; atque plurimus populus clericorum, dimisso studio theologie, ymmo, ut plurimum, dicior in ecclesia Christi et pocior, ad ea, que sunt secundum hoc seculum lucrosa et conpendiosa, ad honores assequendos convolat atque properat hodie, credens, quod in omnibus talia magis sint utilia, eciam ad ecclesias gubernandas et salvandas, quam sit verbum Jhesu crucifixi, quoniam libri magni sunt referti talibus cerimoniis, adinvencionibus hominum et statutis, ex quibus, ut sepe dictum est, conpacta est lorica ferrea locustarum [2]). Ad que omnia et singula subditi, precipue sacerdotes et clerici, tenenda obligantur. Scire autem omnes ea non valent, tum quia sunt plurimi ydiote et literas nesciunt, tum quia [a]) non superest facultas vel tempus aut persone talia ad studendum et inquirendum, — non enim ubique legisperiti in promptu possunt reperiri —, tum quia libri sunt magni et de magnis sumptibus, ad quos pauperes Christi non suppetunt conparandos.

Quid igitur erit faciendum communitati subditorum? Ecce enim, ut dictum est, facere ea obligantur sub mortalis culpe transgressione, ut structores talium et emulatores eorum asseverant, et eciam, si non ea fecerint, puniuntur. Scire autem ipsas adinvenciones non suppetunt propter causas iam numeratas et maxime et propter earum pluralitatem indeterminatam et perplexam. Et idcirco ex istis et per istos [b]) supradictos multum proprie altera civitas edificatur [c]) mistico Pha-

4) Eodem *A.* 9) De mandatis hominum *A in folio super. 158a.*

[a]) *in marg. add. A.* [b]) et per istos *in marg. A.* [c]) *post corr. A.*

[1]) *Isaiae XXIX. 21.* [2]) *Cf. Apoc. IX. 9.*

raoni, que dicta est Ramesses[1]. „O, altitudo diviciarum, sapiencie et sciencie dei“[2], quam plenarie iustificatur in filiis suis!

Ecce enim, Ramesses amaricans vel commocio truculenta sive corrosio tinee est interpretata: que proprie respiciunt sacerdotes gravatos nunc predictos, quia ista in ipsis necesse est generari ex multitudine statutorum et iuramentorum ad singula et [ex] obligacione adinvencionum predicta et aliis iam taxatis. Nam[a] pro certo amaricantur, ut plurimum, subditi adversus suos prelatos et murmurant merito, pressi oneribus inportabilibus novitatum. Propter quod infra subditur in figura[3]: „Ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti et lateris omnique famulatu, quo in terre operibus premebantur.“ Et pensa hic, quam proprie figura sepe notatas observancias et mandata humana exprimit, dicens: „in operibus duris“, nam, ut dictum est ca.º Iº et IIº huius distinccionis[4], dura sunt precepta eorum et durissime inperantur. Et dicta sunt „opera luti et lateris“, quia sunt solum vel principaliter corporalia et de corporalibus observanciis, licet habeant similitudinem racionis vel pietatis, ut dicit apostolus[5]. Dicta sunt eciam „opera terre“, quia ut in pluribus a terrenis hominibus conducuntur, non autem veniunt e celo vel a spiritu Jhesu, veluti precepta pauca[b] et saluberrima Jhesu Christi, de quibus Exodi 20[c] dictum est[6]: „Vos audistis[d], quod de celo locutus sum vobis.“

Insuper occasione talium mandatorum hominum fit commocio truculenta prelatorum contra subditos, si vel' quia ea non observent, et e converso a subditis contra prepositos, quia ipsa inposuerunt, ut iam dictum est.

Fit quoque exinde infinita corrosio in consciencia subditorum, quia, ut superius dictum est, per transgressionem crebram, quam accidere oportet pre multitudine eorum, et ex inobediencia graviter in conscienciis[e] vulnerantur. Et ista est corrosio tinearum.

---

1) Romanorum 11 *A*. 10) Exodi ⟨1/2⟩ *A (sic)*. 22) Exodi 20 *A*.

a) Non *corr.* Nam *A*. b) *post corr. sup. lin. A*. c) 20 *posterius add. A*. d) vidistis *biblia*. e) et *sequitur in A sup. lin.*

1) *Cf. Exodi I. 11:* „Aedificaverunt urbes tabernaculorum Pharaoni, Phitom et Ramesses.“ 2) *Roman. XI. 33*. 3) *Exodi I. 14*. 4) *vide supra c. 1 et 2*. 5) *Cf. II. Thim. III. 5*. 6) *Exodi XX. 22*.

## Capitulum sextum[a]).

*Quomodo possint evadi a christiano involuciones et arma Antichristi*[a]).

Ex hiis igitur, si potes, collige, quam caute et a longinquo Sathanas oppressit filios Israhel et circumvenit. Christiani autem illi, qui continent habundanciam spiritus Jhesu crucifixi, reguntur a lege scripta in cordibus eorum, sicut scriptum est: „Qui spiritu dei aguntur, hii filii dei sunt“ [1]), et idem spiritus Jhesu, qui[b]) cum eis manet et est, docet eos veritatem utilem ad salutem, sicut scriptum est [2]): „Ego sum deus docens[c]) te utilia.“ Et pro eo Jo. XIIII° dicitur [3]): „Et ego rogabo patrem et alium paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in eternum, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem congnoscetis eum, quia aput vos manebit et in vobis erit.“

Enimvero hii tales sunt solum beati christiani, qui sic docentur, sicut scriptum est [4]): „[Beatus homo], quem tu erudieris, domine, et de lege tua docueris eum“, quoniam alii mendaces filii hominum „narraverunt michi fabulaciones [f. 158b], sed non ut lex tua“ [5]). Et hii sunt solum vere discipuli Jhesu Christi et ipsi congnoscunt[d]) veritatem et evitant falsitatem Antichristi, sicut scriptum est [6]): „Si vos in sermone meo manseritis, congnoscetis veritatem, et veritas liberabit vos.“ Et isti tales soli valent denudare facciones subtilissimas Sathane et filium perdicionis revelare [7]) et eius corpus conglobatum, quia ipsi „prudentes sicut serpentes“ [8]), prout scriptum est[e]) [9]): „Non enim ignoramus cogitaciones eius“, scilicet ipsius Sathane. Propter quod prima Jo. II° dicitur [10]): „Hec scripsi vobis de hiis, qui seducunt vos. Et unccionem, quam accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis, ut aliquis doceat vos,

8) Gall. 5 *A.* 10) Esa. 48 *A.* 11) Joh. 14 *A.* 16) Beatus *A.* 17) Psalm. 93 *A.* 22) Joh. 8 *A.* 26) 2 Cor. 2 *A.* 28) 1 Joh. 2 *A.*

a) *ita A rubr.* b) est *sequitur in A, sed del.* c) *in marg. A.* d) congnoscent *corr.* congnoscunt *A.* e) *lacuna sequitur in A.*

1) *Cf. Galat. V. 18.* 2) *Isaiae XLVIII. 17.* 3) *Joan. XIV. 16—17.* 4) *Psalm. XCIII. 12.* 5) *Psalm. CXVIII. 85.* 6) *Joann. VIII. 31—32.* 7) *Cf. II. Thess. II. 3* (et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis). 8) *Matth. X. 16.* 9) *II. Cor. II. 11.* 10) *I. Joann. II. 26—27.*

sed sicut unccio docet vos de omnibus, et verum est et non est mendacium. Et sicut docuit vos, manete in eo.“

Hii igitur, qui sunt Christi, aguntur Christi spiritu et [spiritus Christi] dirigit eos in omnibus et ponit eis regulam et mensuram in singulis, in omni loco et in omni hora, qui et magister est ipsorum continuus et lex inobliquabilis, quemadmodum scriptum est Ysaie XXX[1]): „Miserans miserebitur tui: ad vocem clamoris tui statim, ut audierit, respondebit tibi. Et dabit tibi dominus aquam brevem et panem artum“, id est ipse ponet tibi legem et mensuram in omnibus, inmittens frenum tuis sensibus et desideriis; et ideo subditur ad propositum[2]): „Et non faciet avolare [a te] ultra doctorem tuum et erunt oculi [tui] videntes preceptorem tuum, et aures tue audient verbum post tergum monentis. Hec [est] via, ambulate in ea.“ Valde igitur, ut dictum est, admodum faciliter fideles, spiritu Jhesu repleti, valent omnia iudicare facta vel facienda secundum legem veritatis, que est scripta in cordibus eorum, et secundum eam, digne deo ambulando, opera dyaboli et eius luciformium ministrorum intelligere et vitare.

Cum igitur, ut ex istis infertur, sit tam sapiens a deo suo et per deum populus christianus et gens tam grandis, cui adest cum tanta plenitudine et continue dominus deus eius, qui dignatur ipsemet omnium pariter et singulorum magister esse et ductor indefessus, omnes autem sunt docibiles dei, qui sine simulacione sunt christiani, sicut scriptum est[3]): „Et erunt omnes docibiles dei“, ad[a]) quid isti tali populo tanta numerositas magistrorum ac tanta multiplicitas dominorum, presertim cum scriptum est Mt. XXIII°[4]): „Locutus est dominus ad turbas et ad discipulos suos, dicens“, — nota bene, quid ad turbas veritas loquitur: „Super cathedram Moysi sederunt scribe et pharisei“; et infra[5]): „Qui[b]) dicunt enim, et non faciunt. Alligant[c]) honera inportabilia [et imponunt] super humeros hominum: digito autem suo nolunt ea movere.“ Et tunc

---

7) Esa. 30 *A.* 25) Joh. 6 *A.* 26) Nota *A una manu,* bene *altera manu.* 28) Mt. 23 *A.*

a) ut *A.* b) Qui *corr.* Que *A.* c) allegant *corr.* alligant *A.*

1) *Isaiae XXX. 19—20.* 2) *Isaiae XXX. 20—21.* 3) *Joann. VI. 45.* 4) *Matth. XXIII. 1—2.* 5) *Matth. XXIII. 3—4.*

ad propositum[1]): „Vos autem nolite vocari rabi. Unus enim est magister vester, omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram. Unus est enim pater vester, qui est in celis. Nec vocemini magistri, quia magister vester unus est Christus.“ Et ad idem Jaco. III[2]): „Nolite plures magistri fieri, fratres [mei], scientes, quia gravius[a]) iudicium summitis“, — aut populo, qui unico precepto habundat, puta summa dileccione, quod preceptum plenitudo est tocius legis et per quod omnia alia precepta adinplentur, et ipsum est dileccio dei et proximi, veluti scriptum est Romanorum 13[b])[3]): „Plenitudo legis est dileccio, et qui diligit, legem inplevit“; et ipsa est, per quam solum et maxime filii Jhesu Christi et membra Antychristi secernuntur, et que caritas verbo dei comite sufficit christianum dirigere in cunctis operabilibus huius vite, — ad quid igitur, inquam, tali populo nova multa mandata et precepta humana et recentes adinvenciones hominum ac tradiciones, presertim per que et ad que populus, dominum Jhesum indutus, obligatur et per consequens gravatur et inpeditur, quia non propter iustos est lex inposita, sed propter iniustos et homicidas et plagiarios secundum decreta apostoli[4]), neque habet necesse talis ac tanta gens, cuius est solus dominus Jhesus crucifixus dux et deus et dominus, et nullus alius, ut puta habeat tam multos dominos homines. Neque enim homines christiani glorientur super homines dominari, sed super bestias, sicut scriptum est Gen. 1º[c])[5]): „Dominamini piscibus maris et bestiis terre“, id est hominibus bestialibus. Propterea querulose proponit alia scriptura, dicens ad idem[6]): „Domini possederunt nos absque te, deus [f. 159ª] noster.“ Quanto igitur minus super filios dei et heredes[7]), illos, inquam, quos sibimet peculiariter elegit et assumpsit in socie-

---

5) Jacobi 3º *A.* 11) Rom. 13 *A.* 21) Gall. 3º *A.* 25) Gen. 1º *A.*

[a]) maius *biblia.* [b]) Romanorum 13 *textui insertum est manu posteriore, qua etiam omnes notae marginales, quae ad allegationes bibliae spectant atque numeris, qui Romani dicuntur, distinguuntur, exaratae sunt.* [c]) Gen. 1º *posterius add. A.*

[1]) *Matth. XXIII. 8—10.* [2]) *Jacobi III. 1.* [3]) *Cf. Rom. XIII. 10.* [4]) *Cf. I. Tim. I. 9—10.* [5]) *Gen. I. 28:* „Dominamini piscibus maris et volatilibus caeli et universis animantibus, quae moventur super terram.“ [6]) *Isaiae XXVI. 13.* [7]) *Cf. Rom. VIII. 17* (filii et heredes).

tatem regni et sortem sanctorum et ad iudicandum totum mundum, troni sui assessores, rex regum et dominus dominancium[1]), Jhesus Christus! Propter quod scriptum est[a])[2]): „An nescitis, fratres, quia et angelos iudicabimus?“ Audebit se aliquis frontose elevare et velle ipsis leges suas ponere ac dominari, cum dicat apostolus, princeps apostolorum[3]): „Non dominantes in clero, sed forma gregis facti[b]) ex animo“?

## Capitulum septimum[c]).

*Quod fulcimenta vel arma Antychristi iniquos simul et iustos involvunt et obligant*[c]).

Nulli[d]) autem potest esse dubium fideliter et limpide ista[e]) contemplanti, quod nimia pluralitas adinvencionum hominum et doctrinarum et ipsorum statutorum et mandatorum populo christiano non est utilis, sed magis aggravans et nociva[f]), quoniam vel sunt superbi subditi, qui ad ipsa obligantur, et iniqui, vel iusti et spiritum Jhesu continentes.

(1) Si superbi et iniqui, procul dubio hii, accepta occasione ab illis obligacionibus et mandatis, magis contempnent et magis transgredientur atque pluries peccabunt, sicut deducit apostolus de preceptis et cerimoniis legis Judeorum, loquens pro Judeis ad Ro[manos][g])[4]). Non enim malicia hominum effrenata, que semper festinat esse supra pondus, numerum, mensuram, pacietur se contineri per precepta et tradiciones hominum, cum alias precepta dei contempnat et statuta. Semper namque supergraditur, semper supereffluit, et quanto magis obicem adinvenit, tanto magis cum maiori conatu, superbia et contemptu, quemadmodum scriptum est Psalm. 73[h])[5]): „Superbia eorum, qui [te] oderunt, ascendit semper.“

---

3) 1 Cor. 6 *A.* 6) 1 Petri 5 *A.* 22) Rom. *A.* 28) Psalm. *73 A.*

[a]) *lacuna sequitur in A, posterius adimpleta.* [b]) formi facti gregi *biblia.* [c]) *ita A rubr.* [d]) Nulli potest *contin. D 1. 2.* [e]) *om. D 1. 2.* [f]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Nullus enim hominum, *v. infra p. 138, lin. 24.* [g]) *lacuna sequitur in A.* [h]) Psalm. 73 *posterius add. A.*

[1]) *Cf. I. Tim. VI. 15.* [2]) *I. Cor. VI. 3.* [3]) *I. Petri V. 3.* [4]) *Cf. Rom. II. passim.* [5]) *Psalm. LXXIII. 23.*

Non igitur precepta et tradiciones hominum plurificate in Christi ecclesia expedi[un]t pro malis et iniquis. Nam inde dyabolus magnam potestatem accepit eosdem ad maiores reatus inducendi, tum quia, ut[a]) dictum est, accipit occasionem ipsos temptandi per amplius, tum quia valde conscienciam involvit et peccata iniquorum aggravat et a penitencia [eos] deterret, sicut scriptum est Psalm. 37[b])[1]): „Dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt“, tum quia alias prava voluntas iniquorum et propria in tantum sit creata libera, quod nisi sponte, non ab ullo potest subiugari aut coherceri. „Sed qui in sordibus“, [id] est acceptis huiusmodi mandatis et adinvencionibus humanis, „sordescet adhuc“[2]), supple amplius, „et qui scandalizatur in se a mandatis hominum, scandalizabitur involvaturque adhuc amplius“, sicut scriptum est 2 Thimo. 3[c])[3]): „Mali semper proficiunt[d]) in peius.“ Iniqui tantum indigent pena vel vindicta pro suis peccatis et pro transgressione preceptorum divinorum, et inpediendi sunt a suis malis conatibus vel in eorum prava voluntate, presertim per precepta prohibitiva, que parant viam iusticie ad vindictam exequendam propter terrorem bestiarum, in quibus non est bonorum intellectus, sicut scriptum est[4]): „Nolite fieri sicut equs et mulus, in quibus non est intellectus“; et ad propositum[5]): „In chamo et freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.“ Et alibi[6]): „Imple facies eorum ignominia, et querent nomen tuum, domine, domine“, sicut scriptum est Esa. 28[e])[7]): „Sola vexacio dabit intellectum auditui.“

(2) Si vero sunt iusti et acti spiritu Jhesu cruxifixi, tunc manifeste hii non indigent mandatis et tradicionibus humanis, presertim plurificatis ab hominibus, tum quia docet eos et ducit spiritus dei, sicut scriptum est[8]): „Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam“, et iterum[9]): „Justum deduxit dominus per vias rectas“, et ut in

7) Psalm. 37 *A.* 15) 2 Thimo. 3 *A.* 21) Ps. 31 *A.* 24) Ps. 82 *A.* 25) Esa. 28 *A.* 31) Ps. 142 *A.* 32) Sapiencie 10 *A.*

a) non *corr.* ut *A super lin.* b) Psalm. 37 *add. posterius A.* c) 2 Thimo. 3 *posterius add. A.* d) proficient *biblia.* e) Esa. 28 *posterius add. A.*

1) *Psalm. XXXVII. 17.* 2) *Cf. Apoc. XXII. 11.* 3) *II. Tim. III. 13.* 4) *Psalm. XXXI. 9.* 5) *Psalm. XXXI. 9.* 6) *Psalm. LXXXII. 17.* 7) *Isaiae XXVIII. 19.* 8) *Psalm. CXLII. 10.* 9) *Sapient. X. 10.*

precedenti capitulo est deductum, — tum quia voluntarie et dulciter virtutem et veritatem dei iustus operatur, tamquam bona arbor per se fructus bonos producens, deo desuper dante incrementa; unde apostolus Phil. V[1]): „Fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax, paciencia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continencia, castitas". Et sequitur ad propositum[2]): „Adversus huiusmodi non est lex", id est ista non debent ulla lege inpediri aut prohiberi, — tum quia sunt materia Sathane ad inducendum ipsos ad hesitaciones et perplexitates in animo et murmura et ad multa alia, que tacta sunt supra in eadem distinccione, c. 3º[3]), — tum quia hii tales, per spiritum Jhesu inhabitantem[4]) liberi, per multitudinem tradicionum ut plurimum coartantur eciam ab operibus virtuosis, sicut Christus Jhesus a perficiendo sanitates propter observacionem sabbati a Judeis et Judei ab operibus misericordie, ut patuit in eo, quod crudeliter murmurabant contra apostolos [f. 159a] ob necessitatem confrigantes spicas et manducantes die sabbati[5]). Quibus dictum est a domino[6]): „Euntes discite, quid est? Misericordiam volo, et non sacrificium." Quinymmo per talem constriccionem preceptorum humanorum et statutorum homo minuitur vel inpeditur ad precepta divina, quemadmodum idem patuit supra ca.º 3º[7]), et in Judeis, quos Christus corripuit per eandem racionem, dicens[8]): „Quare et vos transgredimini mandata dei propter tradiciones vestras." Evidens est autem hodie, quod simile plurimum contingit et in christianis, qui[bus] propter observacionem quarumdam tradicionum hominum multimodam[a]) contingit non inplere precepta dei vel minus ea adinplere, misericordiam et iudicium et mutuam dileccionem, ita ut in multis valde non aude[a]t homo devotus opera caritatis et misericordie exercere, alligatus mandatis suorum prelatorum, et sicut homo, particeps spiritus[b]) sancti[9]), captivatur per talia in servitutem, non audens uti libertate spiritus sancti, et in contagiosam perplexitatem; unde et per que consciencia

---

7) Philippen. 5 *A.* 17) Nota totum bene *A.* 18) Mt. 9 *A.*

[a]) multimodas *corr.* multimodam *A.* [b]) spiritu *corr.* spiritus *A.*

[1]) *recte Galat. V. 22—23.* [2]) *Galat. V. 23.* [3]) *vide supra p. 122.* [4]) *Cf. Rom. VIII. 11.* [5]) *Cf. Lucae VI. 1 sq.* [6]) *Matth. IX. 13.* [7]) *vide supra p. 122.* [8]) *Matth. XV. 3.* [9]) *Cf. Hebr. VI. 4* (participes facti sunt spiritus sancti).

nimis angustatur et vulneratur, cum tamen scriptum sit 2 Cor. 3[a])[1]): „Ubi spiritus domini, ibi libertas.“ Et iterum[2]): „Nos in libertatem vocati sumus, fratres.“ Omnis namque, qui spiritu Jhesu ducitur et verbo Christi, habundanter habitante in eo, grave onus gerit super se huiusmodi multarum adinvencionum hominum, que habent naturam propter ipsarum multiplicitatem et inepciam homines iustos magis distrahere quam unire, magis effundi ad corporalia exercicia, que ad modicum utilia sunt secundum apostolum[3]), quam inducere in spiritum mentis et veritatis, magis inpedire quam promovere. Quod apostolus considerans aiebat[4]): „Nemo vos iudicet in cibo aut in potu aut in parte diei festi aut neomenie aut sabbatorum, que sunt umbra futurorum, corpus autem Christi. Nemo vos seducat, [volens] in humilitate et religione angelorum, que non vidit.“ Nota hic apparenciam et splendorem membrorum Antychristi. Nam ponderose additur[5]): „Ambulans, inquit, frustra [inflatus] sensu carnis sue.“ Nota per hoc inperium et fastum prudentum et doctorum huius mundi pronunc currentis. Sequitur[6]): „Et non tenens caput“, subaudis Jhesum crucifixum et ipsius fidelem caritatem. Sequitur[7]): „Ex quo totum corpus per nexus et coniuncciones subministratum et constructum crescat[b]) in augmentum dei. Si autem mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi“, id est a corporalibus speciebus et exerciciis translati ad spiritualia et veritatem, „quid adhuc tamquam viventes mundo decernitis?“, id est vim magnam et conscienciam aut differenciam ponitis in talibus, quia iam „corporalia exercicia ad modicum utilia sunt, sed pietas ad omnia valet, promissionem habens presentis vite et future“, Iª Thy. IIII°[8]). Et sequitur ad propositum, quantum et quomodo tales observancie infinite constergunt et ledunt sanctos christianos in consciencia[9]): „Ne tetigeritis, inquit, neque gustaveritis, [neque contrectaveritis], que sunt omnia in interitum ipso usu, secundum precepta

2) 2 Cor. 3 *A.* 11) Collo. 2° *A.* 15) Apparencia et splendor membrorum Antichristi *A.* 28) 1 Thimo. 4 *A.*

a) 2 Cor. 3 *posterius add. A.* b) crescit *biblia.*

1) *II. Cor. III. 17.* 2) *Galat. V. 13:* „Vos enim in libertate vocati estis, fratres.“ 3) *Cf. I. Tim. IV. 8.* 4) *Coll. II. 16—18.* 5) *Coll. II. 18.* 6) *Coll. II. 19.* 7) *Coll. II. 19—20.* 8) *I. Tim. IV. 8.* 9) *Coll. II. 21—22.*

et doctrinas hominum.“ Hoc iam in presenti seculo maxime respicit multitudinem doctrinarum predictarum. „Que sunt quidem racionem habencia sapiencie in superesticione et humilitate et non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis“ [1].

## Capitulum octavum[a].

*Quod fulcimenta Antychristi vel obligaciones hominum sunt inhabilia Christi discipulis et inepta, etc.*[a].

Sed adhuc volo esse hic advertendum id, quod paulo ante assumpsi, dicens, quod multiplicitas statutorum et mandatorum hominum continet distraccionem et inepciam respectu sanctorum electorum, eo quod (1) inducunt[b] distraccionem, sicut iam superius est disputatum, ubi dictum est [2], quod talia propter sui novitatem et recenciam magis movent ad memoriam sue execucionis, quam precepta dei, quia iam nimis familiaria et antiquata quibusdam esse videntur, et quia maior splendor et proclamacio pro ipsis adhibetur, heu, iam in sancto[c] tempore, in populo per quosdam, quam pro preceptis, et quia sunt corporalia et per consequens vicina humano sensui, et quia valde sunt multa, propter quod sunt eciam scitu difficilia: que si superius posita pensaveris, intelliges, quomodo faciant a mandatis Jhesu crucifixi distraccionem.

(2) De inepcia eorum sic intellige, quod nullus[d] hominum potest ponere vel adinvenire legem omni homini, statui et condicioni congruentem, nisi spiritus dei, qui scit et continet omnia, estque semper et ubique presens omnibus hominibus[e], et dehinc spiritus hominis, qui in ipso est, qui solus cum spiritu Jhesu scit, quid est in homine, veluti scriptura dicit I. Cor. II [3]: „Spiritus enim omnia scru-

30) 1 Cor. 2 *A.*

a) *ita A rubr.* b) *ita emend. ab ed.;* indicant *A.* c) *ita A pro* isto *seu* nostro? d) Nullus enim hominum *contin. D 1. 2.* e) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Solum igitur, *v. infra p. 139, lin. 13.*

1) *Coll. II. 23.* 2) *vide supra p. 122.* 3) *I. Cor. II. 10—11.*

tatur, eciam profunda dei. Quis enim scit, que sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita et que dei sunt, nemo congnoscat[a]), nisi spiritus dei." Solum igitur hic spiritus dei[b]), qui semper et ubique est in homine, pensans ubique hominem et vires ipsius et necessitates ipsius atque totum in circuitu, scit et potest congruam legem et aptam ponere homini et confirmare. Alterius autem spiritus nullus. Et propterea dicit apostolus II. Thess. IIII° [1]): „Sciat [f. 160ª] unusquisque [vestrum] proprium vas possidere in sanctificacione et honore", et II. Cor. XIII° [2]): „Vosmet ipsos temptate, si estis in fide Christi, ipsi vos probate. An non congnoscitis vosmetipsos, quia Christus in vobis est, nisi forte reprobi estis."

Solus[c]) eciam spiritus dei, qui scit et potest inponere preceptum commune et ad ipsum singulos obligare, et scit et potest mandata talia adinvenire, que sunt apta omni homini et omni loco et omni hora sine ulla excepcione cuiuslibet contingencie vel occasionis[d]). Potest autem, quia est unicus deus et dominus omnium et necesse est omnia sue voluntati concordare[3]). Scit vero legem ponere spiritus dei omni homini congruentem, quia ipse solus est, qui scit, quid est in quolibet homine et quid expedit communiter omni homini aut quid et quanta potest omnis homo in omni loco et momento. Et ideo scriptum est Proverb. XVI. a.[4]): „Hominis est preparare animum, domini autem est gubernare linguam. Omnes vie hominis[e]) patent oculis eius: spirituum ponderator est dominus." Propter quod optime Moyses est deprecatus, dicens Num. 27[f]) [5]): „Provideat [dominus] deus spiritum omnis carnis, virum, qui posset ingredi et egredi coram multitudine ista."

Enimvero hic deus pauca precepta posuit et tradiciones[g]), que sine excepcione[h]) et omni dispensacione sunt apta omni homini et ad que omnis homo sine ulla dispen-

---

8) Thess. 4 *A.* 9) 2 Cor. 13 *A.* 23) Prover. 16 *A.* 26) Num. 27 *A.* 29) Pauca precepta domini *A.* 31) Iz. 10 *A.*

a) cognovit *biblia.* b) hominis *A.* c) Solum igitur *contin. D 1. 2.* d) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Omnes igitur, *v. infra p. 140, lin. 20.* e) homini *A.* f) Num. 27 *posterius add. A.* g) traducens *corr.* tradiciones *A.* h) concepcione *corr.* excepcione *A.*

1) *recte I. Thess. IV. 4.* 2) *II. Cor. XIII. 5.* 3) *Cf. Ephes. IV. 6.* 4) *Proverb. XVI. 1—3.* 5) *Numer. XXVII. 16* (libere allatum).

sacione obligatur et in omni loco et omni hora et quilibet et per totam vitam. Sunt enim in se decem, et illa famosa, expressa et cuilibet intellectui, eciam grossissimo, vicina, ita ut in nullo possit homo murmurare vel allegare per ea se gravatum. Que piissimus Jhesus crucifixus, dei virtus et dei sapiencia, tantum in unicum preceptum breviavit, quemadmodum scriptum est[1]): „Verbum abreviatum dominus faciet super terram.“ Illud vero est caritas dei et proximi, neque invenies legislatorem christianorum, Jhesum, aliud preceptum in ewangelio tradidisse aut statuisse, nisi illud, cum dixit[2]): „Hoc est preceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.“ Similiter et repetitor suus, apostolus, ad [Romanos] tredecimo[a])[3]): „Nichil, inquit, alterutrum debeatis, nisi ut invicem diligatis, quoniam qui diligit [proximum], legem inplevit. Nam plenitudo legis est dileccio.“ Et hec ipsa est regula communis, una omnium, brevis, facilis, sufficiens, perfecta, infallibilis, et ipsa est lex perfecte libertatis, qualem decebat nobis tradere ipsam matrem, communem omnium, inquam, pulchre dileccionis[4]), dei sapienciam et dei virtutem, id est Christum Jhesum[5]).

Omnes[b]) igitur alie tradiciones hominum nimis multipharie sunt[c]) superflue et inepte. Quare videtur, quod non statuta deberent appellari, sed supersticiones et opera hominum pariesque lapideus, luto linitus absque temperamento et paleis[6]). Nullus vero[d]) hominum potest talem regulam aut statutum condere, quod sit universaliter contemperatum omni homini, omni statui et omni condicioni hominum, congruens in omni loco et in omni tempore sine excepcione [ad] conservandum, quod non in statuto aut precepto predicto[e]) dei sufficientissimo palam non includatur[f]), prout scriptum Ro. XIII[7]): „Qui enim diligit, legem implevit. Nam: Non adulterabis: Non falsum testimonium dices: Non concupisces rem proximi tui, et si quod

---

7) Rom. 9 *A.* 10) Joh. 15 *A.* 12) Ro. 13 *A.* 16) Regula brevis christianorum dileccio *A.* 22) Supersticiones statut(a) appellari debent *A.* 29) Ro. 13 *A.*

a) *posterius add. A.* b) *contin. D 1. 2.* c) *om. D 2.* d) enim *D 1. 2.* e) *om. D 1. 2.* f) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Cum autem, *v. infra p. 142, lin. 19.*

1) *Rom. IX. 28.* 2) *Joh. XV. 12.* 3) *Rom. XIII. 8. 10.* 4) *Cf. Eccli. XXIV. 24.* 5) *Cf. I. Cor. I. 24.* 6) *Cf. Ezech. XIII. 10.* 7) *Rom. XIII. 8—10.*

aliud est mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Dileccio proximi malum non est."

Colligitur ergo ex istis de observacione adinvencionum multarum, que precise venerunt ex hominibus, utpote calendarum vel dierum vel ieiuniorum et temporum orandi et quantitatis[a]) psallendi et de multis huiusmodi similibus, puta hoc, quod mensura et modus, communiter omnibus hominibus conpetens et singulis, et semper et sub racione precepti obligans, non potest inveniri ab homine neque debet, — que quidem mensura et modus omni homini conveniat, omni tempore vel loco et statutis obliget necessario et indispensabiliter, — nisi tantum a deo, qui potest et scit, quid est in homine. Propter quod dictum est[1]): „Ea, que homines ex seipsis statuunt et inponunt super humeros hominum, sunt inepta communitati, et[b]) plurimum gravia."

Apparet hoc hodie, cum propter psalmodias clero conpositas et horas psallendi et multa milia omni die efficiuntur [occasiones] transgressionum, a quibus transgressionibus et temptacionibus rusticus est quilibet penitus liber et absolutus, qui non habet regulas tot sibi inpositas ad orandum, sicut presbiteri ad suas horas; qui vel eas non dicunt propter occurrencia inpedimenta multarum et variarum circumstanciarum, aut eas non ita dicunt, prout habent in statutis, vel non integre vel non in[c]) talibus distinccionibus horarum diei ea dicunt. Que omnia sine dubio wlnerant consciencias eorum et reddunt obnoxias ad culpam, quod potest evidenter trahi et probari ex confessionibus cottidianis sacerdotum, in quibus peccata sua confitentes, ut [f. 160[b]] plurimum faciunt tantam vel maiorem vim et conpotum de prevaricacione horarum suarum cottidie, quam de ommissione mandatorum divinorum; per que in consciencia inquinantur et involvuntur, cum [manifestum sit][d]) eos contra decreta superiorum suorum operari. Que quidem conatur dyabolus in mentibus ipsorum amplius aggravare, ut sic occasionem nactus a consciencia obligata, culpam supra modum aggravet et captivet. Et sic per consequens exinde continua et multa transgressio est [con]veniens ipsi dyabolo, qui est fratrum

[a]) *ita corr. ab ed.;* quantitate *A.* [b]) *sup. lin. add. A.* [c]) enim *corr.* in *A.* [d]) *add. ab ed.*

[1]) *Cf. Matth. XXIII. 3—4 (libera paraphrasis).*

accusator[1]), in partem suam et in aminiculum in iudicio extremo accusandi, qui talia omnia et singula cum summo [studio] colligit et querit ea aggravare et in conscienciis infirmorum, prout scriptum est[2]): „Et dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt", et post pauca[3]): „Inimici autem mei vivunt et confirmati sunt super me", etc.

Sic eciam in laycis perinde fiunt infinite omni die transgressiones in observacione multorum dierum ieiunando aut dies celebrando atque in aliis multis observanciis, ad que obligantur a suis superioribus sub racione non consilii, sed precepti; per que videmus communiter ipsos offendi et in conscienciis wlnerari et in potestatem dyaboli captivari. Qui Sathan, a minoribus incipiens perducere ad maiora, usque ad desperacionem solet deducere per contem[p]tus super contemptum [faciens] addicionem.

Videat ista et doleat, cui ista datum est videre!

## Capitulum nonum[a]).

*Discrecio mandatorum dei a tradicionibus hominum*[a]).

Cum[b]) autem hec scribo, non est propositi[c]) mei destruere obedienciam subditorum vel infirmare aut ea cassare, que sunt virtutum Christi Jhesu aminicula et ipsius preceptorum atque sacramentorum in dei ecclesia promotiva; neque eciam inpungno per ista ea, que sunt a sancto spiritu per suos statuta utilia adinventa, quoniam scio, quod dominus Jhesus de talibus est locutus, dicens[4]): „Omnia, que dicunt vobis, facite" et infra Mt. 23[d])[5]): „Hec oportuit facere", puta precepta summi dei, „et illa non obmittere", scilicet mandata prelatorum. Scio insuper ex apostolo [ad] Titum 1[e])[6]), quod „omnia munda sunt mundis et inquinatis nichil est mundum", et Ro. 8[f])[7]), quod „omnia dili-

---

4) Ps. 37 *A.* 25) Mt. 23 *A.* 28) Titum 1 *A.* 29) Rom. 8 *A.*

a) *ita A rubr.* b) *contin. D 1. 2.* c) *posterius add. A.* d) Mt. 23 *posterius add. A.* e) Titum 1 *posterius add. A.* f) 8 *posterius add. A.*

1) *Cf. Apoc. XII. 10.* 2) *Psalm. XXXVII. 17.* 3) *Psalm. XXXVII. 20.* 4) *Matth. XXIII. 3.* 5) *Matth. XXIII. 23.* 6) *Titum I. 15.* 7) *Rom. VIII. 28.*

gentibus deum cooperantur in bonum hiis, qui secundum propositum dei vocati sunt sancti."

Sed ista scribens prelatos coronatos convenio, ut videant, ne sunt prepositi Pharaonis et supradicti „novi regis" [1]), qui satagit dei populum iuxta predicta opprimere sapienter, ut scilicet „a veritate auditum avertens, ad fabulas convertatur"[a]) [2]).

Ego etenim teste Jhesu crucifixo contemplor, quod hodie sacerdotes et populus minus sciat et observet precepta dei sui tremenda[b]), quam mandata et tradiciones hominum, et[c]) magis timeat et ponderet huiusmodi adinvenciones quam veritatem vite et caritatem proximorum, et quod in talibus observanciis totam constituat iusticiam suam et salutem, licet non habita Jhesu crucifixi noticia et caritate. Ad[d]) quos proprie sermo est directus supra allegatus, in quo dicitur [3]): „Eo quod appropinquat populus iste michi ore suo et labiis suis glorificat me, cor autem eorum[e]) longe est a me, et timuerunt me mandato hominum et doctrinis." Quod Jhesus replicans in causa simili, dicit Mt. 15[f]) [4]): „Frustra autem colunt me, docentes mandata et doctrinas." Scit siquidem dyabolus nimis subtiliter, ut sepe dictum est, in talibus et per talia negociari de animabus et consciencias ipsorum wlnerare et abducere ab unico porro necessario [5]), scilicet Jhesu Christo. Non enim sine causa dictum est [6]): „Quis novit altitudinem Sathane?"

Propositi igitur mei est, cum hec loquor, ut tales adinvenciones et obligaciones ad ipsas[g]) essent diminute et remisse, saltem quoad aliquid ipsarum[h]), et quod solum dileccio dei et proximorum aut dei precepta alia solum esse populis tremenda et ad unguem us-

---

7) Protestacio autoris contra sacerdotes et populum observantes tradiciones hominum et non mandata dei *A manu posteriore.* 14) Esaie 29 *A.* 18) Mt. 15 *A.* 23) Apoc. 2 *A.* 24) Propositum autoris quale est *A manu posteriore.*

[a]) et infra Mt. 23 — convertatur *om. D. 1. 2.* [b]) tremendi *A;* tremenda *D 1. 2.* [c]) ea *seq. in A, sed posterius del.* [d]) ad — altitudinem Sathane *om. D 1. 2.* [e]) eius *biblia.* [f]) 15 *posterius add. A.* [g]) consciencias hominum *(sic) D 1. 2.* [h]) ipsorum *corr.* ipsarum *A;* aliquam ipsorum *D 2.*

[1]) *Cf. Exodi I. 8.* [2]) *Cf. II. Tim. IV. 4.* [3]) *Isaiae XXIX. 13.* [4]) *Matth. XV. 9.* [5]) *Cf. Lucae X. 42.* [6]) *Cf. Apoc. II. 24.*

que adinplenda docerentur, et quod alia sunt modice[a]) reputacionis aut nichili ipsorum in respectu; et[b]) ea, que mandant et statuunt prelati subditis, ea faciant cum magno temperamento caritatis, neminem, nisi qui gratis ea contempnit, ad culpam obligando, et[c]) in hiis, que mandant, quod magnam et[d]) notabilem ponant differenciam suorum verborum et verborum divinorum, ut scilicet nullibi necessitas et timor subditis inponatur, nisi ad verba Jhesu crucifixi et[e]) ad eius precepta: alia vero omnia opera hominum solummodo esse consilia censeantur, et ita populo declarentur, ut sic mandata hominum prout mandata hominum venerentur, et precepta dei tremenda [f. 161ª] in sua dignitate, quemadmodum precepta dei condecet, adorentur et inpleantur. Propter que solum scriptum est [1]): „Tu mandasti mandata tua custodiri nimis"[f]). Et iterum [2]): „Mandasti [iusticiam] testimonia et veritatem tuam[g]) nimis." Istud autem notabiliter monstravit in se fidelis Jhesu discipulus, Paulus, futuris omnibus Christi apostolis in exemplum. Nam dixit, ponens magnam differenciam inter suas doctrinas et verba Jhesu Christi, dixit cum timore, I. Cor. VII° [3]): „Dico autem innuptis et viduis: Bonum est illis, si sic permaneant, sicut et ego", et paulo post [4]): „Hiis autem, qui matrimonio iuncti sunt, precipio non ego, sed dominus, uxorem a viro non discedere. Quod si discesserit, manere innuptam aut viro reconciliari. Et vir uxorem non dimittat. Nam ceteris ego dico, non dominus: Si quis frater uxorem habet infidelem et hec consentit habitare cum illo, non dimittat illam."

Ecce, quomodo cum distinccione magna loquitur suis inferioribus apostolus et cum moderamine, ne inponat alicubi

---

6) Quanta, dicit, est differencia inter adinvenciones et obligaciones hominum et mandata dei *A manu posteriore.* 13) Ps. 118 *A.* 14) Eodem *A.* 18) Differenciam ponit apostolus inter doctrinam Christi et doctrinam suam *A manu posteriore.* 19) 1 Cor. 7 *A.*

a) *modice reputacionis aut *in marg. add. A.* b) et — mandant, quod *om. D 1. 2.* c) *ita corr. ab ed.;* cum *A.* d) itaque *D 1. 2.* e) *super lin. add. A.* f) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* In cerimoniis, *v. infra p. 145, lin. 7.* g) *in marg. add. A.*

1) *Psalm. CXVIII. 4.* 2) *Psalm. CXVIII. 138.* 3) *I. Cor. VII. 8.* 4) *I. Cor. VII. 10.*

necessitatem et timorem alibi, nisi ad precepta et verba Jhesu Christi, et ne iniciat occasionem Sathane circumveniendi[a]) et involvendi consciencias subditorum, — veluti superius est eciam allegatum[1]): „Ne, inquit, circumveniamur a Sathana. Non enim ignoramus cogitaciones eius“, — aut ne in wlgi opinione precepta dei tremendi equare constitucionibus hominum et mandatis videatur, in[b]) quibus cerimoniis non est salus, nisi in quantum suffragantur ad mandata dei adinplenda[c]). Unde infra ibidem dicit[2]): „De virginibus non habeo preceptum, consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus a domino, ut sim fidelis. Existimo ego hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse.“ Et post addit[3]): „Puto autem, quod et ego spiritum dei habeam.“

Ecce, quam cum timore apostolus intencionem suam producit in medium et temperate. Videant igitur, quantum distant ab ipso moderni, in quorum ore, ut supra dictum est[4]), non resonat aliud nisi: „Districte precipimus et mandamus“, et iterum: „Quod si quis paginam hanc aut [illam] et alia huiusmodi talia violaverit, sciat se dei omnipotentis et sanctorum indignacionem incursurum“, et: „Ipsum nos ex nunc, prout ex tunc, et ex tunc, prout ex nunc excommunicamus et anathematisamus in hiis scriptis“; de preceptis autem dei et ipsorum transgressione terrorem non faciunt in subditis neque magnam racionem.

Verumptamen[d]) dico omnibus, qui possunt hec capere, capiant, quod coram Christo Jhesu sic collegi ex scripturis, et puto, quod omnia, scilicet[e]) prenotata opera hominum, cerimonie et tradiciones funditus destruentur et cessabunt, et exaltabitur dominus solus, et unicum verbum ipsius manebit in eternum. Et tempus illud iam instat, in quo illa evacuabuntur. Scripture

---

7) Non est salus in cerimoniis *A manu poster.* 9) I Cor. 7 *A.* 19) Propter suas tradiciones et adinvenciones quomodo excommunicant, non (propter) precepta dei *A.* 26) Nota bene *A.*

[a]) *post corr. super lin. A.* [b]) *contin. D 1. 2.* [c]) inplenda *D 1. 2; post quam vocem contin. iidem codices:* Verumtamen dico, *v. infra lin. 26.* [d]) *contin. D 1. 2.* [e]) *om. D 2.*

[1]) *II. Cor. II. 11 (cf. supra p. 131).* [2]) *I. Cor. VII. 25—26.* [3]) *I. Cor. VII. 30.* [4]) *Cf. supra p. 114.*

vero, que hoc[a]) exprimunt, nimis multe sunt. Michi ad presen solum verbum Jhesu sufficit, ubi dicit Mt. XV. c.[b]) [1]): „Omni plantacio, quam non plantavit pater meus, eradicabitur[c]). Sinit illos, qui ceci sunt et duces cecorum; cecus autem si ceco du-catum prestet, ambo in foveam cadunt.“

---

2) Mt. 15 *A.*

a) hec *D 1. 2.* b) Mt. XV. c. *om. D 1. 2.* c) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Omnis christianus, *v. infra p. 172, lin. 14.*

f) *Matth. XV. 13—14.*

# DISTINCCIO NONA[a]).

## DE INCONSTANCIA MEMBRORUM ANTICHRISTI[a]).

### Capitulum primum[a]).

Nunc iam redeundum erit ad tractandum de locustis coronatis[1]).

Qui autem per ipsas sint intellecti, ex iam notatis poterit legenti apparere, hoc cum illis ad animum reducto, quam ob rem sint locustis conparati, que de fumo[b]) abyssi prodierunt[1]). Quod profecto intelliget, deducto Pauli vaticinio de hiis diebus, in quo dicitur IIª Thym. IIIº[2]): „Hoc autem scito, quia in novissimis diebus instabunt tempora periculosa." Cuius racionem ponit Johannes in Apokalypsi, dicens[3]): „Quia solvetur Sathanas", subaudis ad ista pericula subtiliter inducendum.

Qualiter vero iste Sathanas solvetur, illud alio enigmate exprimit in capitulo supradicto de locustis; dicitur enim ibidem[4]): „Et data ei — Sathane — clavis", id est potestas eius resoluta ad seducendum gentes, „putei abyssi", id est cupiditatis, quia radix omnium malorum cupiditas. Que cupiditas hominum alias dicitur in scripturis os vulve; unde in Proverbiis[5]):

---

10) 2 Thim. 3 *A.* 12) Apoc. 20 *A.* 16) Apoc. 9 *A.* 19) Prover. 30 *A.*

a) *ita A rubr.* b) summo *corr.* fumo *A.*

1) *Cf. Apoc. IX. 3; de locustis coronatis auctor tractavit supra p. 113 sq.* 2) *II. Tim. III. 1.* 3) *Apoc. XX. 7.* 4) *Apoc. IX. 1.* 5) *Prov. XXX. 16:* „Infernus et os vulvae et terra, quae non satiatur aqua: ignis vero numquam dicit: Sufficit."

‚Infernus et os vulve numquam, dicit, sufficit.“ Notatur auten hic vulva illius magne meretricis et matris fornicacionum, Ba bylonis spiritualis [1]), id est christianorum malorum et princi paliter clericorum carnalium, cupiditas, ut habetur per mult declaratum infra distinccione XII. et ultima huius tractatus [2]) De qua meretrice dicitur Prover. 23 [a]) [3]): „Fovea profunda mere trix.“ Os vero huius wlve, id est cupiditatis, sive puteus abyss est cor humanum, de quo dicitur [4]): „Pravum est cor hominis [b] et inscrutabile.“ Et in figura Genesis I. dicitur [5]): „Tenebre fere bantur super faciem abyssi.“

„Et apperuit puteum abyssi“ [6]), id est dilatavit e per inieccionem sui seminis pessimi adinplevit [f. 161[b]] mente hominum carnalium seu corda ad concipiendum avariciam, vo luptatem et superbiam vite, sicuti dyabolus Ewam corrupit [7] et sicuti leno meretricem suam vel adulter exardescit alteriu viri in uxorem. Et de puteo abyssi sic aperto „exivit fumu tamquam fumus fornacis magne“ [8]), id est ambicio e desideria multa et voluntas magna ad mundialia [c]) et ad carnen et sanguinem, et duplicitas ac simulacio, et habundancia omni iniquitatis. „Et de hoc fumo exiverunt locuste“ [9]), ist de quibus sermo, id est „homines seipsos amantes, cupidi, elati superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelest sine affeccione, sine pace, criminatores, incontinentes [d]), inmites [e]) sine benignitate, proditores, protervi, tumidi, ceci, voluptatun amatores plus quam dei, habentes quidem speciem [f]) pietatis virtutem autem eius abnegantes“ [10]).

Vocat igitur homines moderni seculi [g]) locusta propter ipsorum inconstanciam in omnibus et du plicitatem aut ficcionem, et pro eo, quod sunt vald nocivi et singulariter electis dei et maxime iuvenibus vel par vulis in Christo. Locusta etenim dicitur quasi „loco stans

6) Prover. 23 *A.* 8) Hiere. 17 *A.* 9) Gen. 1⁰ *A.*

[a]) Prover. 23 *posterius add. A.* [b]) omnium *biblia.* [c]) ad mun dialia *in marg. add. A.* [d]) *post corr. in m. A.* [e]) *post corr. in m. A.* [f]) *in marg. posterius add. A.* [g]) seculo *false A.*

[1]) *Cf. Apoc. XVII. 5.* [2]) *vide infra libri tertii tractatum sextum „ abominatione desolationis.“* [3]) *Prov. XXIII. 27.* [4]) *Jerem. XVII. 9.* [5]) *Gen. I. 2.* [6]) *Apoc. IX. 2.* [7]) *Cf. Genes. III. passim.* [8]) *Apoc. IX.* [9]) *Apoc. IX. 3.* [10]) *Cf. II. Tim. III. 2—5.*

per antifrasym, quia talis est nature, quod minime loco uno stat, sed ad omnem ventum rapitur et sine renisu auram sequitur. Ita isti, ad quos sermo, omni vento temptacionum rapiuntur et quasi pyla in terram proiecta volutantur, in nullo proposito, neque bono neque malo, fortiter agunt vel persistunt et in nullo promisso, quamvis dicat scriptura[1]: „Non eas, omnem viam[a]) neque iactes[b]) te ad omnem ventum. Sic enim peccator in duplici via[c]) congnoscitur". Isti autem, si quid vovent, non tenent, si promittunt, non adinplent, si caucionem firmant vel cyrographis et sigillis roborant, totum hodie rumpunt. Inde rara fides hodie in terra et „veritas corruit in plateis"[2]), ita quod hii sunt illi dies manifeste, de quibus dominus Jhesus Luc. 18[d]) ait[3]): „Cum venerit filius hominis, putasne, inveniet fidem in terra?" Et Apok.[e])[4]): „Abstulit fidem de terra." Et in summo illud videtur esse inpletum, quod dictum est per prophetam Hiere. 9[f])[5]): „Frater in fratre non ponat fiduciam", et „ab ea, que dormit[g]) in synu tuo, custodi claustra oris tui." Itaque neque hominibus servant fidem neque in deum, quoniam licet quandoque verbo dei credunt et cum gaudio suscipiunt illud, sed in tempore temptacionis recedunt; et alias omnis scriptura divinitus inspirata iam in ipsis ita suffocata est et sui quadam cottidiana usitacione et[h]) familiaritate vilefacta et inveterata, simul et divina sacramenta, ut iam non valde apprecient verbum Christi, et predicacio atque prophecie sunt ipsis sicut alie fabule vel canticum dulciter auribus insonans, sicut scribitur Ezech. XXXII. g.[6]): „Audiunt sermones tuos, et non faciunt eos, quia in canticum oris sui vertunt illos et avariciam suam sequitur cor eorum, et est eis quasi carmen musicum." Propter quod neque a verbis dei terribilibus et gravibus concuciuntur timore neque a promissis dei gaudiosis verbis infinite dulcedinis ad devocionem excitantur.

---

6) Ecci. 5 *A.* 13) Luce 18 *A.* 16) Hiere. 9 *A.* 26) Ezechiel. 32 *A.*

a) *in marg. add. A.* b) ventiles *biblia edit. vulg.* c) lingua *biblia.* d) 18 *posterius add. A.* e) *lacuna sequitur in A.* f) Hiere. 9 *posterius add. A.* g) dormivit *biblia.* h) *super lin. add. A.*

1) *Eccli. V. 11.* 2) *Isaiae LIX. 14.* 3) *Lucae XVIII. 8.* 4) *verba sequentia in Apoc. non reperiuntur.* 5) *Jerem. IX. 4 et Mich. VII. 5.* 6) *recte Ezech. XXXIII. 31—32.*

Quod si forte eloquencia dicentis eos commovet ad gaudium spiritus vel ad fletum, hoc cedit eis totum ad yppocrisym vel conplacenciam in seipsis vel in hoc mundo, ita quod perinde inconstantes sunt in omnibus viis suis quasi locuste, quos proprie respicit verbum beati Jude in canonica sua inquientis[1]: „Hii sunt, qui in epulis sunt macule, convivantes sine timore, semet ipsos pascentes, nubes sine aqua, que a ventis circumferuntur, arbores autumpnales, infructuose, bis mortue, eradicate, fluctus[a]) feri maris, dispumantes confusiones suas, sidera errancia, quibus procella tenebrarum in eternum conservata est."

## Capitulum secundum[b]).

*Quam nociva et quibus sunt membra Antichristi*[b]).

Locusta insuper multum extat nociva frugibus secundum beatum Jeronimum et singulariter viride sacioni[2]). Ita isti sunt perniciosissimi electis dei et presertim iuvenibus et infirmis in fide pro eo, quod sunt magis capaces ipsorum[c]) corrupcionis, quia isti sunt, qui sua yppocrisy et simulacione faciunt tempora periculosa ad salutem et inducunt tam occultum errorem et manu Sathane excogitatum, ut in eum inducantur, si fieri potest, et electi[3]); et ideo de ipsis dicitur[4]): „Et data est eis[d]) potestas, sicut habent scorpiones terre." Fieri tamen non potest, ut electi inducantur in errorem[e]), sive sint incipientes, sive proficientes, sive perfecti, quia scriptum est 2 Thimo. 2[f])[5]): „Signaculum [f. 162a] hoc firmum est: congnovit deus, qui sunt sui ab origine mundi"[g]).

Et ideo sequitur[6]): „Et preceptum est eis, ne lederent fenum terre neque omne viride neque ullam arborem, nisi tantum homines, qui non habent signum dei in frontibus suis", id est homines, qui non ha-

---

6) Jude *A.* 24) Thimo. 2 *A.*

a) fluctus *corr.* fluctus *A.* b) *ita A rubr.* c) et *praecedit in A, se[d] postea deletum est.* d) *in marg. add. A.* e) in errorem *in marg. add. A* f) 2 Thimo. 2 *posterius add. A.* g) ab origine mundi *om. biblia.*

1) *Judae 12—13.* 2) *Cf. b. Hieronymi Sup. Joel, c. 1, ap. Migne,* [...] *XXV, col. 955, 957.* 3) *Cf. Matth. XXIV. 24.* 4) *Apoc. IX. 3.* 5) *I[I] Thimo. II. 19.* 6) *Apoc. IX. 4.*

bent in eorum voluntate primum et principaliter Christo Jhesu obedire et conplacere aut primum propositum querere regnum dei et iusticiam eius, vel „qui non habent signum dei vivi", id est crucem et passionem domini Jhesu crucifixi in amore, neque sibi conpaciuntur et suis doloribus eorum pro peccatis, quod alias in Ezechiele IX. ca° per thau in frontibus virorum gemencium est designatum[1]). Voluntas autem vel principale propositum hominis per frontem hic intelligitur, quemadmodum eciam et in Ezechiele, ubi III. c. ad ipsum dicitur[2]): „Ecce, dedi faciem tuam valenciorem faciebus eorum et frontem tuam duriorem frontibus eorum."

Tales igitur isti homines, qui per locustas ideo in spiritu sunt figurati, quia sunt valde nocivi dei populo in tantum, quod nisi esset breviatum tempus ipsorum, non fieret salva omnis caro[3]), id est omnis homo de merito et numero beatorum, quamvis electis nocere non poterunt, tamen secundum modum ultimum et dyabolo possibilem faciunt tribulacionem maximam [et] dampnum populo sanctorum in ecclesia; et omnia periculis adimplentes, eciam summa, que sunt ad salutem concessa huic mundo, fermento yppocrisis et contagione et abusu vilescere ipsa faciunt, et ad fabulas quasdam et novitates, tradiciones hominum declinare populum vel in talibus arestari et in ipsis suam salutem inquirere, minus Jhesum crucifixum et ipsum solum inquirendo et ipsius misericordiam et iudicium et fraternam dileccionem, sicuti Geroboam, duos vitulos aureos fabricans in populo Israhel, peccare fecit dei populum et Jerusalem et templum eius oblivisci[4]). De quibus supra iam est tractatum[5]), et per hec talia error ille maximus, qui non habuit umquam sibi equalem, inundabit *(sic)* in tantum, ut sit potens ad nocendum omni carni.

---

6) Ezech. 9 *A.* 9) Ezech. 3° *A.* 27) 3 Reg. 12 *A.*

[1]) *Cf. Ezech. IX. 4.* [2]) *Ezech. III. 8.* [3]) *Cf. Matth. XXIV. 22.* [4]) *Cf. III. Reg. XII. 28.* [5]) *vide supra distinctionem VIII. passim.*

## Capitulum tercium[a]).

*De composicione inepta et ex contrariis membrorum Antychristi*[a]).

Locuste adhuc considerate hoc ipsum obtinent in sua proprietate, quod licet gradi conentur, non tamen prevalent, nisi per saltus, sicut buffones, et volentes volare, nequeunt continuare suum volatum. Ita gressus quamvis inicia habeant et volatus, tamen profectum in ventris cupitum [non] valent adinplere, neque gradiuntur cum bestiis, neque saltant perfecte cum buffonibus, neque volant cum avibus, et cum horum quodlibet[b]) per inicia in se ostentent, tamen nullum ipsorum possident ad perfectum.

Quod valde ad nunc currentes clericos et sacerdotes est applicatum, quia congrue[c]) habent simulacionem et conposicionem chimerinam et curiositatem infrenatam, quoniam hii sunt, qui et sacerdotes esse volunt vel monachi, id est homines spirituales et celestes, et cum hoc in toto huic seculo conformantur; domino Jhesu iam dediti ad serviendum, cum hoc non desistunt se negociis secularibus inplicare; deoque servire et mamone; aput ipsos est possibile et honestum querere suum questum, simul et salutem animarum operari; bibere calicem Christi et bibere calicem demoniorum; et sic nituntur lucem cum tenebris, Christum cum Belial, virtutem cum viciis in suis personis conponere, inconponibilia[d]) in seipsis ad invicem sociare, que est hodie abhominacio[e]) pessima in templis ecclesie multiplicata et constituta. Et ipsa merito abhominacio[e]) desolacionis dicta est, quia colorate et dulciter ad modum scorpionum isti tales ecclesiam veneno yppocrisis adinplentes, sine modico iam totam massam corruperunt[1]), et hoc modo ipsam in desolacionem a spiritu Jhesu posuerunt.

Moderni namque clerici et sacerdotes ac magistri omnia se in omnibus ostentant, omnia omnibus faciliter respondere promittunt, omnia incipiunt, que occurrunt,

---

a) *ita A rubr.* b) quodlibet *A post corr.* c) gravem *scriptum est in A, sed postea deletum (ab auctore?) et in marg. add.* congrue. d) inconpossibilia *(sic) A.* e) *post corr. A.*

1) *Cf. I. Cor. V. 6.*

sed nullius execucionem prosequntur, et ipso habitu et verbo atque gestu notorie exhibent se spirituales et carnales, religiosi simul et seculares, humiles et superbi, templi et tabernarum cultores, pacientes et gladiatores, solempniter votum castitatis habentes et concubinatores, et divites in hoc seculo et pauperes, ieiunantes et potatores, misericordes in pauperes et crudeles, et ita de multis similibus.

Et hoc, quod est in eis supra modum deterius, puta quod cum hiis omnibus se credunt bene in Christo stare et secure, et ideo nullam correccionem pro huiusmodi paciuntur. Credunt siquidem se celum simul cum hoc mundo [f. 162[b]], prout[a]) divicias et pacem huius mundi cum diviciis et pace Jhesu Christi simul utrumque obtinere et secure, et omnis scriptura divina suadens contrarium est in eis perdita et suffocata. Inquiunt namque ad suos fideles monitores: „Audivimus frequenter talia. Vade, dic illa rusticis! Vis eciam tu nos docere?"

Et ut superius tactum est[1]), ex hiis eciam nomen chimerinum obtinuerunt. In wlgari dicuntur enim communiter clerici vel sacerdotes seculares, ubi proprie sonat oppositum in adiecto, quoniam sacerdos utique in ecclesia est vel debet esse vir spiritualis et ab officio et ab ordine; quinymmo et omnis christianus ex eo, quod est templum spiritus sancti et unctus spiritu sancto, est et debet dici homo spiritualis. Unde apostolus Ro. 8[b]) [2]): „Fratres, iam vos in carne non estis, sed in spiritu." Et I. Cor. 2°[c]) [3]): „Nos spiritum huius mundi non accepimus, sed spiritum, qui ex deo est." Igitur magis sacerdos, in spiritu deo serviens, est et debet dici spiritualis. Secularis autem est proprie filius huius seculi aut imitator ipsius. Esse autem spiritualem et esse secularem, item esse filium sancte ecclesie et esse filium huius seculi, prout apparet, nimium per contraria distinguntur. Isti tamen, quos loquor, secundum quod se exhibent, dicuntur iuste sacerdotes seculares, quia, ut dictum est, suum sacerdocium nimis abhominabiliter ad secu-

---

25) Roma. 8 *A.* 26) 1 Cor. 2 *A.*

a) *ita emend. ab ed.;* aput *A.* b) 8 *posterius add. A.* c) 2° *posterius add. A.*

1) *vide supra p. 63—64.* 2) *Roman. VIII. 9.* 3) *I. Corint. II. 12.*

laria direxerunt, dicentes bono malum et malo bonum, ponentes tenebras lucem |et| lucem[a]) tenebras, ponentes dulce in amarum et amarum in dulce[1]).

## Capitulum quartum[b]).

*De effectibus membrorum Antychristi*[b]).

Talem insuper populum, qui ipsis subicitur, efficiunt, quales sunt ipsi, quoniam oportunum est semper effectum similitudinem gerere sue cause, puta ut idem populus videatur sibi posse licite deo et carni vivere, et secundum hoc seculum et secundum Christi disciplinam conversari, requirere omnia, que gentes requirunt, et simul ea emulari, que debent habere in se christiani, ut sit iuxta propheciam[2]) ut populus, sic sacerdos, et e contrario qualis pater, talis filius, sicut scriptum est Ecci. 10[c])[3]): „Secundum iudicem populi, sic et ministri eius." Inpius iudex inpios habet et ministros.

In quo isti proprie cum locustis concordant, ut dicit Jeronimus super Joel[4]): „Locuste solent brutos procreare, quod animal, quia toto suo corpore in ventrem confluit et in stercoribus volutatum delectatur, et pro stercoribus cum aliis sui generis habet naturam concertare." Quod proprie adequat presentem populum laycalem, qui a suis sacerdotibus ad id est eorum exemplo institutus, ut ea, que reputare quasi stercora propter Christum lucrifaciendum ad modum beati apostoli[5]) debuerat, id est gloriam huius mundi, voluptatem, divicias et honores et cetera huiusmodi, nunc autem, in illis tota sua vita conversatus, ea amplectitur, ea diligit et pro ipsis concertat et contendit, nullam admittens in contrarium persuasionem aut correccionem, sed pertinaciter respondens: „Tamen similia facitis vos, clerici et sacerdotes."

O, locuste iste quam sunt nocive et quomodo habent potestatem nocendi ecclesie efficacem, ut nisi ipsis esset prohibitum, vel nisi dies ipsorum essent abbreviati, non posset salva

---

1) Esaie 5 *A.* 12) Osee 4 *A.* 14) Ecci. 10 *A.*

a) *super lin. add. A.* b) *ita A rubr.* c) Ecci. 10 *posterius add. A.*

1) *Cf. Isaiae V. 20.* 2) *Cf. Oseae IV. 9:* „Et erit sicut populus, sic sacerdos." 3) *Eccli. X. 2.* 4) *B. Hieronymi Sup. Joel, c. 2, ap. Migne, PL, t. XXV, col. 960 (libere all.).* 5) *Cf. Philipp. III. 8.*

esse omnis caro[1]), quia „data est eis potestas, sicut habent scorpiones terre“, et „habent coronas similes auro et facies earum[a]), sicut facies hominum, et habent capillos, sicut capillos mulierum“[2]). Que singula in disposicionem concurrunt meretricis. Per quod datur intelligi, quod hii sunt, qui simul iuncti, illam magnam meretricem constituunt, que habet in fronte scriptum: Misterium, spiritualiter Babylon magna, mater fornicacionum et abhominacionum terre[3]), que est carnalium christianorum et amicorum huius seculi collecta multitudo, quod eisdem studiis et voluntate pari deducuntur; per quos nimis colorate et dulciter ecclesia sanctorum ad fornicandum spiritualiter est seducta, et reliqui sanctorum, qui fornicaciones eius exhorrent, detractis sibi palliis, id est ludibriis expositi hominum, ad carcerem, id est in tribulacionem maximam et angustias transmittuntur, et non relinquitur in eis, puta in sacerdotibus et clericis, qui super contricione Joseph conpassione moveatur[4]). Nam talia inique nunc sanctis dei inferentes, per hoc se obsequium deo parare arbitrantur.

## Capitulum quintum[b]).

*De contencione alterutrum membrorum Antychristi*[b]).

Nunc descripcionem locustarum ulteriorem inminet prosequendum. Et subditur[5]): „Et vox alarum earum sicud vox curruum equorum multorum currencium ad bellum.“

Vox alarum est disputacio [f. 163a] pro honore, lites pro beneficiis, strepitus iudiciorum pro iniuriis. Que vox dicitur proprie alarum, id est sapiencie humane et doctrine vel generositatis et diviciarum, et alia similia, quibus tales super alios se extollunt. Quam vocem alarum Jacobus innuit, dicens[6]): „Quod si amarum zelum habetis et contenciones sunt in cordibus vestris, nolite gloriari et mendaces esse adversus veritatem. Non est enim ista sapiencia desursum descendens, sed

---

2) Apo. 9 *A*. 29) Jac. 3 *A*.

a) eorum *corr.* earum *A*. b) *ita A rubr.*

1) *Matth. XXIV. 22.* 2) *Cf. Apoc. IX. 3. 7. 8.* 3) *Cf. Apoc. XVII. 5.* 4) *Cf. Genes. XXIX. passim.* 5) *Apoc. IX. 9.* 6) *Jacobi III. 14—16.*

terrena, animalis, dyabolica. Ubi enim zelus [et contencio], ibi inconstancia et omne opus pravum."

Et hec vox sicut vox curruum equorum multorum esse dicitur. Nam lites, contenciones et omnis strepitus iudicii quasi multorum curruum exercitus constipatus esse videtur, clamoribus belli confusis et contencionibus similis. Quod videre potuit, qui in consistoriis illorum fuit aliquando occupatus.

Quidni fallor, quam currus proprie componitur, cum duo actores cause et duo advocati sint quatuor equi. Et duo procuratores et duo sollicitatores sunt in curru quatuor rote. Notarius cum causa in curru vehitur. Judex est vector et superintendit currui. In hoc autem curru istorum equorum et rotarum est vox quasi currencium ad bellum. Nam actores cause et advocati, quia sunt contrarii ad invicem, rictibus et clamoribus quasi equi indomiti contra alterutrum hinniunt bellicose. Procuratores et sollicitatores[a]), quasi rote non inuncte spiritus Jhesu dileccione, se confundunt stridoribus mutuis incessanter. Notarius, acta cause continens, ad finem usque cum ipsis volutatur. Judex presidet isti currui et ipse suis clamoribus equis minatur, sustinens ipsorum mutuo molestam conmorsionem, donec deducens hunc currum belligerum, causam, ad suum finem intentum, terminabit.

Cum igitur pro nunc ecclesia Christi talibus nimis sit repleta, ut raro et vix possit aliquod beneficium obtineri sine tali strepitu iudicii et clamoribus ac contencione, nonne tibi videtur vox illa talium locustarum, ex ipsorum alis egrediens, sicut vox curruum equorum multorum currencium in bellum?

Vel hec vox est clamores predicancium adversum se invicem[b]), zelancium de sua sciencia et religione, de fraternitate, atque de patribus gloriancium et se vitancium[c]), quia una dicit: „Ego sum Dominici", sed et[d]): „Sum Francisci". „Ego autem Bernardi", et sic de aliis. Et quia illud fit superbe et contenciose cum ereccione unius super alterum, ideo est vox similis voci curruum equorum multorum provocancium se ad bellum et concurrencium. De qua voce superius est tractatum

8) Currus consistorii *A duabus vicibus*.

a) *post corr. super lin. A.* b) *post corr. A.* c) *ita A, loco* sevitancium *seu* se rictancium? d) *super lin. add. A.*

distinccio[ne][a]) VI[a] per totum usque ad capitulum VIII[m] eiusdem[1]). Unde pro eo dicit apostolus prima Cor. I°[2]): „Significatum est michi de vobis, fratres, ab hiis, qui sunt Cloes, quia contenciones sunt inter vos. Hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem Appollo, ego vero Cephe, ego autem Christi. [Divisus est Christus?] Numquam[b]) Paulus pro vobis mortuus[c]) est, aut in nomine Pauli baptisati estis?"

Et quia hiis diebus usquequaque talis vox concrepat, — verbi gracia religiosi invicem et contra cler[ic]os et sacerdotes plebium superbiendo se efferunt, assumptis et vibratis suis alis, puta sciencie et religionis; sacerdotes plebium eciam pariter invicem litigant et contra religiosos inflati iacticant, se extollentes; et Romani adversus Francigenas et adversus Grecos, Greci contra adversus istos et illos, Francigene e converso reclamant contra hos [et] illos, et sic per universam ecclesiam christianorum ista vox locustarum reboat[d]) et insultat —: nonne ex hoc elicies, quod ipsa est sicut vox curruum equorum multorum non ad pacem concurrencium vel concordiam, sed ad bellum? Pensa nunc, karissime, concordiam et mititatem magnam primitive ecclesie, et conpara clamorem presentis populi christiani, distracti varie et contra alterutrum divisi, et videbis facile, quomodo vox alarum a locustis et clamor nimis est inaltatus et „clamor Sodomorum et Gommoreorum"[3]) iam pulsat celos. — Sequitur

## Capitulum sextum[e]).

*Quod seipsos ignorant ypporite et sunt incorrigibiles*[9]).

„Et habebant caudas similes scorpionibus"[4]).

Conformiter ad predicta hic per caudas locustarum finale propositum intelligitur studiorum cuiuslibet

---

2) 1 Cor. 1 *A.* 9) Nota *A manu poster.*

[a]) distinccio VI[a] — eiusdem *A colore rubro in textu.* [b]) Numquid *biblia.* [c]) crucifixus *biblia.* [d]) *post corr. A.* [e]) *ita A rubr.*

[1]) *vide supra dist. VI, cap. 1—8, p. 54—81.* [2]) *I. Cor. I. 11—13.* [3]) *Genes. XVIII. 20.* [4]) *Apoc. IX. 10.*

yppocrite, quod est conplacencia in seipso et huic mundo, vel alias questus huius vite. Et ad id dirigunt omnia sua opera et apparenciam [f. 163[b]] sanctitatis, licet hoc yppocrite non dicant neque congnoscant. Et non est mirum, quoniam sunt obvoluti tenebris, secundum quod scriptum est de ipsis[1]): „Vade et dices populo huic: Audite audientes, et nolite intelligere. Et videte visionem, et nolite congnoscere. Exceca cor populi huius et aures eius aggrava et oculos eius claude, ne forte videant[a]) oculis suis et auribus suis audiant et corde suo intelligant et convertantur, et sanem eum[b]).“ Et dominus Mt. 23[c])[2]): „Sinite eos, quia ceci sunt et duces cecorum.“

Yppocrite igitur, quia lumen Jhesu crucifixi non habent, ideo in tenebris ambulant et per consequens nescierunt neque intellexerunt, unde veniunt aut quo vadunt. Igitur nesciunt suum propositum ultimum et principale, scilicet quia illud est cauda scorpionum. Cauda etenim in[d]) bestia et presertim in scorpione, que vero retro est, non inspicitur neque eciam facile valet a bestia conspici: ita et propositum finale in yppocritis. Quod innuens, dicebat veritas ad discipulos suos[3]): „Attendite, inquit, vobis, ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis“, sicut yppocrite faciunt. Notanter dicit „Attendite“, nostram diligentem consideracionem erigens et difficultatem esse ostendens ad congnoscendum suam ultimam voluntatem in agendis, subaudis, an sit divine voluntati conformis aut difformis. Quinymmo ad illud homo suis viribus non prevalet, nisi sit a spiritu Jhesu illustratus, et ideo scriptum est Jere. 17[e])[4]): „Pravum est cor hominis[f]) et inscrutabile. Quis congnoscet illud?“ Et iterum: „Nemo[g]) scit, utrum amore vel odio dignus sit“, Ecc[le]s. 9[h])[5]). Quod dictum est propter divinam voluntatem, que nemini innotescit, qui vivit huic mundo, sed hiis, qui sunt participes spi-

---

5) Esaie 6 *A*. 10) Mt. 23 *A*. 20) Mt. 6 *A*. 27) Hiere. 17 *A*. 29) Ecclesiastes 9 *A*.

[a]) videat — audiat — intelligat *biblia*. [b]) *post corr. A*. [c]) 23 *posterius add. A*. [d]) *super lin. add. A*. [e]) 17 *posterius add. A*. [f]) omnium *biblia*. [g]) homo *biblia*. [h]) Eccs. 9 *posterius add. A*.

[1]) *Isaiae VI. 9—10.* [2]) *recte Matth. XV. 14.* [3]) *Matth. VI. 1.* [4]) *Jerem. XVII. 9.* [5]) *Ecclesiastes IX. 1.*

ritus Jhesu crucifixi. Ideo scriptum est Jo. 16[a] [1]): „Alium paraclitum mittam vobis, spiritum veritatis, qui docebit vos omnem veritatem et suggeret vobis omnia, quecumque dixero vobis. Quem mundus non potest accipere, quia non videt eum nec scit eum. Vos autem congnoscetis eum, quia vobiscum manebit et in vobis erit." Ad quod apostolus I. Cor. II° [2]): „Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex deo est, ut sciamus, que a deo donata sunt nobis. Que et loquimur non in doctis humane sapiencie verbis, sed in doctrina spiritus, spiritualia spiritualibus conparantes. Animalis autem homo non percipit ea, que sunt spiritus." Propter quod dicit apostolus Ro. XII. a., suadet et dicit [3]): „Nolite conformari huic seculo, sed reformamini in novitate sensus vestri." Et tunc ad propositum: „Ut probetis, que sit voluntas dei bona et beneplacens et perfecta."

Locuste igitur, id est *yppocrite excecati*, quia neque suum cor scrutari possunt, neque divinam voluntatem digne inquirunt, propterea suum propositum ultimatum et principale nequaquam contemplantur, quod licet sit primum in intencione, ultimum tamen est in execucione, simul et in intencione. Ad quam causam congrue hic per caudam est designatum. Et quia propositum ipsorum condensatam et contagiosam affeccionem vel libidinem multam contraxit a terrenis et per illud totum est fermentatum, idcirco *cauda scorpionum* est hic recensita. Cauda namque scorpionis omnem humorem corruptum et infectivum in se a terrenitate contrahens, transfigit in venena. Propter quod sequitur: „*Et aculei erant in caudis earum.*" Hoc esse accipe (1) tum ideo, quia tales yppocrite continue occupantur aliquo peccato actuali in animo racione alicuius male affeccionis; propter quod habent conscienciam vulneratam. Ad quos apostolus loquitur I. Thym. IIII° [5]): „Spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus[b]) erroris et doctrinis demoniorum, [in] yppocrisi loquencium mendacium"; tunc ad propositum: „Et cauteriatam

---

1) Joh. 16 *A.* 6) 1 Cor. 2 *A.* 12) Romanorum 12 *A.* 32) Thimo. 4 *A.*

[a]) 16 *posterius add. A.* [b]) *post corr. A.*

[1]) *Joann. XVI. 7 et XIV. 17 et 26 (mixtum).* [2]) *I. Cor. II. 12—14.* [3]) *Rom. XII. 2.* [4]) *Apoc. IX. 10.* [5]) *I. Tim. IV. 1—2.*

habencium suam conscienciam"; — (2) tum eciam ideo, quia aliis officiunt[a]), quos suo proposito contingunt et per fermentum yppocrisis corrumpunt. Propter quod dictum est[1]): „Attendite vobis a fermento Phariseorum, quod est yppocrisis." Nam nimis blande et cum humana facie venerunt in multitudinem populorum et dulciter valde corrupcionem perficiunt, non sine magna et angelica apparencia, donec totam massam toxico infecerunt, operacione demoniorum in id ipsis occulte suffragante, ita, ut iam paulo superius [f. 164[a]] dictum est[2]), nullum inconveniens videatur christianis huic mundo vivere et militare vel domino Jhesu Christo, carnis curam facere in desideriis et deo in spiritu sancto deservire; ymmo ea, que manifesta scriptura diffinit christianis non licere, illa iam in christianis honesta reputantur. Quod a multitudine illarum coronatarum locustarum in tantum est inbibitum et firmatum, quod nulla scripture reprehensio talium, nulla correccio fidelium sacerdotum potest proficere talibus ad medelam, quin magis aculea in caudis eorum acuantur et erigant ipsas ad nocendum, sicut scriptum est[3]): „Corrige stultum, et apponet, ut odiat te", et qui corripit stultum, sibi ipsi iniuriam facit. Docens itaque corruptores istos et corruptos, non nisi tribulacionem maximam contagiosam contra se suscitabit. Propter quod dictum est ad Ezechielem II° [4]): „Tu ergo, fili hominis, ne timeas eos neque sermones eorum metuas, quoniam increduli et subversores sunt tecum", et ad propositum: „et cum scorpionibus habitas."

## Capitulum septimum[b]).

*Quod membra Antichristi indurata et forcia ad nocendum*[b]).

At isti sunt, qui constituunt corpus Vehemoth[c]), de quo scriptura dicit[5]): „Corpus eius quasi scuta fusilia, conpactum squamis sese prementibus, una uni coniungitur et ne spiraculum quidem", id est spiritus correccionis Christi et discipline, „incedit per eas." Et idcirco et propter caudas venenatas sunt

3) Mt. utrum (?) *et infer.* 17 (?) *A.*    22) Ezechiel. 2° *A.*    29) Job XI. *A.*

a) *ita A.*    b) *ita A rubr.*    c) Behemoth *corr.* Vehemoth *A.*

1) *Lucae XII. 1.*    2) *vide supra p. 152—154.*    3) *in biblia non reperitur; cf. Proverb. passim de hominibus stultis.*    4) *Ezech. II. 6.*    5) *Job XLI. 6—7.*

alias aspis surda in scriptura nuncupati, sicut scriptum est Psalm. 57[a])[1]): „Et aspidis surde [et obturantis aures suas], que non exaudiet vocem incantancium et venefici incantantis sapientis.“ Que aspis continet toxicum pessimum et insanabile in sua cauda. Ita isti, quoniam de ipsis ad literam scriptum est Deut[e]ro. XXXII°[2]): „Generacio perversa est et infideles filii“, et paulo post[3]): „Fel draconum vinum eorum et venenum aspidum insanabile“, sunt igitur potentissimi ad nocendum, et quia multi, et quia conpacti et sibi alterutrum adherentes[4]), et quia facies humanas et coronas similes auro, et quia dentes habent leonum et loricas ferreas et alas terribiliter insonantes et caudas scorpionum, „et aculei in caudis earum“[5]), in quibus habundat venenum pessimum, aspidum, insanabile[6]). Et ipsum est iniquitas pessima, yppocrisis, plaga utique pessima et insanabilis modernorum christianorum iniquorum, maxime illorum, qui[b]) habent coronas similes auro in capitibus suis[7]), quia illi sunt magis validi ad nocendum. Propter quod eciam merito ipsi sunt lumbi Leviatan et umbilicus eius per spiritum Jhesu denotati in scriptura, ubi dicitur[8]): „Fortitudo eius in lumbis eius et virtus eius in umbilico ventris eius.“ De istis quoque locustis coronatis dictum est[9]): „Et data est eis potestas, sicut habent scorpiones terre“, et infra ibidem[10]): „Potestas earum nocere hominibus mensibus quinque.“

Quid namque rogo puteus abyssi[11]), nisi cupiditas insaciabilis hominum, que alias os wlve meretricis dicta est, que numquam saciatur[12]), et secundum aliam scripturam, que dicit[13]): „Fovea profunda meretrix.“

Quid autem aliud meretrix magna[14]), nisi multitudo carnalis christianorum collecta ex sacerdotibus et clericis indignis, que reliquit ducem pubertatis sue et pacti dei sui oblita est[15]), pacti inquam, quod fecit in baptismo, abrenuncians Sa-

---

2) Ps. 57 *A.* 6) Deut° 32 *A.* 19) Job 40 *A.*

a) Psalm. 57 *add. posterius A.* b) que *corr.* qui *A.*

1) *Psalm. LVII. 5—6.* 2) *Deuteron. XXXII. 20.* 3) *Deuteron. XXXII. 33.* 4) *Cf. Job XLI. 6—7 (allatum supra).* 5) *Cf. Apoc. IX. 7—10.* 6) *Cf. Deuter. XXXII. 33.* 7) *Cf. Apoc. IX. 7.* 8) *Job XL. 11.* 9) *Apoc. IX. 3.* 10) *Apoc. IX. 10.* 11) *Cf. Apoc. IX. 2.* 12) *Cf. Proverb. XXX. 16.* 13) *Proverb. XXIII. 27.* 14) *Cf. Apoc. XVII. 1.* 15) *Cf. Proverb. II. 17—18.*

thane et pompis eius, et illam primam fidem irritam fecit[1]), qu se devovit et promisit soli domino Jhesu adherere.

Quid clavis apperiens puteum abysi[2]) vel vulvan magne meretricis spiritualiter, nisi magni lumbi Leviathan? Qui autem lumbi Leviathan[3]), nisi potestas caudarum in locustis Quid vero potestas caudarum scorpionicarum[4]), nisi auctorita magna et lata yppocritarum seu regnum ipsorum in ecclesia e per consequens libertas exequendi et inducendi in populos su propositi, unde libere et habundanter venit, sicud iam dictun est[5]), „magna multitudo locustarum aliarum, que habent cauda similes scorpionibus"? Et quid semen in lumbis Leviathan[6]) quod superseminavit in agro, id est in desponsata Jhesu Christc nisi aculei in caudis[a]) scorpionum[7]), id est omnis yppocrisis e omnis habundancia iniquitatis et mors in illa?

Yppocrite ergo coronati, id est habentes auctoritatem et potestatem, sunt, per quos coit vel fornicatu est dyabolus cum fornicaria multitudine christianorum, qui introduxerunt pompam dyaboli iterum ad ecclesiam et avariciam et concuspiscenciam carnis inmiserunt. Propter quod ipsi et principes eorum [dicti sunt] horrenda abhominacio desolacionis ecclesie in templo constituta[8]).

Quod si non exhorrescis audire, dico, quod yppocrite ist coronati sunt illud ydolum Priapi[9]), quod illa magna meretrix [f. 164[b]] spiritualiter Babylon, magna mater fornicacionun et abhominacionum terre[10]), sibi fabricavit et errexit. Significatum proprie per illud, id est abhominabile symulachrun Priapi, quod sibi fabricaverat Maacha, mater Asa, de quo habetur II[a] Paralip. XV[11]). Nam „Maacha" latine mollicies vel confraccio dicta est, quod optime respicit sermonem presentem quia mollicies et res[s]olucio constituit et multiplicavit yppocritas, et refrigerium caritatis causa est in ecclesia habundancie iniquitatis[12]). Et hec ipsa mollicies aut refrigerium caritatis, presertim in primatibus et prelatis, qui ad pascen

---

[a]) caudiis *corr.* caudis *A.*

[1]) *Cf. I. Tim. V. 12.* [2]) *Cf. Apoc. IX. 1—2.* [3]) *Cf. Job XL. 11.* [4]) *Cf. Apoc. IX. 10.* [5]) *Apoc. IX. 10 (libere allatum).* [6]) *de quibus lumbi cf. Job XL. 11.* [7]) *Apoc. IX. 10.* [8]) *Cf. Daniel. IX. 27.* [9]) *Cf. II Paral. XV. 16* (simulacrum Priapi). [10]) *Cf. Apoc. XVII. 5.* [11]) *II. Paral XV. 16.* [12]) *Cf. Matth. XXIV. 12:* „Et quoniam abundavit iniquitas, refrigescet charitas multorum."

dum oves Christi Jhesu Petro Johannis successerunt [1], est abhominacio in ore Jhesu crucifixi, provocans nauseam usque ad eieccionem. Ideo scriptum est Apok. III [2]: „Utinam esses calidus vel frigidus! Sed quia tepidus es, incipiam te evomere de ore meo."

## Capitulum octavum [a].

*Quod membra Antichristi sunt confracta et mollia ad obsequendum Christo et incurabilia* [a].

Abhominacio vero vel mollicies et tepiditas est et fuit semper mater desolacionis in ecclesia gracie et tocius discipline. Nichil siquidem est tam nocivum ecclesie et infectivum, sicut tepiditas prelatorum cum simulacione pietatis, quoniam prelatus tyrranus vel alias manifeste inmundus vel iniq[u]us numquam tantum perniciei subditis vel tribulacionis sanctis posset inferre, eo quod inpietas nuda facile caveretur, neque ita dulciter et scorpionice inficeret et resolveret conviventes, sicut illa, que offert se sub specie pietatis, scriptura attestante, que dicit [3]: „Si inimicus meus maledixisset michi, sustinuissem utique. Et si is, qui oderat [me], [super me] mala [b]) locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero [c]) [homo] unanimis, dux meus et notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo dei ambulavimus cum consensu."

Quapropter sermo divinus Maacham seu molliciem cultricem abhominabilis Priapi esse matrem Asa regis commemorat [4]), qui tollens fracturam vel sustollens dicitur, quod proprie desolacionem ecclesie exprimit, quia ipsa est nichil aliud, nisi ablacio eorum et destruccio, que facta sunt per Christum Jhesum, scilicet discipline veritatis et gracie in hominibus christianis, sicut scriptum est Jo. I. [5]): „Lex per Moysen data est, gracia et veritas per Jhesum Christum facta est." Non namque sine causa Petrus, antequam fuit prepositus ovibus ad pascen-

---

9) De tepiditate *A*. 18) Ps. 54 *A*. 32) Nota bene *A*.

a) *ita A rubr.* b) magna *biblia.* c) eris *corr.* vero *A in marg.*

1) *Cf. Joan. XXI. 15—17* (Simon Joannis). 2) *Apoc. III. 15—16.* 3) *Psalm. LIV. 13—15.* 4) *Cf. II. Par. XV. 16.* 5) *Joan. I. 17.*

dum, fuit ter requisitus, si amaret[1]), nisi quia veritas per hoc indicavit, quam nocivus et execrabilis sit habendus parvus amor vel tepiditas in prelatis.

Item ex magna dispensacione dei primis prelatis, apostolis scilicet, prohibitum est ire ad predicandum et regendum alios, et ab Jerusalem ne discederent, nisi prius virtute ex alto inbuerentur[2]), in cuius figuram singuli, qui ad regendum alios assumuntur, oleo sancto inunguntur. Unde habetur, quod quilibet iudex aliis prelatus debet virtute, que ex deo[a]) est, habundare et inde vir denominari, ut inde valeat infirmiores sustentare et expungnare fortiter virtutis inimicos. Propter quod scriptum est Ecc[l]i. 7[b])[3]): „Noli esse[c]) iudex, nisi virtute valeas irrumpere iniquitatem.“ Dominus quoque Jhesus, postquam per omne corpus suum pro peccatoribus est wlneratus et dilaceratus, voluit tamen inconminuta ossa et crura sua remanere, quatenus sic validum seipsum et inconfractum exhiberet ad omnes virtutes perficiendum, quamvis in sua infirmitate ultimata, et quod est potens et robustus ad multorum peccata deportanda et tollenda.

Talem seipsum quilibet prelatus debet exhibere, qui stat in loco Jhesu Christi et qui suam crucem baiulans[4]) multorum nichilominus onera assumpsit supportanda; obligatus est itaque huiusmodi esse non piger, sed alacer, non fractus, sed integer, non effeminatus, sed vir, non puer, sed presbiter, id est senior plebis: et talis est cooperator dei et membrorum Jhesu Christi[5]). Sed quoniam tales a densitate locustarum[6]) contabuerunt, iam heu per nimium rarificati, ideoque aporiatus est dominus querens virum sibi[7]), qui opponeret se murum pro domo dei[8]) et preciosior est inventus vir auro obriso[9]), quia ecce „omnis yppocrita est et nequam“[10]), „et effeminati

---

7) Luce ultimo *A*.

[a]) virtute *corr.* deo *super lin. A* [b]) Ecci. 7 *posterius add. A*. [c]) quaerere fieri *biblia*.

[1]) *Cf. Joann. XXI. 15—17.* [2]) *Cf. Act. apost. I. 4.* [3]) *Eccli. VII. 6.* [4]) *Cf. Lucae XIV. 27.* [5]) *Cf. III. Joan. 8* (cooperatores veritatis). [6]) *scil. locustarum Apocalypticarum, v. Apoc. IX. 3.* [7]) *Cf. Isaiae LIX. 16:* „Et vidit, quia non est vir, et aporiatus est, quia non est, qui occurrat.“ [8]) *Cf. Ezech. XIII. 5* (neque opposuistis murum pro domo Israel). [9]) *Cf. Isaiae XIII. 12:* „Pretiosior erit vir auro et homo mundo obrizo.“ [10]) *Cf. Isaiae IX. 17.*

dominantur eis“ [1]), „omnesque declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum“ [2]), omnes confracti quasi arundo vento agitata [3]), et trepidantes timore, ubi non erat timor, conversi sunt [f. 165[a]] in die belli, et quia hominibus placent, ideo deus sprevit eos et dissipavit ossa eorum [4]), et ipsi captivi ducti una cum suis populis [5]) resoluti sunt in corpus Antychristi, ita quod, a spiritu carnis et mundi conprehensi, de membris Christi facti sunt membra Antychristi atque ita depravati et indurati „conversi sunt ecclesie in [a]) arcum pravum“ [6]) et de amicis quondam manifestis facti occulti et pessimi inimici ecclesie et Christi Jhesu electorum, veritatem dei in iniusticiam detinentes [7]), manum quoque iniquitati [b]) porrexerunt, pactum cum infirmis conponentes.

Horrenda sunt hec modernis prelatis, si verba Jhesu crucifixi in ipsis non essent suffocata, sed „sinite eos, quia ceci sunt et duces cecorum“ [8]), quoniam habent „caudas similes scorpionibus“ [9]). Per quod datur manifeste intelligi ipsorum perseverancia usque ad finem in malicia et cecitate inveterata, et quod sint iam prorsus incurabiles, et quod „fel draconum est vinum eorum et venenum aspidum insanabile“ [10]). Et hoc (1) tum ideo, quia iam sunt incorporati et profundati illi magne meretrici sepedicte [11]) in tantum, ut unum corpus iam sint cum ea, ita ut neque sciant neque possint [c]) aliud, quam sibi adherere, nisi forte ab illo, qui reducit ab inferis, liberentur, quod tamen rarissime in yppocritis contingit. Nam scriptum est [12]): „Ut eruaris a muliere aliena [et ab extranea], que mollit sermones suos“ secundum intellectum supradictum de Maacha [d]). „Et reli[n]quit ducem pubertatis sue et pacti dei sui oblita“ [13]), ubi palam iuxta predicta carnales notat christianos. Et paulo post ad propositum [14]): „Omnes, qui ingrediuntur ad eam, non revertentur, neque apprehendet semitas in te“; (2) tum quia omnem operam, quam dominus ad salutem et pro salute mundi per-

25) Prover. 2° *A.*

[a]) *post corr. A.* [b]) *in marg. add. A.* [c]) sciunt — posusnt *A.* [d]) *post. corr. sup. lin. A.*

[1]) *Cf. Isaiae III. 4.* [2]) *Cf. Rom. III. 12.* [3]) *Cf. Matth. XII. 20.* [4]) *Cf. Psalm. LII. 6.* [5]) *Cf. Isaiae V. 13.* [6]) *Cf. Psalm. LXXVII. 57.* [7]) *Cf. Rom. I. 18.* [8]) *Matth. XV. 14.* [9]) *Apoc. IX. 10.* [10]) *Deuteron. XXXII. 33.* [11]) *Cf. Apoc. XVII. 1 sq.* [12]) *Proverb. II. 16.* [13]) *Proverb. II. 17—18.* [14]) *Proverb. II. 19.*

fecit, isti ultimi yppocrite ad suos questus deduxerunt, et omnem graciam dei in vacuum acceperunt et post omne beneficium salutis Jhesum crucifixum multimode contempserunt et omnem correccionem et omne consilium inutiliter acceperunt. Ideo scriptum est Ysaie primo [1]): „Audite, inquit, celi, et auribus percipe, terra, quoniam deus [a]) locutus est. Filios enutrivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt me. Cognovit bos possessorem suum et assinus presepe domini sui: Israhel autem me non congnovit et populus meus non intellexit. Ve genti peccatrici [b]), populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis: dereliquerunt dominum, blasphemare fecerunt [c]) sanctum Israhel [ab]alienati sunt retrorsum.“ Et ad propositum [2]): „Super quo percuciam vos ultra addentes prevaricacionem. Omne cor merens et omne caput languidum, a planta pedis usque ad verticem, non est in eo sanitas. Wlnus [et] livor et plaga tumens non est circumligata neque curata medicamine neque fota oleo.“ Et infra ca° V. b. [3]): „Quid est, quod debui facere vinee mee, et non feci [ei]? An quod expectavi, ut faceret uvas, et fecit labruscas?“ Et concludit VI. ca° [4]): „Exceca cor populi huius et aures eius aggrava et oculos eius claude, ne forte videant oculis suis et auribus suis audiant [d]) et corde suo intelligant et convertantur, et sanem eos“ [e]).

Caude igitur scorpionum finalem excecacionem et inpenitenciam yppocritarum significant. Et „aculei in caudis earum“ est m o r s e t e r n a i n f i n e v i t e i p s o r u m, qua incessanter stimulabuntur, sicut scriptum est Job X [f]) [5]): „Et in puncto ad inferna descendent“ [g]). Et apostolus [6]): „Stipendium [h]) peccati mors“, que perpetue „depascet eos“ [7]).

---

27) Ro 6 *A.*

[a]) dominus *biblia.* [b]) peccatrici *superflue repetitur in A.* [c]) — mare fecerunt *add. in A manu auctoris;* blasphemaverunt *biblia.* [d]) audiat — intelligat — convertatur *biblia.* [e]) eum *biblia.* [f]) *lacuna sequitur in A.* [g]) descendunt *biblia.* [h]) stipendia *biblia.*

[1]) *Isaiae I. 2—4.* [2]) *Isaiae I. 5—6.* [3]) *Isaiae V. 4.* [4]) *Isaiae VI. 10.* [5]) *recte Job XXI. 13.* [6]) *Rom. VI. 23.* [7]) *Cf. Psalm. XLVIII. 15* (mors depascet eos).

## Capitulum nonum[a].

*De mensura temporis*[b]*, in quo permittitur regnare membris Antychristi*[c].

Sequitur: „Potestas eorum nocendi hominibus mensibus quinque“[1].

Potestas nocendi hominibus, in quibus non subest spiritus Jhesu crucifixi. [quod] maxima et secundum omnem possibilitatem Sathane conposita et adinventa [est], iam bene potuit colligi ex premissis; et quod non precessit nec post erit potestas super terram alicuius erroris et persecucionis ad seducendum electos, que possit isti conparari; et nisi breviati essent dies illi, non fieret salva omnis caro: breviati autem sunt dies illi propter electos[2]. Abbreviacio autem illius potestatis exprimitur [per] quinque menses.

Hic salva determinacione sancte ecclesie romane puto me ex parte congnoscere et ex parte prophetare.

(1) Cognosco namque, quod iste est misticus numerus et ideo non ad literam, ut wlgus numerum accipit, capiendus. Sed quia mensis est mensura conpleta cursus lune, luna vero duas mensuras wlgo famosas sui cursus continue aggitat et perficit, minorem scilicet in XXIX vel circa diebus, maiorem in annis X et XI[d], — cum autem hic et per totum librum Apoc[alypsis] spiritus Jhesu partes accipit in conparacione tocius temporis duracionis sancte ecclesie, quod est valde[e] magnum respectu nostri, quamvis sit tamquam dies esterna[f], que preteriit, in respectu filii dei, Jhesu Christi, — igitur, ut videtur, eciam pro maiore mensura cursus lunaris in hoc loco mensis est acceptus, puta pro XIX. annis [f. 165[b]]. Quo sic accepto et numero mensium quinque calculato anni nonaginta quinque[g] resultabunt.

Et iste erit numerus annorum, in quibus prefate locuste coronate[3] secundum maximum gradum intensionis malicie dei ecclesie nocebunt, quoad homines dumtaxat, qui veritatem caritatis Jhesu crucifixi suscipere noluerunt.

---

4) Nota totum diligenter de tempore *A.*

[a]) *ita A rubr.* [b]) *rasura sequitur in A.* [c]) *ita A rubr.* [d]) *recte* in annis X et IX *seu* XIX, *vide inferius.* [e]) vn̄ *scribitur in A.* [f]) *ita A* (= hesterna). [g]) anni *sequitur in A, sed del.*

[1]) *Apoc. IX. 10.* [2]) *Cf. Matth. XXIV. 22.* [3]) *Cf. Apoc. IX. 7.*

(2) Ex parte autem prophetare me reputo, in quantum spiritus Jhesu direxerit, dicens, quod anni taxati ab anno domini M°. CC. LXXXX°[1]) currere inceperunt; et tunc locuste de fumo putei abysi exientes, nimis multiplicate fuerunt et coronas similes auro acceperunt[2]), et abhominacio desolacionis in dei templo, id est in ecclesia Christi, est superposita, et iuge sacrificium ablatum[3]) saltem penes maiorem partem et principaliorem ecclesie, id est a communitate wlgi christiana, et hoc vel per deum propter refrigerium caritatis et habundanciam iniquitatis multorum, vel per incuriam et inerciam ecclesie ministrorum, id est sacerdotum, ita videlicet, quod illi, quos dominus longe proficiscens constituit super familiam suam[4]), quatenus dicerent invitatis, ut venirent, et inducerent et conpellerent ad veniendum, ut ipsi darent familie sibi commisse cibum in tempore, sic puta ut et vocarent veniendum ad cenam[5]) et ministrarent venientibus, dantes ipsis tritici mensuram, illi dico servi patrisfamilias considerantes, quod moram facit dominus venire[6]), versi sunt in locustas et inceperunt nocere conservis suis, eos percucientes, et manducare et bibere cum ebriosis[7]), et perinde illos, quos invitare, inducere et conpellere ad iugiter cenandum cum Christo de altari debuerant, eosdem disuadere, prohibere et repellere a sacramento inchoarunt.

Pro scito autem derelinquo iam ex premissis, quod puta illi menses quinque ista tempora novissima attigerunt et ea in summo gradu periculorum posuerunt, ut, si fieri potest, eciam electi in errorem inducantur[8]). Quando autem sint terminandi, quo anno aut momento, hoc non est nostrum nosse, quia illa pater posuit solum in sua potestate[9]). Videant tamen hii, qui spiritu Jhesu aguntur, que hic conscribuntur.

Ego enim nichil pertinaciter vel cum contencione intendo defendendum, sed dari michi a domino postulo summis desideriis mei cordis „non plus quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem“[10]). Si enim michi ex sensu modo aliquid dicere

---

1) Anni *A manu auctoris.* 29) Nota de multitudine locustarum *A manu auctoris.* — Nota de multitudine locustarum anno domini 1295 *(sic) A alia manu.*

[1]) *hic anni de propheta Daniele XII. 11 assumpti sunt.* [2]) *Cf. Apoc. IX. 3. 7.* [3]) *Cf. Daniel. XII. 11.* [4]) *Cf. Lucae XII. 42.* [5]) *Cf. Lucae XIV. 16 sq.* [6]) *Cf. Lucae XII. 42. 45.* [7]) *Cf. Lucae XII. 45.* [8]) *Cf. Matth. XXIV. 24.* [9]) *Cf. Act. I. 7.* [10]) *Roman. XII. 3.*

concedatur istas nocentissimas locustas coronatas[1], id est multitudinem nimiam yppocritarum, cathedram et auctoritatem ecclesie obtinencium in ordine clericorum et sacerdotum, sive in statu religionum, seu in regimine secularium principum et dominorum, quos omnes hic per locustas intelligo coronatas, ego opinor convenienter et proprie per dominum Jhesum easdem designasse per prodigium locustarum secundum hystoriam.

Quod prodigium factum est atque visum in anno domini M° CC. XC. V. vel prope, ubi res tam monstruosa et omnibus seculis admiranda volente deo contigit, ut[a] locuste de abyssis terre ab oriente subito eruperunt in multitudine tam inmensa, quod neque finis neque principium earum, sed neque latitudo ac longitudo spacii per eas occupati et repleti indagari a quoquam poterat[b], et tam condensate totum aerem per totam Boemiam et Moraviam atque Poloniam repleverunt, ut totaliter solem obducerent, et terram tenebris obvolverunt, veluti sacco cylicino[2]. Que tantum horrorem hominibus incusserunt, ut arescerent pre timore, diem extremum iudicii instare estimantes. Que locuste, omnia in campis et silvis vorando, funditus devastabant et fragor volatus earum seu alarum volatus fuit terribilis, quasi sonitus aquarum multarum vel quasi sonitus multitudinis castrorum ad bellum concurrencium[3]. Erantque multum generative et fecunde aliarum locustarum, sicut describit eas Karolus, serenissimus rex Boemorum, in sua cronica[4]. Qui tunc ascenso equo suo equitavit[c] per septem magna miliaria, volens earum latitudinem invenire. Sed eciam hodie adhuc, puta in anno domini M°. CCC°. LXXXIX. valde multi vivunt, qui easdem locustas viderunt, et omnia, que hic dicuntur, narraverunt.

Quicumque igitur hic de locustis istis ad literam posita voluerit locustis spiritualibus predictis adaptare, memorans, que de ipsis expressit Jo[annes] in Apok[alypsi][5], faciliter idem mecum sentire poterit, quod nequit magis proprium exemplum

---

a) ac *corr.* ut *A.* b) poterint *corr.* poterat *A.* c) *post corr. A.*

1) *Cf. Apoc. IX. 7.* 2) *Cf. Apoc. VI. 12:* „Et sol factus est niger tamquam saccus cilicinus." 3) *Cf. Ezechiel. I. 24.* 4) *vide Vitam Caroli IV., c. X. (Fontes Rerum Bohemicarum, t. III, p. 355 ad an. 1338), et cf. Franciscum Pragensem, ibidem, t. IV, p. 427, et Benessium de Weitmühle, ibidem, p. 490.* 5) *Cf. Apoc. IX.*

inveniri, per quod multitudo yppocritarum regnancium in annis currentibus designetur et per quod instancia temporis illarum spiritualium locustarum significetur per divinam sapienciam, quam per hoc prodigium, quod narratum est de locustis, etc.

## Capitulum decimum[a]).

[f. 166[a]] *Ostenditur, quod est caput et que sunt membra Antichristi*[a]).

Sequitur in textu de locustis: „Et habebant super se regem angelum abyssy“ [1]).

Hic angelum abyssi puto eundem esse, qui superius dictus est stella, que cecidit de celo in terram[2]), cui data est clavis putei abyssi, et produxit locustas istas in terram. Et est ipse dyabolus, qui quondam fuit stella preclara in celestibus — unde et Lucifer nomen acceperat, — sed quia in veritate non stetit[3]), ideo corruit in terram, sicuti veritas de ipso loquitur Luce 10[b])[4]): „Videbam Sathanam, sicut fulgur de celo cadentem.“ Credo tamen, quod hic dictus est singulari modo cecidisse in terram, puta in homines christianos terrenos, quando rediens invenit domum purgatam et ornatam, sed vacuam, unde ante eiectus fuerat propter sanguinem et passionem domini Jhesu, cuius christiani facti fuerant participes per baptismum, sed quia siccine inserti in veracem vitem, Christum, fuerunt voluntarie palmites inutiles. Ideoque dictum est, quod spiritus inmundus, qui et stella de celo lapsa [dictus est], invenit domum, ornatam quidem et purgatam, sed vacuam. Quapropter assumens secum spiritus septem nequiores, intravit in illam domum[5]). Ita domus illa facta circa illa maledicta domino suo et reproba, quia[c]) recepit quam pluries super se venientem imbrem[d]) et semen, fructum autem nullum attulit in tempore suo, nisi forte labruscas, et propterea relicta demoniis ad inhabitandum, quemadmodum scriptum est Ysaie XXXIIII°[6]): „Et erit cubile dra-

---

8) Nota totum diligenter *A*. 13) Stella *A manu auctoris.*

[a]) *ita A rubr.* [b]) Luce 10 *posterius add. A.* [c]) quod *corr.* quia *A* [d]) in *corr.* im *A in marg. manu auctoris.*

[1]) *Apoc. IX. 10—11.* [2]) *Cf. Apoc. VIII. 10 (v. supra p. 124).* [3]) *Cf. Joan. VIII. 44.* [4]) *Lucae X. 18.* [5]) *Cf. Matth. XII. 45.* [6]) *Isaiae XXXIV 13—16.*

conum et pascua strutionum. Et occurrent demonia onocentauris, et pylosus clamabit alter ad alterum. Ita cubabit lamina[a]) et invenit sibi requiem. Ibi habuit foveas ericius et enutrivit catulos et circumfodit eos et fodit[b]) in umbra eius. Ibi[c]) congregati sunt mylvi, alter ad alterum. Requirite diligenter in libro domini et legite: unum ex eis non defuit."

Ista itaque terra, id est sine spiritu Jhesu christianorum nimia multitudo, est, in quam cecidit stella, cui nomen absyntium [1]); propter quod dictum est [2]): „Ecce, in pace mea amaritudo amarissima". Et ipsa est „angelus, abyssi rex" super locustas coronatas, quia operacione eius „de fumo putei abyssi" sunt producte locuste sepe notate. Qua de re et pater esse earum alibi a veritâte est memoratus, cum dominus Jhesus, loquens de yppocritis, inquiebat [3]): „Vos ex patre dyabolo estis, et ideo opera eius[d]) wltis facere." Unde colligitur, quod sicut Judeorum tunc yppocritarum fuit pater dyabolus, quamvis gloriabantur se deum patrem habere et a sancto Abraham esse legittime generatos [4]), ita nunc et multo forcius omnium yppocritarum[e]) christianorum est rex angelus abyssi vel pater ipse dyabolus.

Clament licet ad Jhesum crucifixum [5]): „Domine, domine", quantum libet dicentes: „Nonne in nomine tuo demonia eiecimus [et] in nomine tuo virtutes multas fecimus?" „Et in plateis nostris docuisti" [6]); glorientur, quantum velint, in suis patribus vel religionibus, et si qua sunt similia, [sunt tamen hypocrite][f]), quamdiu sunt „operarii iniquitatis" [7]), quamdiu longe est deus a corde eorum [8]), quamdiu Jhesus crucifixus est aput eos tamquam mortuus a corde, quamdiu non habundant Jhesu caritate et fraternitatis dileccione, sicut scriptum est I. Cor. XIII [9]): „Si linguis hominum loquar et angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum", etc. Licet igitur timeant deum mandato hominum et doceant[g]) diligenter adinvenciones et doctrinas suas, constituant suam iu-

---

9) Esaie 38 *A*. 21) Mt. 7 *A*.

a) Ibi cubavit lamia *biblia*. b) fovit *biblia*. c) illuc *biblia*. d) desideria patris vestri *biblia*. e) et *superflue sequitur in A*. f) *ita emend. ab ed.* g) doceant quam *A minus apte*.

1) *Cf. Apoc. VIII. 10—11.* 2) *Isaiae XXXVIII. 17.* 3) *Joan. VIII. 44.* 4) *Cf. Joann. VIII. 33 sq.* 5) *Matth. VII. 22.* 6) *Lucae XIII. 26.* 7) *Cf. Lucae XIII. 27.* 8) *Cf. Matth. XV. 8.* 9) *I. Cor. XIII. 1.*

sticiam, habeant omnem speciem pietatis[1], edificent sepulchrum sanctorum et prophetarum, exornent monumenta iustorum[2], colant valde ymagines et statuas ligneas et lapideas, venerentur summopere et celebrent ossa et reliquias beatorum in celis, quantum placet: si „terrena sapiunt“[3], si voluptatibus et quieti corporis incumbunt, si eos delectat gloria et honor huius vite, si non abnegaverunt semetipsos et ferunt crucem suam[4], neque habent Jhesum crucifixum in corde manentem[5], neque sunt dei virtute et dei sapiencia ab alto induti[6], sunt utique locuste coronate[7], sunt palmites non ferentes fructum[8], sunt terra infructuosa, maledicta domino suo[9], sunt regnum angeli abyssi[10], sunt filii dyaboli omnes[11], non obstante, quod vocentur christiani vel religiosi vel sacerdotes et prelati.

Et omnis[a] christianus seu clericus, licet sit sacerdos, predicator, monachus, religiosus vel quicumque, [si] sue proprie voluntati et non voluntati domini Jhesu actualiter[b] victitat et ex toto, etsi quod minus facit, dum[c] hoc non dolet vehementer, est membrum Antichristi.

Et omnis clericus, qui in nomine suo vel causa sui ipsius acquirit sciencias vel[d] gradus in ecclesia, ut est subdiaconatum, dyaconatum[e], sacerdocium vel apostolatum et predicacionem, vel acquirit beneficia, officia, honores et dignitates in ecclesia, et omnis, qui acquirit tytulos[f] sibi glorie et honoris, ut est doctoratus, bacalariatus et multa talia, ita quod per talia sit in populo christiano honoratus, ditatus, pacatus et dilatatus [f. 166b] in hac vita, sciat se membrum Antichristi sine contradiccione qualicumque.

Item omnis monachus claustra regularium ingrediens aut alias religiosus, ut vitam quietam habeat et sit securus de statu pacifico et necessitate populi, in quantum talis et quamdiu talis, est membrum Antichristi, quia in nomine suo

---

[a] *contin. D 1. 2.* [b] *om. D 2.* [c] dum *D 2;* de *A D 1.* [d] vel *om. A D 1.* [e] *om. D 2.* [f] tytolos *A.*

[1] *Cf. II. Tim. III. 5* (habentes speciem quidem pietatis). [2] *Cf. Matth. XXIII. 29.* [3] *Philipp. III. 19.* [4] *Cf. Matth. XVI. 24* (abneget semet ipsum et tollat crucem suam). [5] *Cf. I. Joan. IV. 16* (deus charitas est et qui manet in charitate, in deo manet et deus in eo). [6] *Cf. Lucae XXIV. 49* (induamini virtute ex alto). [7] *Cf. Apoc. IX. 7.* [8] *Cf. Joann. XV. 2.* [9] *Cf. Genes. V. 29* (in terra, cui maledixit dominus). [10] *Cf. Apoc. IX. 11.* [11] *Cf. I. Joan. III. 10* (filii dei et filii diaboli).

induit speciem sanctitatis. Et omnis religio et quilibet conventus, qui seipsum ingessit ad[a]) medium wlgi christiani et ibi factus est gloriosus et honoratus a populis plebeis et in hoc sibi conplacet vel[b]) de hoc gloriatur, est procul dubio corpus Antichristi.

## Capitulum undecimum[c]).

*De indumentis celebribus Antichristi et concubine seu adultere ipsius*[c]).

Item omnis apparatus talium splendidus et magnificus vel habens speciem apparentem sanctitatis, veluti templa magnifica et multipliciter decorata, multitudo predicacionum exquisita, multitudo missarum, cantus et psalmodiarum[d]) decor et assiduitas, insignis sepulthura[e]) et officium splendidum pro mortuis.

Item celebritas adventiciarum festivitatum varie promulgata et ornata.

Item commendacio fraternitatum et invitacio ad eas per multas promissiones oracionum[f]) et missarum atque fratrum.

Item preconisacio aut glorificacio ymaginum quarumdam[g]) et extollencia[h]) novarum reliquiarum sanctorum, diffamacio miraculorum vel portentorum per talia factorum[i]), et multa similia, que modo diligenter in ecclesia actitantur:

Omnia illa facta ad suam propriam gloriam et[k]) conplacenciam hominum, ut per hoc accursus populi et applausus magnorum et parvorum in christiano populo acquiratur, vel ut per hoc questus multiplicetur, aut[l]) ut per talia nomen auctorum talium diffametur et celebretur, ita ut dicatur in populo: „Hoc iste fecit, vel istud magnum bonum tales canonici vel tales religiosi invenerunt vel perfecerunt“, omnia, inquam talia non tamen, in quantum talia, sed in quantum fiunt a talibus et tali intencione, sunt indumentum Antychristi et sub ipsis

---

9) Nota totum diligenter *A*.

a) in *D 2*. b) inde *D 2.*; conplacent vel . . gloriantur *A*. c) *ita A rubr.; om. D 1. 2.* d) psalmodiorum *D 2*. e) *ita A;* sepultura *D 1. 2*. f) oraciones *corr.* promissiones oracionum *A*. g) quorumdam *D 2*. h) excellencia *D 1*. i) sanctorum *corr.* factorum *A*. k) *super lin. add. A*. l) aut — perfecerunt *om. D 1. 2*.

mistica operacio demoniorum seu Sathane ad subtilius et efficacius[a]) seducendum et nocendum precipue illos, quos intendit puta sanctos dei et electos, quos per nudam maliciam vel iniquitatem apertam temptare non suppetit, neque seducere prevalet, ut saltem[b]) speciebus talibus bonorum armatus, seducat in malum et dampnacionem yppocrisis vel alias occultissime iniquitatis[c]).

Et clerici, sacerdotes et religiosi, talibus exerciciis corporalibus nimium intenti extrinsecus, presertim intencione conplacendi tam colorate plebibus et alliciendi ad seipsos, intendere veritati et spiritui intrinsecus digne et totaliter non valent, nec ipsis datur introitus ad deum deorum in Syon, dominum Jhesum, videndumque regem glorie in decore suo, quia scriptum est Ysaie ultimo a.[1]): „Hec dicit dominus deus: Que est ista domus, quam edificatis[d]) michi? Et qui[s] est iste locus quietudinis mee? Omnia hec manus mea fecit [et] facta sunt universa ista, dicit dominus.“ Et ecce, ad propositum: „Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum et contritum spiritu et trementem sermones meos?“ Et qui in nullo talium extrinsecorum apparencium sibi conplacet, neque gloriatur, sed tantum in domino gloriatur[2]). Ideo notanter additur ibidem in prophecia[3]): „Qui ymmolat bovem, quasi qui interficiat virum. Qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem. Qui offert oblacionem, quasi qui sanguinem suillum offerat“, etc. Et tunc sequitur ad illos, qui, in terrenis et splendore corporali effusi, delectantur, extincti spiritus Jhesu Christi[4])· „Hec omnia, inquit, elegerunt in viis suis et in abhominacionibus suis anima eorum delectata est.“

Enimvero[e]) hec proponens, non confundo decorem domus domini, quem dilexi[5]), neque detraho splendoribus vasorum et reliquo[f]) typico apparatui in templis domini, sed detestor abusum[g]) talium ab hiis, qui spiritum Jhesu non habentes, maxime ad talia foras effusi, principaliter in eis reponunt iustificaciones suas et sanctitatem, atque talibus speciebus apparen-

---

a) seu edificacius *D 2.* b) ut saltem *D 1. 2;* ut *om. A.* c) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Enimvero hec proponens, *v. infra lin. 28.* d) aedificabitis *biblia.* e) *contin. D 1. 2.* f) relinquo *false D 2.* g) *post corr. A.*

1) *Isaiae LXVI. 1—2.* 2) *Cf. II. Cor. X. 17:* „Qui autem gloriatur, in domino glorietur.“ 3) *Isaiae LXVI. 3.* 4) *Isaiae LXVI. 3.* 5) *Cf. Psalm. XXV. 8:* „Domine, dilexi decorem domus tuae.“

tibus decoratissime huiusmodi suam avariciam, vanam gloriam et voluptatem cooperiunt et[a]) nec non alios iuvenes, simul et antiquos, inducunt sub specie religionis et honestatis et quasi licite et dulciter [ad] avariciam similiter et vanam gloriam insectandam.

Item per hoc, scilicet per crebescenciam talium et splendorem et celebritatem in se et[b]) maxime in populo christiano inducunt oblivionem ignominie [f. 167[a]] crucis[c]) domini nostri Jhesu Christi et evacuant aliquo modo memoriam ipsius passionum, quam[d]) tamen apostolus timebat per predicacionem sapiencie evacuari a Corintheis; unde dicebat [1]): „Veni ad vos non in sapiencia verbi, ut non evacuaretur crux Christi."

Plebei insuper homines, qui non habent spiritum Jhesu crucifixi, ab istis talibus splendoribus fortiter commoti, obmissa veritate intus et spiritu, ad extra effunduntur et nimis talia apparencia venerantur vel adorant et faciunt sibi de talibus ydola propter suam ruditatem et dyaboli decepcionem[e]). Item constituunt in talibus sibi iustificaciones, alias non habentes amorem domini Jhesu crucifixi neque proximi dileccionem, vel existentes peccatis mortalibus occupati aut vitam dignam non habentes christianam, in superdictis corporalibus exerciciis confidentes, non amplius quam illa requirant *(sic)* ad salutem, et similia multa, que circa hoc considerari possent, dampna ecclesie et ludificaciones colorate Sathane et negociaciones membrorum Antychristi, in illis hominibus, „qui non habent signum dei vivi in frontibus suis" [2]).

Quapropter dico, quod omnes sacerdotes, clerici et religiosi huiusmodi carnales, qui amant mundum et ea, que in mundo sunt [3]), et avariciam sequitur cor eorum[4]), quos supportat multitudo peccancium similiter per habundanciam malicie depravatam et quasi similis sibi simili dulciter subicitur.

---

11) Cor. 1 A.

a) et — insectandam *om. D 1. 2.* b) *om. D 2.* c) ignominie *sequitur in A, sed del.* d) quam — crux Christi *om. D 1. 2.* e) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Numquid non stupendum, *v. infra p. 182, lin. 13.*

1) *I. Cor. I. 17.* 2) *Cf. Apoc. IX. 4.* 3) *Cf. I. Joann. II. 15:* „Nolite diligere mundum neque ea, quae in mundo sunt." 4) *Cf. Ezechiel. XXXIII. 31* (et avaritiam suam sequitur cor eorum).

eorum malis alludendo dominique Jhesu fideles asseclas discerpendo ac multipliciter blasphemando, eorum, inquam[a]), congregacio, ut scuta fusilia conpacta[1]) et veluti stuppa collecta[2]) est illa meretrix magna, que sedet super populos multos[3]) que reliquit Jhesum Christum, ducem pubertatis sue, et pacti dei sui oblita est[4]), — illa inquam meretrix, stulta et clamosa residens in[b]) excelso urbis loco[5]), que merito potest vocari concubina fornicaria Antichristi, quia non Jhesu crucifixo Christo gaudet subici, quemadmodum gaudet esse subiecta personis gloriosis huius mundi. De qua concubina habes infra in XII. distinccione per totum[6]).

Vero omnia superius numerata sunt ipsius meretricis indumentum splendidum et purpuratum. De qua scriptum est Apok. XVII.[7]): „Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemie, habentem capita septem et cornua decem. Et mulier erat circumdata purpura et coccino et inaurata auro et lapide precioso et margaritis, habens poculum aureum in manu sua, plenum abhominacione et inmundicia fornicacionis eius. Et in fronte eius nomen scriptum: Misterium: Babylon magna, mater fornicacionum [et abhominacionum] terre. Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum et de sanguine martirum Jhesu. Et miratus sum, cum vidissem illam, admiracione magna.“ Habes istorum exposicionem infra in distinccione XII. per totum istius tractatus[8]).

Verumptamen hec omnia typica, que hic dicuntur de muliere hac et de bestia, cui insidet, et de attributis ipsorum, puto notare non Judeorum synagogam[9]), non gentilium dispersionem[10]), sed de voluntate simili et de pari animo et reprobo circa fidem Jhesu[11]), ut iam dictum est, indignam et crudelem collectionem carnalium christianorum, qui diligunt mundum et ea, que in mundo sunt[12]), qui per mala sua opera Jhesum crucifixum habent ostentui[13]) et dant nomen eius magnum

---

20) Babilon magna *A manu poster.*

[a]) eorum, inquam, *add. in marg. A.* [b]) *add. A.*

[1]) *Cf. Job XLI. 6.* [2]) *Cf. Eccli. XXI. 10.* [3]) *Cf. Apoc. XVII. 1.* [4]) *Cf. Proverb. II. 17—18.* [5]) *Proverb. IX. 13—14.* [6]) *vide in vol. IV. tract. VI. de abominatione.* [7]) *Apoc. XVII. 5—6.* [8]) *vide tract. VI. de abominatione.* [9]) *vox haec sepius in biblia occurrit.* [10]) *Cf. Joann. VII. 35* (dispersio gentium). [11]) *Cf. II. Tim. III. 8* (reprobi circa fidem). [12]) *Cf. I. Joann. II. 15.* [13]) *Cf. Hebr. VI. 6.*

ad blasphemandum persequnturque miro modo et sub misterio suos conchristianos, quos viderint sibi dissimiles vel contrarios seu non consentaneos suis malis operibus, mirabilia nomina blasphemie et multipliciter ipsis inponendo. Que colleccio, ut scuta fusilia conpacta[1], alias dicta est esse corpus Antychristi, et is, qui pro tempore est pessimus yppocrita, christianus habundans iniquitate super omnes, iam glorians in sua malicia et existens potens iniquitate[2] et potestate terrena et auctoritate et inperio in spiritualibus, cui magis proprie conpetunt ea, que in psalmo 51[a]) consecuntur[3], ille est summus Antychristus et caput suorum membrorum pessimorum.

Que quidem synagoga peccancium christianorum aut corpus Antychristi tunc, quando ista scribebantur misteria Antychristi, puta in tempore apostolorum, iam habebat sua inicia et suum semen pessimum, veluti supra est notatum[4]. Nam idem Joannes in sua prima canonica ca° II° loquitur, ubi ponens differenciam membrorum Christi Jhesu et membrorum Antychristi, dicit[5]: „Qui dicit se in ipso (id est in Christo) manere, (puta dicit se esse christianum[b]), debet, sicut ille ambulavit, et ipse ambulare.“ Et paulo post specificat[c]), dicens[6]: „Qui diligit fratrem suum, in [f. 167[b]] lumine manet et scandalum in eo non est.“ Et tunc de Antychristis subdit[7]: „Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est et in tenebris ambulat.“ Et nota hic: Si quis gentilis vel Judeus et Sarracenus odiret christianum aut fratrem suum, licet esset extraneus inimicus, non tamen esset vel diceretur Antichristus, id est contrarius Christo vel contrarius christianus.

---

a) 51 *posterius add. A.* b) christianus *corr.* christianum *A.* c) - ci - *sub lin. add. A.*

1) *Cf. Job XLI. 6.* 2) *Cf. Psalm. LI. 3:* „Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?“ 3) *Cf. Psalm. LI. 4—6.* 4) *vide supra p. 21—28.* 5) *I. Joann. II. 6.* 6) *I. Joann. II. 10.* 7) *I. Joann. II. 11.*

## Capitulum duodecimum[a]).

*Quid est vel que est aut ex quibus generacio adultera et con cubina mistici Antychristi*[a]).

Quod autem Antichristus non sciat se esse Anty christum, pro eo mox subditur[1]): „Et nescit, quo vadat[b] quoniam tenebre obcecaverunt oculos eius.“ Et infra prosequen antychristeitatis condiciones, dicit[2]): „Nolite diligere mun dum neque ea, que in mundo sunt, quoniam omne, quod es in mundo, concupiscencia carnis est et concupiscencia oculorur et superbia vite, que non est ex patre, sed ex mundo est. E mundus transibit[c]) et concupiscencia eius. Qui autem facit vo luntatem dei, manet in eternum.“ Tunc sequitur intentum a id, quod assumptum est[3]): „Filioli, novissima hora est. Et sicu audistis, quia Antichristus venit, nunc autem Antychristi mul facti sunt, unde scimus, quia novissima[d]) hora est. Ex nobi prodierunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobi permansissent[e]) utique nobiscum.“

Ecce, Antychristus et corpus eius non venit d extraneis, sed venit de ecclesia Christi et congregatu de multitudine christianorum, qui amabant hunc mundum. E de istis talibus predicta scriptura[4]) accipitur, que erat de besti et meretrice magna super bestiam residente.

Non enim cura est spiritui Jhesu et scriptoribus ipsius lo qui vel scribere de illis, qui non sunt, vel de illis, qui extr sunt, videlicet de genti[li]bus vel Sarracenis, prout idem est eciam superius allegatum[5]). Nam dicit apostolus I. Cor. V.[6]): „Scrips vobis, inquit, in epistola, ne conmisceamini fornicariis. No utique fornicariis huius mundi aut avaris aut rapacibus au ydolis servientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Et infra ad propositum[7]): „Quid enim michi de hiis, qui foris iudicare? Nonne de hiis, qui intus sunt, vos iudicatis? Nam eos qui foris sunt, deus iudicabit.“

---

4) Nota totum bene *A.* 5) 1 Joh. 2° *A.* 26) 1 Cor. 5 *A.*

a) *ita A rubr.* b) eat *biblia.* c) transit *biblia.* d) - vi - *posteriu* *add. super lin. A.* e) *post corr. A.*

1) *I. Joann. II. 11.* 2) *I. Joann. II. 15—17.* 3) *I. Joann. II. 18—19* 4) *Apoc. XVII. 1.* 5) *vide supra p. 5—7.* 6) *I. Cor. V. 9—10.* 7) *I. Cor. V. 12—13.*

Item si ea, que in prophetis scripta sunt, bene intellecta conspiciantur, tunc notum erit, quod spiritus sanctus in[a]) scripturis gentes et extraneos transgressores non per meretricem vel mulierem fornicariam significavit, sed populum illum, qui fidem veri dei accipiens, per ipsam deo suo iam desponsatur, sicut scriptum est Oze. II° f.[1]): „Desponsabo[b]) te michi in fide, et scies, quia ego dominus.“ Tunc recedit a deo suo vero et fidem primam facit irritam[2]), sequens alios amatores et se huic mundo et pompis eius et concupiscenciis sue carnis substernendo, quod palam ex Salomonis proverbiis poterit contemplari, ubi dicit[3]): „Si intraverit sapiencia cor tuum et sciencia anime tue placuerit: consilium custodiet te et prudencia servabit te, ut eruaris a via mala et ab homine, qui perversa loquitur. Qui relinquunt iter rectum, et ambulant per vias tenebrosas, qui letantur, cum malefecerint, et exultant in rebus pessimis. Quorum vie perverse [sunt] et infames gressus eorum.“ Huc usque descripsit bestiam, id est bestiales christianos et meretricem concubinam Antychristi.

Nota, queso, hic ad propositum, quomodo ponit difficultatem sapiens eruendi a malignis christianis et ab eorum societate. Tunc dicit ad intentum[c]) presens[4]): „Ut eruaris, inquit, a muliere aliena et ab extranea[d]), que mollit sermones suos et reliquit ducem pubertatis sue et pacti dei sui oblita est.“ Ecce, quam expresse hoc proverbium designat per mulierem malam fornicariam solum illos, qui accepta fide a deo et coniuncti Jhesu Christo sunt alienati et fidem corruperunt, dehinc aliis quoque presentibus et futuris positi in ruinam. Quod limpidius et per aliud proverbium intelligere poteris, ubi dicitur[5]): „Dic sapiencie: Soror mea es, et prudenciam voca amicam tuam[e]), ut custodiat te a muliere extranea et ab alinea.“ Hic nota, quod antychristiani, licet sint solo numero in ecclesia vel prodierint de multitudine ecclesie, tamen sunt merito et suis

6) Ozee 2° *A.* 11) Prover. 2° *A.* 19) Difficultas eruendi a malignis christianis *A manu posteriore.* 29) Proverb. 7 *A.* 31) Bene nota *A manu coaeva.*

a) *add. A.* b) Et sponsabo *biblia.* c) *post. corr. A.* d) extranea *biblia;* extrenana *(sic) A.* e) meam *corr.* tuam *A.*

1) *Oseae II. 20.* 2) *I. Tim. V. 12* (primam fidem irritam fecerunt). 3) *Proverb. II. 10—15.* 4) *Proverb. II. 16—18.* 5) *Proverb. VII. 4—5.*

studiis alieni et extranei, ymmo contrarii Jhesu Christo. „Qu verba sua facit dulcia“ [1]). Hic adverte, quod yppocrite exhiben se humanos et dulces in sermone solum [f. 168[a]] [et] pro questu et hoc ipsum reputant pietatem. Pro eo dominus dicit ipsos in vestitu ovium advenire, sed intrinsecus esse lupos rapaces [2]) Nota autem singula, que in proverbio de muliere et iuvene Salomon prosequitur usque ibi [3]): „Non est enim vir in domo sua abiit in via[a]) longissima“, ubi tam lucide, ut contradici nequeat designat parabola per mulierem gentem apostatricem christianorum dissolutorum, que sua carnali vita et mundana, aliena a[b] passionibus Jhesu Christi, vehementer blanditur et allicit Christ parvulos et presertim illos, qui stant in angulo platearum, id est inter viam amplam, que ducit ad perdicionem, et multi sunt qui per eam gradiuntur, et inter viam artam, que ducit ad vitam et pauci sunt, qui per eam veniunt [4]), — illos, inquam, qui ne sunt frigidi, neque calidi, sed tepidi [5]), qui[c]) cum hoc, quod mundus et caro eis conplacet, volunt tamen nichilominus Christo Jhesu conplacere. Post hec ut hanc corruptam turbam carnalem ex hiis [esse] concubinam Antychristi vel ipsum Antychristum possis conicere, adverte, quod ubique Salomon, loquens de muliere meretrice sub parabola, prius semper de sapiencia vera et virtute facit diligenter mencionem et, prout IX°. ca° habetur [6]), postquam de sapiencia et domo et mensa et ancillis et invitata ipsius ad mensam disputavit, extimplo [7]) e regione loquitur de muliere meretrice clamosa et stulta, similiter et ipsa parvulos et vecordes ad suas aquas furtivas et ad panem absconditum invitante.

Additis igitur illis, que in prophetis de mulieribus meretricibus proponuntur, quomodo scilicet ubique per mulierem meretricem volunt populum apostatantem a fide accipi et intelligi, quid aliud et in hoc loco Apok[alypsis] [8]), quem tractare assumpsi, intelligere poteris magnam[d]) mulierem fornicariam, nisi magnam multitudinem dilatatam superborum, que reliquit ducem pubertatis sue, id est Jhesum crucifixum, et pact

5) Mt. 7 *A.* 22) Proverb. 9 *A.*

[a]) *post corr. sup. lin. A.* [b]) *sup. lin. A.* [c]) quibus *corr.* qui *A.* [d]) per magnam *corr. posterius* magnam *A.*

[1]) *Proverb. VII. 5.* [2]) *Cf. Matth. VII. 15.* [3]) *Proverb. VII. 19.* [4]) *Cf. Matth. VII. 13.* [5]) *Cf. Apoc. III. 16.* [6]) *Cf. Proverb. IX. 1. 2. 3* [7]) *Cf. Proverb. IX. 13 sq.* [8]) *Apoc. XVII. 1 sq.*

dei sui oblita est[1]). Que magna meretrix ideo utique dicta est, quia maxima et ultima est eius iniquitas, vel ideo, quia ipsius infinita numerositas, prout veritas, utrumque horum conplectens, dicit[2]): „Et habundavit iniquitas“, ecce prima causa, „et refrigescit caritas multorum“, ecce secunda; vel ideo dicitur magna meretrix in conparacione precedencium minorum meretricum, scilicet decem tribuum et dominarum, que similiter, ut dictum est, dicte sunt in Ezechiele a domino meretrices[3]).

## Capitulum decimum tercium[a]).

*Quam sit monstruosa et[b]) admirabilis fornicaria mistici Antichristi et cruenta a crudelitate sua[c]).*

Verumtamen ad persuasionem istius, scilicet quod hic per magnam meretricem significetur multitudo yppocritarum presens et colligata, maxime monet id, quod ewangelista dicit[4]): „Et miratus sum, inquit, cum vidissem illam, admiracione magna“, quoniam ewangelista, in spiritu dei existens, non in tantum multitudinem gentilium vel Sarracenorum vel iniquitatem ipsorum fuisset admiracione admiratus, tum quia illud erat antiqum et non dignum admiracione, tum quia, ut dictum est[5]), illi foris sunt et nichil ad ewangelistam de ipsis, tum quia sunt et semper fuerunt possessio demoniorum sine ulla novitate. Cum igitur ewangelista vidit in spiritu presentem et magnam et latissimam multitudinem christianorum impiorum, precipue yppocritarum, tam longe suis primitivis contrariam et alienam, et in tantum iniquitate habundare et pessima crudelitate, ut videret in spiritu eam esse ebriam de sanguine sanctorum et de sanguine martirum Jhesu, et quod est mirabilius, omnem iniquitatem[d]) et crudelitatem facere sub speciebus sanctitatis et nimis seductorie et operte, ut, quamvis male faciens, tamen „arbitretur se in illis deo obsequium conprestare“[6]): illa plane digna sunt admiracione non ipsi ewangeliste tantum, sed et angelis dei et hominibus. Quod bene intellexit

---

4) Mt. 24 *A*. 12) Nota totum bene *A*. 15) Apoc. 17 *A*.

a) *ita A rubr.* b) *super lin. add. A.* c) *ita A rubr.* d) *post corr. A.*

1) *Cf. Proverb. II. 17—18.* 2) *Matth. XXIV. 12.* 3) *Cf. Ezechiel. XXIII. passim.* 4) *Apoc. XVII. 6.* 5) *Cf. I. Cor. V. 12 (v. supra p. 178).* 6) *Cf. Joan. XVI. 2.*

Sapiens Ecclesiastici XXXVII°, dicens[1]): „Omnis amicus dicet: Et ego amiciciam copulavi, sed est amicus solo nomine amicus.“ Et loquitur de yppocritis et iniquis christianis[2]): „Nonne tristicia inest usque ad mortem? Sodalis autem et amicus ad inimiciciam convertentur.“ Et tunc ad propositum[3]): „O, presumpcio nequissima, unde creata es cooperire aridam maliciam et dolositatem illius? Sodalis amico suo coniocundabitur[a]) in oblectacionibus et in die[b]) tribulacionis adversarius erit. Sodalis amico [condolet] causa ventris et contra hostem capiet scutum.“ Similiter ista admiracione et veritas fuit arrepta, quando dixit[4]): „O, generacio prawa et adultera, usquequo paciar vos? Quamdiu ero vobiscum?“

Numquid[c]) non stupendum cuipiam esse apparebit, quod illi, qui Christum Jhesum confitentur se nosse, sibi acclamantes: „Domine, domine“[5]), cum hoc tamen membra Christi et fratres suos persecuntur et tyranice trucidant, et amplius illos, qui magis Jhesum Christum[d]) crucifixum invocant et magis ardue quam ipsi imitantur? Aut[e]) [non] videbitur illud plenum esse admiracione et extasi, quod christiani habentesque fidem, quod a Jhesu crucifixo sunt redempti, et expectantes a Jhesu [f. 168[b]] finaliter salvari, accipientes ipsius sacramenta, et corpus et sanguinem manducantes, et ecce, itidem „veloces pedes habent ad effundendum sanguinem“[6]), ymmo infinitas strages suorum [con]christianorum faciunt, similiter ut ipsi Christum Jhesum querencium et invocancium[f]), eadem sacramenta ecclesie frequentancium?

Unde tanta bella christianorum contra christianos modo precesserunt et adhuc non desistunt et tanta et infinita effusio sanguinis ipsorum et precipue illorum, qui sunt iusti et innocentes, ut numquam ab origine ecclesie tanta

---

1) Eccli. 37 *A.* 11) Mt. 12/16 *A.* 13) Nota bene *A.* 13) Ymagines *D 2 in marg. fol. superiore.* 16) Persecucio christianorum *D 2.* 27) De bellis et occisionibus multis *A.*

[a]) coniocundatur *biblia.* [b]) tempore *biblia.* [c]) *contin. D 1. 2.* [d]) *om. D 2.* [e]) hanc *D 1. 2.* [f]) invocacionum *false A.*

[1]) *Eccli. XXXVII. 1.* [2]) *Eccli. XXXVII. 1—2.* [3]) *Eccli. XXXVII. 3—5.* [4]) *Matth. XVII. 16* (generatio incredula et perversa). [5]) *Cf. Matth. VII. 22.* [6]) *Rom. III. 15.*

bella et tanta effusio precesserit gentilium vel aliorum[a]) extraneorum contra christianos, et multo plures hodie cadunt gladio christianorum a conchristianis[b]), quam umquam prius mortes martirum precesserunt ab inperatoribus et paganis[c]).

Hiis autem facile assenciet, si quis bella moderna commemoret. Verbi gracia occisio Romanorum a Francigenis[1]), occisio Lambardorum[d]) alterutrum[2]), occisio Francigenarum et Anglicorum ad invicem[3]), occisio Framingorum[e]) a se invicem et a Francis[4]), occisio Brabantinorum a Renensibus[f])[5]) et e contrario occisio Australium a civitatibus inperialibus, occisio infinitorum in bello inter civitates Inperii et magnates Bavarie, Austrie et Reni seu[g]) inter gentes eorum altrinsecus[6]), in tantum, ut communi fama sit celebratum, quod Bavari de pueris et lactentibus solum christianorum a conchristianis iugulatis et varie peremptis multos currus adinplentes, ad suos magnates deduxerunt ad monendum eorum super seipsos pietatem. Quantus autem sanguis christianorum a christianis sit nostris temporibus[h]) effusus in regnis Hyspanie, in regno Napolye, Sicilie, Tuscanie, Ytalie, dehinc a Rave(nen)sibus[i]), Pysanis, Venetis[k]), in regno Ungarie, Boemie, Polonie, Prussye, et sic de aliis, — quis hominum satis explanare sermone vel pensare animo poterit, aut hec talia cogitans, tantam et talem christianorum adversum

---

5) Verbi gracia Romanorum, Lombardorum *A manu posteriore.*
18) Sanguis christianorum effusus a christianis *A manu posteriore.*

a) alienorum *corr.* aliorum *A; om. D 1. 2.* b) christianis *D 2.* c) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Moderni itaque crudelissimi, *v. infra p. 187, lin. 2.* d) *ita A.* e) *ita A.* f) *post corr. A.* g) *post corr.* A. h) *in marg. add. A.* i) *post corr. A.* (Ranmesibus). k) Venetivis *(sic) A.*

1) *i. e. bella, quae sunt gesta a Guelphis et Ghibellinis contra comitem Rogerium de Beaufort seu antipapam Gregorium XI (1370—1378).* 2) *videlicet in bellis, quae Johannes Galeas Visconti gerebat contra sobrinum suum Bernabam de Visconti (1385), contra Scaligeros de Verona et Vicentia, contra Carrarenses de Padua, etc.* 3) *haec sunt bella, quae dicuntur centum annorum.* 4) *auctor alludit hic verisimiliter bellis, quae saeviebant inter civitatem Gandensem ducibus Jacobo et Ludovico de Altervelde et comites Flandriae civitatemque Brugensem.* 5) *v. bella, quae Brabantinorum ducissa Johanna gerebat cum duce Gueldrensi auxiliante Filippo Temerario.* 6) *quae omnia sunt bella tempore Ligae Suevicae gesta. — De omnibus bellis, quorum hoc loco, prout et infra, auctor mentionem facit, vide in generali Lavisse et Rambaud „Histoire générale", t. III. P. 1894; quantum Germaniam attinet, v. S. Riezler, Geschichte Baierns, t. III (1347—1508). Gotha 1889, cap. 1—3.*

invicem debachacionem et horrendam depopulacionem alterutrum, quis rogo non mirabitur nimis et contabescet in eo anima eius pre stupore, presertim conparans hos tales modernos christianos et ipsorum totam habitudinem circumquaque et colligacionem assimilatam in[a]) universitate omnium criminum et habundanciam cuiuslibet iniquitatis ad ecclesiam sanctorum primitivam, indutam omni virtute et in tantum dei spiritu unitam in fraterna caritate, quod erat credencium omnium cor unum et anima una[1])?

## Capitulum decimum quartum[b]).

*De magna iniquitate et dampnacione mistice meretricis[c]) Antychristi[d]).*

Quicumque itaque hec et similia fideliter pensare voluerit, patulo intelliget, que est dampnacio magne meretricis, et quam merito sit Johannes admiratus admiracione premaxima super visione istius mulieris „ebrie de sanguine sanctorum et martirum Jhesu“[2]). Quod si libet reminisci proprietatem crudelitatis facciose scribarum et Phariseorum nec non aliorum Judeorum in tempore occisionis Jhesu Christi, facilius relucebit ista ebrietas mulieris a sanguine sanctorum modernorum, quoniam Judeorum tunc erat hoc proprium, quod sanctos iam mortuos nimis celebriter honorabant et pro eo prophetarum edificabant sepulchra et ornabant iustorum monumenta[3]). At, hoc sanctis dudum defunctis facientes, sanctos conviventes crudeliter trucidabant, et prophetas suos fideles et magistros usque ad mortem persequentes[4]). Illos, puta[e]) sublatos per mortem, sanctificabant, istos, secum viventes, dignos morte acclamabant, eorum sanguinem sicientes; et ita Moysen et Aaron et alios prophetas iustificabant et laudabant, de ipsis gloriantes, et Jhesum, dominum prophetarum, et suos scribas et sapientes crudeliter occidebant. Propter quod dixit ipsis veritas[5]): „Ve vobis,

---

13) Nota totum *A.* 19) Judeorum proprium erat, quod sanctos mortuos magis celebriter honorabant *A manu posteriore.* 26) Mt. 23 *A.*

a) et ass. in *corr. A.* b) *ita A rubr.* c) meretrix *corr.* meretricis *A.* d) *ita A rubr.* e) *post corr. A.*

1) *Cf. Act. IV. 32.* 2) *Cf. Apoc. XVII. 6.* 3) *Cf. Matth. XXIII. 29.* 4) *Cf. Matth. XXIII. 34.* 5) *Matth. XXIII. 29–37.*

scribe et Pharisei ypporite, qui edificatis sepulchra prophetarum et ornatis monumenta iustorum. Et dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine prophetarum. Itaque testimonio estis vobismet ipsis, quia filii estis eorum, qui prophetas occiderunt. Et vos inplete mensuram patrum vestrorum. Serpentes, genimina vipperarum, quomodo fugietis a iudicio gehenne? Ideo ecce, ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas, et ex illis occidetis et crucifigetis, et ex eis flagellabitis in synagogis vestris et persequemini de civitate in civitatem: ut veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram[a]), a sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zacharie, filii Barachie, quem occidistis inter templum et altare. Amen dico vobis, venient hec omnia super generacionem istam. Jerusalem, Jerusalem, que occidis prophetas et lapidas eos, qui ad te missi sunt", et cetera.

[f. 169a] Pensanda itaque sunt hic verba Jhesu crucifixi pro ebrietate intelligenda nunc debachantis meretricis. Dicit enim Jhesus ad Judeos: „Vos inplete", id est inplebitis, „mensuram", supple crudelitatis et effusionis sanguinis sanctorum corporaliter, videlicet Christum suum et ipsius apostolos occidendo, „patrum vestrorum", scilicet qui similiter ut vos, sanctos prophetas ad se missos occiderunt. Ubi nota, quod si ecclesia apostatrix Judeorum inplevit mensuram effusionis sanguinis patrum suorum, qui prophetas occiderunt, tunc ecclesia apostatrix christianorum, cuius est modo maxima multitudo et latitudo in hoc mundo, non quidem inplet mensuram sanguinis, sed super omnem mensuram sanguinis effusi per Judeos, gentiles, exundat, persequendo sanctos Christi et occidendo[b]). Et in veritate ita esse experimur, quod iam puta non tantum inplentur sanguine vel saciantur, sed super omnem mensuram inebriantur crudeles christiani, sicut scriptum est Osee 4[c])[1]): „Homicidium et adulter[i]um inundaverunt et sanguis sanguinem tetigit", quoniam ista est iusticia dei, ut hii, qui mortem Jhesu sunt obliti et fratres suos odiunt et imitatores Jhesu obprobriis[d]) et crudelitate persecun-

32) Osee 4 *A.*

[a]) *add. in marg. A.* [b]) occidente *corr.* occidendo *A.* [c]) Osee 4 *posterius add. A.* [d]) et *praecedit in A, sed postea del.*

[1]) *Oseae IV, 2.*

tur, ut inhebrientur sanguine, quem siciunt, et „omnis sanguis veniat super eos, qui effusus est a sanguine primi iusti usque ad ultimum". Et pro eo scriptum est Apok. XVI. c.[1]): „Justus es, domine, qui es et qui eras sanctus, qui hec iudicasti, quia sanguinem scribarum et prophetarum [ef]fuderunt, et sanguinem dedisti eis bibere. Digni enim sunt."

Et ex istis collige dampnacionem istius magne meretricis, quam sit admirabilis et stupenda et super omnem dampnacionem. Nam licet magna dampnacio fuerit Judee meretricis, quia Christum suum et sponsum corporaliter et inscie occidit, inextricabiliter maior istius meretricis ex christianis iniustis conpacte, quia Jhesum crucifixum, deum et dominum pro se mortuum, spiritualiter et scienter in seipso, sicut scriptum est Hebr. sexto[a])[2]): „Rursum crucifigentes in semet ipsis Christum Jhesum[b]) et ostentui habentes", simul et corporaliter ipsum occidit et persequitur in suis conchristianis, sicut scriptum est Mt. 25[c])[3]): „Quod[d]) uni ex minimis meis fecistis, michi fecistis." Judea meretrix semel occidit et amplius non habuit, quid faceret, sed ista magna meretrix occisum pro se occidit et crucifixum crucifigit, consputum conspuit, mortuum pro se mortificare non desistit. Et pro eo scriptum est[4]): „Quoniam, quem tu percussisti, persecuti sunt. Et super dolorem wlnerum meorum addiderunt." Et propterea ad dampnacionem huius magne meretricis proprie proponitur querulose contra eam a domino crucifixo Ysaie I.[5]): „Audite, inquit, celi, et auribus percipe, terra, quoniam dominus locutus est. Filios enutrivi et exaltavi: ipsi autem spreverunt me." Et paulo post[6]): „Ve genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis: dereliquerunt dominum, blasphemaverunt sanctum Israhel, abalienati sunt retrorsum." — Eya, karissime, pensa, si hec singula quemquam alium populum respiciunt magis proprie quam populum indignum, solo nomine christianum? — Et tunc ad propositum[7]): „Super quo, inquit, percucia[m] vos ultra addentes prevaricacionem?"

3) Apoc. 16 *A.* 7) Nota bene *A.* 14) Heb. 6 *A.* 17) Mt. 25 *A.* 21) Ps. 68 *A.* 25) Esaie primo *A.*

a) sexto *posterius add. A.* b) filium dei *biblia.* c) 25 *posterius add. A.* d) quamdiu *biblia.*

1) *Apoc. XVI. 5—6.* 2) *Hebr. VI. 6.* 3) *Matth. XXV. 40.* 4) *Psalm. LXVIII. 27.* 5) *Isaiae I. 2.* 6) *Isaiae I. 4.* 7) *Isaiae I. 5.*

Adde hiis pro intelligenda dampnacione magne meretricis, quod moderni[a]) crudelissimi ficti christiani iam hoc sibi pro testamento firmaverunt, ita ut dici vel fieri contrarium sit nephas, quod puta sanctos in celis summis honoribus prosequendo, sanctos christianos proximos et conviventes persequuntur; sanctos conviventes spoliant, et mortuorum sanctorum ossa auro et argento vestiunt; apostolos et alios predicatores iam mortificatos sanctificant, et predicatores fideles et suos sacerdotes sibi conviventes condempnant et mortificant; tota die iustos in celis glorificant, quod quidem bene factum esse sine dubio est ostensum, sed hoc pessimum illi admiscent, quod sanctos conviventes et Christo Jhesu[b]) obsequentes conspuunt, blasphemant et varie inhonorant[c]). Et perinde nimium ymagines et statuas sine vita sanctorum in celis et sepulchra honorant et predicant ea adoranda, sed ymagines dei vivi, puta suos proximos nullius esse honoris parvipendunt. „Ve vobis, scribe et Pharisei yppocrite, qui edificatis", etc. [1])

## Capitulum decimum quintum[d]).

„Itaque testimonio estis vobismet ipsis, quia filii estis eorum, qui prophetas occiderunt" [2]).

Unde notandum, quod hic filiacio intelligenda est secundum imitacionem nature et operum, sicud alibi dominus ad Judeos dicit Jo. [f. 169[b]] [3]): „Vos ex patre dyabolo estis, et ideo opera eius[e]) wltis facere. Ille homicida erat ab inicio." Et sic isti dicti sunt filii homicidarum, quia sic homicide primorum sanctorum et prophetarum ab antiquo faciebant. Et similiter loquebantur, extollentes sanctos et prophetas iam glorificatos, veluti Moysen et Aaron, et trucidabant et persequebantur sanctos et prophetas conviventes, utpote Ysaiam et Yeremiam et alios prophetas coetaneos. Et ita dicebant, inputantes illis, qui erant in tempore Moysi inobedientes ei et fratri suo Aaron: „Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non fuisse-

2) Veneratio sanctorum *D 2 in marg. fol. super.* 4) Christiani sanctos in celis summis honoribus prosequuntur, sanctos christianos proximos trucidant *A manu poster.* 23) Joh. 8 *A.*

[a]) Moderni itaque *contin. D 1. 2.* [b]) Jhesus *corr.* Jhesu *A.* [c]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Sancti in patria, *v. infra p. 188, lin. 6.* [d]) *ita A rubr.* [e]) desideria patris vestri *biblia.*

[1]) *Matth. XXIII. 29.* [2]) *Matth. XXIII. 31.* [3]) *Joann. VIII. 44.*

mus socii eorum in sanguine prophetarum“ [1]). Et hoc dicentes occidebant Ysaiam et lapidabant Jeremiam.

Cause autem, quare sunt illius condicionis yppocrite, quod puta sanctos modernos vorant et occidunt, et pristinos iam comestos extollunt laudibus, paulo post subiungentur. Et tamen hic pro infra dicendis [a]) est fideliter advertendum, quod sancti [b]) in patria presertim probati et canonizati ab ecclesia catholica meritorie et salubriter coluntur seu venerantur a Christi fidelibus cultu sibi debito, quem Greci „duliam“ consueverunt nunccupare. Sic namque dei ecclesia sancta ordinavit [c]). Sed quidquid dicetur de cultu sanctorum in celis ab yppocritis facto et exercito, non pro eo dicetur, quod in hoc male faciant yppocrite, quod puta sanctos in celis venerantur, sed magis pro eo, quod sanctos conviventes, puta modernos probos [d]) et devotos conchristianos negligunt, contempnunt, blasphemant et persequntur, mencientes omne malum contra eos, nichilominus cum hoc de cultu splendido et multiplicato, precise corporali, sanctorum in patria sibi ipsis blandientes et de ipsis gloriantes. Hoc namque argue et iudica [e]) paulo ante assumptum Christi inquientis [2]): „Ve vobis, scribe et Pharisei yppocrite“, etc.

Similes igitur [f]) sunt tales yppocrite [g]) venatoribus, qui predam persequntur, ut occidant et degluciant, et cum comesta fuerit, commendant cibum, quia bonus erat, et animantur amplius ad venandum. Et [h]) pro eo scriptum est [3]): „Qui recedit [i]) a malo, prede patuit.“

Similiter similes sunt emptoribus subdolis, qui cum emunt aliquid, dicunt: „Malum est, malum est.“ Et cum emerint, tunc commendant id, quod emptum est. Sicud [k]) scribitur Proverb. 20 [l]) [4]): „Malum est, malum est, dicit omnis emptor.“

Item similes sunt Romanis, qui suos principes et cezares

22) Christiani yppocrite similes sunt venatoribus et emptoribus infidelibus *A manu posteriore.* 30) Prover. 20 *A.* 31) Romanis *A.*

a) scripta *corr.* dicendis *A.* b) *contin. D 1. 2.* c) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Similes sunt tales ypocrite, *v. infra lin. 22.* d) *corr. A.* e) *ita A.* f) *om. D 1. 2.* g) *om. D 1. 2.* h) Et — patuit *om. D 1. 2.* i) recessit *biblia.* k) Sicud — emptor *om. D 1. 2.* l) 20 *posterius add. A.*

1) *Matth. XXIII. 30.* 2) *Matth. XXIII. 29.* 3) *Isaiae LIX. 15.* 4) *Proverb. XX. 14.*

crudeliter occidebant, et postquam occisi ab eis fuerant, tunc inter deos sua opinione eosdem locaverunt et eorum ymagines extollebant.

Item similes sunt paganis, qui suos pueros crudeliter cremabant, et dehinc post mortem beatificabant[a]).

Causa autem pocior, quare yppocrite sanctos in celis colunt et cum hoc sanctos modernos persequntur, est cecitas et tenebre eorum, quas in eis deus huius seculi, id est dyabolus operatur, ut eos a veritate preceptorum dei tremendorum abducat et obducat eorum depravatum intellectum cum fabulis, que nichil prodesse potuerunt in die malo. Et illud est, quod dominus dixit ad Judeos se captivantes[1]): „Cottidie aput vos [sedebam], in templo docens, et non me tenuistis, sed et hec est hora vestra et potestas tenebrarum."

Wlt enim per hoc dyabolus abducere homines [a] preceptis[b]) divinis, que solum et maxime data sunt in nostris proximis exercenda. Ideo[c]) inducit odium vel contemptum proximorum, vel extinguit dileccionem, ut sic inveniamur divinorum preceptorum transgressores.

Inducit[d]) autem ad valde extollendum sanctos in celis, de quibus et propter quos non tamen sunt mandata dei constituta, quemadmodum pro sanctis in vita hac nobis proximis; neque sancti in celis sunt nostri proximi amplius quoad statum presentis vite, in quo decem precepta dei sunt exercenda, sed valde remoti, quia dudum mortui et translati, et quia iam non sunt in carne nobiscum, sed solum in spiritu et iam iamque merendi extra statum[e]). Item quia ad extollendos sanctos proximos et nobis conviventes habemus exercicia magnarum virtutum diversarum et omnium meritorum, ut est iusticia et iudicium et opera misericordie, ut pietatem, mansuetudinem et multa similia, quia talibus nostri proximi vene-

---

4) Paganis *A*. 6) Causa *A*. 6) Nota diligenter de sanctis colendis *A manu coaeva*. 12) Mt. 26 *A*. 23) Sancti mortui non sunt nostri proximi quoad quid *A manu posteriore*.

a) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Ideo enim inducit dyabolus odium, *v. infra lin. 20*. b) acceptis *corr.* preceptis *A*. c) Ideo enim inducit dyabolus *contin. D 1. 2.* d) Inducit autem valde ad extollendum *D 1*. Inducit autem valde extollendum *D 2*. e) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Cultus tamen sanctorum, *v. infra p. 191, lin. 13*.

1) *Matth. XXVI. 55 et Lucae XXII. 53.*

rantur, et illa sunt deo grata et proximis nostris utilia, certa et approbata ex canonicis scripturis, que homo faciens, non exequitur fabulas, sed solidam veritatem. Sed ad venerandum sanctos in celis et collendum nulla sunt exercicia dei preceptorum, nisi forte ut nomina [f. 170a] eorum in vanum non assumantur et quod digne venerentur laudando deum in sanctis eius virosque gloriosos laudando in deo et parentes nostros iuxta decretum sapientis[1]) secundum morem sancte ecclesie dudum tentum et probatum. Iste autem virtutes in laudando eosdem et collendo non exercentur, puta misericordia et iudicium, humilitas, castitas, paciencia, benignitas et similia, quemadmodum exercentur in collendo sanctos conchristianos nunc viventes.

Et ideo ad serviendum sanctis in celis sunt infinite supersticiones, doctrine et adinvenciones hominum in ecclesia multiplice ab huiusmodi yppocritis [invente] atque introducte, non quidem publice secundum viam spiritus sancti, sed private et ex sensu proprio et „tumore sui animi"[2]), que in nullo promovent dei precepta utilia, que oportet fieri, ut est misericordiam et iudicium, et dei sacramenta, ut est crebram peccatorum confessionem et crebram Christi corporis et sanguinis sumpcionem; neque in ullo expediunt virtutes gratas et perfectas Christi Jhesu, sed magis sunt inpeditiva plurimum a talibus et abstractiva ab eisdem. Et ista talia sunt divagaciones per mundum secundum propria desideria, precise per dedicaciones templorum, per indulgencias quasdam confictas et *(sic)* quorumdam et per hoc lucra sua querencium, ut eciam sunt quedam supersticiosa ieiunia, multe observaciones dierum et kalendarum, non a sancta ecclesia firmate, multiloquia in psalmodiis et in oracionibus cum intencione quadam corrupta et fabulosa adiuncta, que nichil prorsus conferunt ad precepta dei adinplenda vel virtutes exercendas, licet tamen plurima talia et similia hiis, qui diligunt deum, „cooperentur in bonum"[3]). Sed homines peccatores et yppocrite in talibus sibi blandiuntur, in illis suam iusticiam constituentes, alias non habentes domini Jhesu dileccionem. Que tamen sunt in se solum extrinsece et corporales

---

24) Colunt sanctos moderni (per) divagaciones per mundum, (per) dedicaciones, per ieiunia supersticiosa, per mult(as) observaciones dierum et kalendarum *A*.

[1]) *Cf. Eccli. III. 8.* [2]) *Cf. Deuter. XVIII. 22.* [3]) *Cf. Rom. VIII. 28.*

ac private invenciones hominum. De quibus dicit apostolus Thy(mothe)i[1]): „Corporalis exercitacio ad modicum utilis est, sed pietas ad omnia valet, permissionem habens presentis vite et future.“

Item exemplum virtutis potens, vivum et efficax, et emendacio vite peccatorum est in sanctis nobis conviventibus, sed sancti in celis sunt exemplum bonorum, sed nimis remotum et altum ac semotum ab oculis. Et ideo, hoc sciens, dyabolus nititur inducere in contemptum vitam et mores modernorum, ut per hoc peccatores non edificentur, et inducit in veneracionem sanctorum in celis, ut perinde glorientur et spem sibi promittant, sed inanem, si tamen ea fiunt sine Christi caritate; alias, ut dictum est iam sepe, cultus[a]) sanctorum in celis et veneracio est deo grata et salubris christianis. Et quia wlt dyabolus gloriam Jhesu crucifixi vel minui vel[b]) obfuscari vel aufferri per hoc, quod inducit multos, ut in sanctis hominibus in celis glorientur et spem suam indebite reponant equiparando sanctos Jhesu Christo, in[c]) quo fit iniuria deo vero et domino Jhesu Christo, puta si cultu eodem vel gloria simili vel equali aut maiori creaturam sicut creatorem quisquam collat[d]) et laudet, equaliter vel magis, [si] quis amet vel timeat aliquem de sanctis, sicut ipsum deum verum et dominum Jhesum Christum, quoniam ipse dicit per prophetam: „Gloriam meam alteri non dabo“: quamobrem neminem wlt deus in sanctis patribus vel hominibus tali forma gloriari, sed in deo, sicut scriptum est 2 Cor. 10[e])[3]): „Si quis gloriatur, in domino glorietur.“ Item Johannes Baptista ad Phariseos Jo. 8[f])[4]): „Et ne velitis dicere: Filii Abrahe sumus. Potens est enim deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahe.“ Johannes ewangelista de Johanni Baptista Jo. 1° dicit[5]): „Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine.“ Tunc notanter addit de

---

2) 1 Thimo. 4 *A.* 5) Sancti conviventes sunt nobis exemplum (utile) *A manu posteriore.* 7) Sancti in celis exemplum bonorum *A.* 24) Esa. 42 *A manu poster.* 26) 2 Cor. 10 *A.* 27) Joh. 8 *A.* 30) Joh. 1 *A.*

a) Cultus tamen *contin. D 1. 2.* b) *post corr. A; infra* aufferre *A.* c) in — Jhesu Christo *om. D 1. 2.* d) colet *D 2.* e) 2 Cor. 10 *posterius add. A.* f) Joh. 8 *posterius add. A.*

1) *I. Tim. IV. 8.* 2) *Isaiae XLII. 8.* 3) *II. Cor. X. 17.* 4) *Cf. Joann. VIII. 39, sed verba sequentia recte de Matth. III. 9. assumpta sunt.* 5) *Joann. I. 8.*

Jhesu[1]): „Erat lux vera, que illuminat omnem hominem.“ Ind Paulus ad Corinthios[2]): „Nonne adhuc carnales estis et carna liter iudicatis, cum dicitis: Ego sum Pauli, ego Cephe, ego au tem Apollo. Quid enim est Paulus et quid Apollo? Servi eiu qui vos redemit.“

## Capitulum decimum sextum[a]).

Ad tales igitur yppocritas solum et maxime tales horren dum ve dampnacionis, videlicet eterne, est per Christur dudum decretum iam et promulgatum; qui spiritum Jhesu cru cifixi non habentes, omnia exercicia in religione christiana a corporalem precise observanciam et sua lucra digesserunt e cuidam servituti timoris penosi et crudelis subegerunt; quo divinus sermo „atrium forinsecus templum existens“ appellavi visionibus Johannis in secretis[3]); quod atrium admensurari ip templo est prohibitum, sed expositum gentibus, id est genti liter viventibus ad conculcandum. Ad tales, inquam, dicit Chri stus: „Ve vobis, scribe, Pharisei yppocrite, qui edificatis se pulchra prophetarum“, Mt. XXIII°[4]).

Notandum est itaque hic principium, quod mox a prin cipio ab Adam due generaciones sibi valde advers inceperunt in tantum, quod una semper occidit aliam, quo mox in primis duobus filiis [f. 170b] Ade est figuratum, vide licet Cayn et Abel. Quarum una est ecclesia sanctorur et alia ecclesia malignancium.

Generacio nequam hic in mundo est prior, quia Cayr primogenitus homicida, invidus, crudelis, est in suo loco propric quia [est] in hoc mundo, ad quem nequam angeli et homine expulsi, quamdiu electi, non colligentur. Est semen serpenti quia serpente temptatore Ewe inceperunt. Imitatur ymaginer et similitudinem serpentis quoad animum, quia sunt genimin

---

2) Cor. 3° *A.* 19) Nota totum *A manu coaeva.* 22) Figura occ sionis christianorum in Cayn et Abel. Gen. 4 *A manu posteriore.*

a) *ita A rubr.*

1) *Joann. I. 9.* 2) *I. Cor. III. 3—4; ultima phrasis de loco bibliae i dicato non provenit.* 3) *Cf. Apoc. XI. 2.* 4) *Matth. XXIII. 29.*

vipperarum. Unde dominus Mt., ubi supra[1]): „Serpentes, genimina vipperarum.“

Generacio querencium dominum est posterior, quia Abel iustus et innocens, offerens deo suo in simplicitate, fuit posterius genitus. Est in loco non suo et per consequens in exilio, quia locus hominis a principio paradysus voluptatis[2]), non hic mundus. Sed semen mulieris vel hominis, quia imitatur primam innocenciam sue nature humane, imitatur similitudinem et ymaginem suam primam[3]), scilicet filii dei, id est sapienciam, virtutem et veritatem.

Generacio nequam in hoc loco est valde uber et prolificans, sicut fenum et urtice in terra, Psalmus[4]): „Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum“, quia est in sua terra et in suo loco proprio, scilicet carnis et sanguinis, puta adhuc in hoc mundo corporali.

Generacio sanctorum est valde inuber et sterilis secundum statum huius vite, non a se fit, sed ex dono et promissione, sicud terra non ex se parit triticum. Exemplum de Seth, Enoch, Noe, Abraham, Ysaac, etc., et principaliter de Ysaac et de[a]) Yacob[5]), quia eciam non sunt de hoc mundo. Unde dominus Jo. 8[b])[6]): „Vos de hoc[c]) mundo non estis, sicut et ego non sum de hoc mundo.“

Generacio nequam subito multiplicatur et sine numero — Ecclesiastes[7]): „Stultorum infinitus est numerus“ — et sine ullo ordine, Psalmus[8]): „Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt.“

Generacio sanctorum [multiplicatur] valde successive et in certis et descriptis temporibus, quia quecumque a deo sunt ordinata, sunt ordinate et in certo numero. Sapiencie[9]): „Omnia in numero, pondere et mensura disposuisti.“

---

12) Ps. 11 *A.* 21) Joh. 8 *A.* 24) Eccs. 1 *A.* 25) Ps. 13 *A.* 29) Sapiencie 11 *A.*

[a]) *sup. lin. add. A.* [b]) 8 *posterius add. A.* [c]) *super lin. add. manu auctoris A.*

[1]) *Matth. XXIII. 33.* [2]) *Cf. Gen. II. 15* (et posuit eum in paradiso voluptatis). [3]) *Cf. Gen. I. 26* (faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram). [4]) *Psalm. XI. 9.* [5]) *Cf. Gen. V. 1 sq.* (genealogia Adae) *et XXV.* (de Isaia) *XXIX. XXX.* (de Jacob). [6]) *Joh. VIII. 23.* [7]) *Ecclesiastes I. 15.* [8]) *Psalm. XIII. 3.* [9]) *Sap. XI. 21.*

Quelibet istarum generacionum semper fluit, sicut aqu Reg. 14[a])[1]): „Omnes morimur et quasi aqua in terram dil bimur.“ Utraque istarum continuatur usque modo, sicut du flumina. „Amen, dico vobis, non preteribit generacio he donec omnia [hec] fiant[2]).“

Generacio nequam et adultera, primum continuata et p gentiles vel in gentilibus ab ipso Cayn, postea in genti[li]bu simul et iniquis Judeis, continuatur usque modo in gentilibus Judeis perfidis, simul et malis christianis.

Magna[b]) igitur gencium est iniquitas, quod suum deu verum reliquerunt et sanctos eius occiderunt. Maior iniquit Judeorum in principio, quod deum suum contempserunt et ei legem destruxerunt et precones dei et prophetas occiderun solum et maxime ideo, quia deo vero testimonium perhibue runt. Maxima iniquitas novissimorum Judeorum, quod suu deum et salvantem se, id est Jhesum, occiderunt in carne suos testes fideles peremerunt[c]) in corpore, et ita ipsi inple verunt mensuram iniquitatis patrum suorum, qui prophetas do mini occiderunt. Peccatum supra modum peccans est iniquo rum christianorum, qui deum iam scientes pro se crucifixu in carne eius, tamen ex superhabundanti iniquitate non cessa dominum salvantem se crucifigere in eius carne et renova ipsius wlnera et super dolorem wlnerum ipsius addunt semp wlnera. O, crudelitas quanta, quam inmensa non cessare wlne super wlnera continue apponere domini dei sui, sicut scriptu est[3]): „Rursus crucifigentes in semet ipsis Christum Jhesum ostentui habentes.“

Inter[d]) nequam filios generacionis adultere[4]) Judeorum

---

2) Reg. 14 *A.* 4) Mt. 24 *A.* 10) Magna gencium *A.* 11) Mai Judeorum iniquitas *A.* 15) Maxima christianorum. 19) Peccatum sup modum peccans *A.*

28) Peccant in Jhesum {
multum simplices et ignari
magis docti et literati
maxime, qui sunt sibi propinqui, ut religios
superhabundanter, qui sunt primates p
Jhesum *A manu poster.* }

[a]) 14 *poster. add. A.* [b]) *contin. D 1. 2.* [c]) perimerunt *post corr.* peremerunt *D 1.* [d]) Inter — christiane *om. D 1. 2.*

[1]) *II. Reg. XIV. 14* (quasi aquae dilabimur). [2]) *Matth. XXIV. 34.* [3]) *Hebr. VI. 6.* [4]) *Cf. Matth. XII. 39.*

christiane valde peccant in Christum a se crucifixum simplices et legis ignari. Magis peccant in Jhesum docti et literati. Maxime peccant et nimis hii, qui sunt sibi propinqui per speciem sanctitatis et religionis. Superhabundanter peccant, qui funguntur ipsius legacione ad plebes et sunt primates post Jhesum[a]) et quos honore et suis bonis solum pro filiis comparatis Jhesus crucifixus habundanter investivit. Quos omnes conprehendens verbum dei, querulose contra ipsos proponit, dicens Ysaia primo[1]): „Audi, celum, et auribus percipe, terra. Filios enutrivi et exaltavi, illi autem spreverunt me", etc. ibidem per totum.

Et isti sunt, qui ex habundancia iniquitatis sue nimia primi [f. 171[a]] persequntur electos dei, primi inter adversarios inpediunt dei electos, primi contempnunt, primi conculcant sancta sanctorum lucida suis detraccionibus, primi derident et impediunt predicatores veritatis, quoniam sicut dicit Aristoteles: „Sevissima est iniusticia habens arma." Et dominus Jhesus[2]): „Quod si lumen, quod in te est, tenebre fiant[b]), ipse tenebre quante erunt?" „Quod si sal infatuatum fuerit, in quo salietur? Ad nichilum valet ultra, nisi ut tota massa corrupta sine sale [mittatur]"[3]), ut puta ceci duces cum hiis cecis, quos duxerunt. Mt. XV[4]): „Sinite eos, qui[a] ceci sunt et duces cecorum."

Et hec est causa pocior, quare dominus Jhesus maxime et solum in tantum scribas et Phariseos corripuit plus quam omnes alios homines peccatores, ymmo peccatoribus et publicanis se exhibuit mitem et graciosum. Unde Johannes Baptista et ipse dominus nunccupaverunt eos genimina vipperarum[5]), quia iuxta predicta sunt semen antiqui serpentis[6]) et quia talium partus seu profectus seu multiplicacio est scissura et mors matris eorum, id est ecclesie katholice.

---

9) Esaie 1° *A.* 16) Aristoteles *A.* 22) Mt. 15 *A.*

[a]) Christum Jesum *D 2.* [b]) sunt *biblia.*

[1]) *Isaiae I. 2.* [2]) *Matth. VI. 23.* [3]) *Cf. Matth. V. 13 et I. Cor. V. 6* (modicum fermentum totam massam corrumpit). [4]) *Matth. XV. 14.* [5]) *Cf. Lucae III. 7.* [6]) *Cf. Apoc. XII. 9* (serpens antiquus).

## Capitulum decimum septimum[a]).

Et ista [est][b]) eorum condicio: quia sunt „semen Canaan, et non Juda“ [1]), ideo sunt semper superbi, crudeles, avari, delicati, voluptuosi. Quia sunt superbi, ideo sanctos iam glorificatos laudant, et conviventes modernos contempnunt et blasphemant. Quia crudeles, sanctos cum eis viventes flagellant et persecuntur, et sanctis iam in celis sunt graciosi, quia hec [est] condicio cuiuslibet crudelis, ut illis sit inpius, quibus prevalet, paribus et minoribus, sed superioribus est graciosus et eis, quibus nocere non potest, sed timet noceri sibi[c]) ab eisdem. Quia sunt avari, sanctos conviventes in vita spoliant, et sanctis mortuis nichil omnino indigentibus opera largiuntur. Quia sunt gulosi, ieiunium sanctorum mortuorum magnificant, sed sanctorum convivencium ieiunium nec laudant nec mirantur nec imitantur.

I. Quia sunt superbi, ideo laudant sanctos gloriosos in celesti patria, sed secum viventes odiunt et contempnunt, eo quod inspiciunt cottidie ipsorum humilitatem et abieccionem. Quia sensu carnis inflati[2]) et ducuntur sensu carnis, solum illud possunt et sciunt laudare, quod[d]) iam in nullo despectum apparet, sed [est] ex omni sui parte gloriosum. Et tales gaudere nequaquam[e]) possunt de ignominia crucis Jhesu crucifixi, sed sanctos conviventes secum blasphemant et laudare non possunt, quia relucet[f]) in eis crucis ignominia et despectus huius mundi, et quidquid sensus carnis et iudicium huius seculi commendant vel illorum apparet in electis, qui totum hoc in se abiecerunt et cum carne crucifixerunt, sicut scriptum est in David[3]): „Anima nostra repleta: obprobrium habundantibus et despeccio superbis.“

---

1) Nota totum de sanctis *A manu coaeva.* 2) Modernus populus e[t] sacerdotes sunt sermen Ca[na]an et non Jude *A.* 4) Superbi *A.* 6) Crudeles *A.* 11) Avari *A.* 13) Gulosi *A.* 16) Quare laudant sanctos *A.* 23) Sanctos conviventes secum blasphemant, quare *A.* 28) Ps. 122 *A*

a) *ita A rubr.* b) *add. ad ed.* c) *in marg. add. ab auctore A.* d) Quod *corr. sup. lin.* quod *manu auct. A.* e) nequam *corr.* nequaquam *manu auct. A.* f) Quia *corr.* quia relucet *ab auct. A.*

1) *Cf. Dan. XIII. 56.* 2) *Cf. Coloss. II. 18* (inflatus sensus carnis suae). 3) *Psalm. CXXII. 4.*

Item laudant sanctos glorificatos faciliter, quia totum eorum contubernium similiter laudare sanctos eosdem conspiciunt et nolunt confundi a sodalibus, si minus laudarent, similes in hoc suibus vel gruibus, que cum una clamat, eidem omnes alludunt suis similibus. Sed sanctos conviventes vituperant et persecuntur, quia vident et audiunt multitudinem suorum conplicium eciam eosdem sanctos molestare et carpere detraccionibus. Et ideo conplacet eis, quod in hoc suis similibus similantur, similes canibus, qui canem[a]), quem viderunt ab aliis canibus morderi et persequi, mox eciam ipsum simul persecuntur.

Item ipsos laudant, qui sunt in celis gloriosi, quia volunt inde et ipsi esse gloriosi aput suos ceteros socios, similes quibusdam, qui iungunt se magnatibus et curiis principum, ut sint et ipsi gloriosi et per hoc magis et ipsi in honore[b]) accepti a populis habeantur vel similes quibusdam, qui ob iniquitatem suam vilefacti iungunt se[c]) quibusdam probis palam[d]) et devotis, ut per hoc nequicia eorum luce bonorum coloretur, sicut fit in crepusculo, ubi tenebre noctis diei lumine colorantur. Sed sanctos conviventes persecuntur, quia in conparacione eorum confunduntur et virtutes sanctorum vivencium eorum iniusticiam condempnant in populo.

Item sanctos in celis ob id venerantur, quia gloriosum est gloriosa col[1]audare; sed sanctos modernos persecuntur, quia contrarium est eis contemptibilia huius mundi extollere, similes mimis vel heroldonibus dyaboli, qui alta et gloriosa in hoc seculo publice et libere adulando celebrant et collaudant, in hoc exercentes officium predicacionis Sathane, principis et dii huius mundi et rectoris harum tenebrarum.

Item sanctos glorificatos laudant et [f. 171b] eis serviunt, quia sunt in hoc ipso docti, confirmati atque instituti a spe, quam legerunt in miraculis, utpote, cum quidam servierunt sancte Marie vel sancte Katherine et similibus et in extremis de mala hora sunt per eos liberati, vel ex promissionibus quibusdam, ut qui servit tali vel alii[e]) sancto, non pacietur confusionem publicam huius mundi, vel non pacietur paupertatem vel talem aut talem morbum, vel non morietur sine sacramento,

1) Glorificatos laudant *A.*

a) *post corr. A.* b) *post corr. A.* c) *post corr. A.* d) *in marg. add. A.* e) talii vel alii *(sic) A.*

vel non morietur in mortali peccato, vel apparebit sibi talis sanctus ante diem mortis, ut Maria illi vel illi; et aliis multis fabulis conmoti et erroribus infinitis, in quos eos dyabolus abducit, ut crucifigentes in semet ipsis Christum Jhesum, in talibus suam spem reponant. Sed sanctos conviventes odiis lacerant, eo quod sunt sine caritate et crudelem et suspectam habent existimacionem de sanctis vivis, et bona eorum, que faciunt in vita, vel nichili ducunt[a]) vel lacerant et male interpretantur, dicentes, quod hoc in yppocrisi faciunt, vel similia, similes in hoc demoni Sathan, qui detrahit factis beati Job coram deo, dicens secundo et tercio [1]): „Pellem pro pelle et omnia, que homo habet, da“, etc. ibidem.

Item quia respectu sanctorum in celis yppocrite non sunt contempti in sua religione nec reputant sibi fore iniuriam, si sancti in celis, plus quam ipsi, commendentur, ymmo, ut prius dictum est, inde festinant assequi gloriam sibi et honorem in plebibus[b]), quod habent aliquas laudes et reliquias sanctorum in celis; sed sanctos modernos persecuntur, quia invident eorum honori et laudem eorum sue laudis dampnum putant et obnubilacionem, similes Judeis, qui de Christo dixerunt [2]): „Videtis, quia nichil proficimus? Ecce enim, totus mundus abiit post eum.“

## Capitulum decimum octavum[c]).

Item sanctos glorificatos faciliter laudant et amant sine caritate, sed quodam naturali amore. Formant enim sibi ydolum in mente alicuius sancti et similiter ad extra eiusdem[d]) sancti ymaginem venerantur multum et honorant et diligunt, quoniam horrendum talibus videtur, si talis eorum ymago cremaretur vel securi incideretur, vel si a quoquam conspueretur. Sanctos tamen secum viventes conspuere non verentur, lacerare, blasphemare non horrescunt. Et sic faciliter et frequenter, puta ydolum in mente homines alicuius sancti viri vel virginis, id

---

11) Job < 2° 3° *A.* 20) Joh. 12 *A.* 24) Nota totum *A manu coaeva.*

[a]) dicunt *A.* [b]) plebus *corr.* plebibus *sup. lin. ab auct. A.* [c]) *ita A rubr.* [d]) *post corr. A.*

[1]) *Job II. 4.* [2]) *Joh. XII. 19.*

est conceptus illius in animo conponunt et circa ipsum singulariter afficiuntur naturaliter, omnino caritatem non habentes, quia Christus Jhesus talibus tamquam mortuus a corde, quia talis conceptus est humanus et favorabilis menti hominis, ex presentibus sensatis generatus, utpote ex visione pulchrarum virginum et delicatarum et piarum et acceptarum ab hominibus, sicut ymago in mente[a] apropriata beate Virgini vel beate Katherine vel similia. Et ita venit talibus solum amor carnalis ad sanctos, quos laudant, et devocio, ymmo et lacrime vel magna confidencia, sed non ex spiritu Jhesu. Sicque namque gentiles deos sibi diversos formaverunt et talia ydola, quia hoc vicinum est sensui hominis et placens. Sic eciam antropomorfiste[b]) heretici, talem ymaginem de deo formantes sibi ad modum hominis magni et pulchri et graciosi, deum multum dilexerunt et dulciter laudaverunt, ita quod contigit[c]), quod post destruccionem illius ymaginis eorum de deo unus senex exclamavit, dicens: „Ve michi, quia abstulerunt michi deum meum!"

Taliter moderni quidam christiani colunt valde sanctos glorificatos, sed solum ex[d]) sensu carnali, non ex caritate Jhesu. Si namque hoc facerent ex caritate et ex spiritu Jhesu, tunc primum Christum Jhesum et super omnia diligerent et timerent, dehinc sanctos eius colerent, digne et salubriter, principaliter ob amorem Jhesu Christi; ita et sanctos amarent fideliter, sibi maxime nunc proximos et conviventes. Sed isti yppocrite modernos sanctos despiciunt, quia formant sibi ymaginaciones de ipsis comtemptibiles, illud in eis Sathana operante, ut sic, odium exercendo, dampnacionem sibi acquirant et sibi ipsis blandiantur de cultu, qui non est ex Christi Jhesu caritate.

Sed de Christo crucifixo conceptus placabiles carni formari non possunt in fantasia, quia hoc non potest placere menti, quod Jhesus [f. 172a] demonstravit in seipso per passionem et contemptum, nisi hoc a spiritu sancto esset elicitum et in mente dulcoratum, quia in Christo Jhesu maxime lucet ignominia crucis in hac vita, et de talibus ymaginacio homines

---

12) Antropformiste *(sic)* heretici *A manu poster.* 32) Jhesu[s] *A manu auct.*

[a]) monte *corr.* mente *A.* [b]) *ita corr. ad ed.;* antropformiste *A.* [c]) contingit *minus apte A.* [d]) ex *in A, sed del.*

non delectat. Et illa, que de Christo crucifixo sunt et dicuntur gloriosa, tales libenter audiunt et venerantur et per ea alliciuntur ad amorem eius, sed carnalem, quia causatur solum ex placidis ymaginibus carni et sanguini, utputa quia descendit ad inferna, quia surrexit, quia ascendit, quia est deus potens, gloriosus, delectabilis, quia talia sunt favorabilia iudicio carnis et sanguinis.

Ymaginacio eciam vel conceptus de deo, in quantum deus est proprius et apprehensibilis, homini rudi et carnali advenire non potest, quia ymago de deo, in quantum deus, est incircumscriptibilis et valde communis, sine loco et tempore, et extra omnem sensum corporis; et per consequens difficilis homini[a]) est conceptus de deo vel de eternis, proprius et inconprehensibilis homini, ad formandum, quia hoc notum est, conceptus videlicet singulares vel communes de rebus formari solum ex et cum circumstanciis situs, loci et temporis et aliis huiusmodi, que subsunt apprehensioni sensitive, vel que possunt mediate vel inmediate sensibus comprehendi. Et idcirco hominibus formari sibi memoriam vel ymaginaciones de deo vel Christo Jhesu non est commune neque ita propinquum et favorabile, quemadmodum conponere sibi in mente ydolum de ymaginacione sanctorum.

Et homines christiani et illi singulariter, qui amant hunc mundum, non possunt placidam agere memoriam Christi Jhesu in mente vel habere conceptum delectabilem de deo, et hoc ex eo, quia sunt deo et Christo Jhesu contrarii et ipse eis simili autem modo et forma solet se hominibus ostendere de sapiencia et dei virtus in eorum fantasia et intellectu, qual modo eosdem viderit dispositos in intencione et affectu ad se ipsum[b]), ut visum est de apparicione Jhesu ipsi Marie Magdalene in orto et duobus discipulis euntibus in Emaus post domin Jhesu resurreccionem.

Et idcirco ymago vel ydolum de deo et Christo[b]) Jhesu semper exhibet se eis terribilem et quodam modo crudelem cuilibet inique consciencie et que est rea deo suo per malam vitam, quemadmodum ymago iudicis furi, qui est sibi conscius vel adultere facies mariti ipsius. Accipe exemplum[c]) de spe-

[a]) ad formandum *seq. in A, sed del.* [b]) *post corr. A.* [c]) enim *cor* exemplum *A in marg.*

culo concavo et inequali, quod homini faciem eius valde horribilem exhibet, ita quod horror est ipsum inspicere: ita consciencie inequali memoria dei vel Christi Jhesu. Ideo non multum placet eis de deo audire vel ymaginari, presertim in eo, quod vergit contra eos, sed de sanctis in patria semper possunt ymaginari placibiliter, quia non sunt eis tantum timore, ymmo propter servicium, quod tali modo sanctis faciunt et quia ymaginantur valde graciosos, minuitur timor dei utilis aput eos, innixi[a]) illis promissionibus quibusdam incertis, de quibus supra [p. 197-8] est iam dictum.

## Capitulum decimum nonum[b]).

II. Et[c]) quia yppocrite moderni huius [seculi][d]) sunt crudeles, huiusmodi sanctos colunt mortuos et remotos, quia iam sunt absentes eisdem, sed sanctos conviventes persequntur, eo quod sunt eorum adversacioni propinqui, cognati et in conspectu adhuc ipsorum. Talis enim est condicio cuilibet crudeli, quod hiis, quibus commoratur, est crudelis, sed extraneis, vel cum quibus non multum habet agere[e]), est graciosus[f]), et ignotis. Similes impiis dominis, qui suis familiaribus vel cognatis et servientibus sunt tenaces et in mercede et in expensis domesticis, qui tamen alibi sunt largi. Sunt tamquam leo evertens suos domesticos[1]). In domo sunt aliis extraneis mites et graciosi, tamquam agni, ut sic leviter multorum amiciciam contrahant per sola verba et arrisus.

Item[g]) quia sunt crudeles huiusmodi, ideo sanctos in celis multum colunt et venerantur, quia sunt ablati ab eorum sensibus et non offendunt amplius eorum oculos per conversacionem sanctam, eis contrariam, sed neque temptaciones odiorum ad eosdem paciuntur. Sanctos modernos persecuntur, quia adhuc obiciuntur eorum oculis, graves sunt eis eciam ad videndum, quia sunt eis contrarii in vita, sicut[h]) scriptum est Sap. V°[2]):

---

12) Nota totum *A manu coaeva.* 31) Sapiencie *A.*

[a]) *ita A.* [b]) *ita A rubr.* [c]) *contin. D 1. 2.* [d]) *add. ab ed.;* huius seculi *om. D 1. 2.* [e]) et ignotis *add. D 1.* [f]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.:* Item quia sunt crudeles, *v. infra lin. 25.* [g]) *contin. D 1. 2.* [h]) sicut — odire inceperunt *om. D 1. 2.*

[1]) *Cf. Eccli. IV. 35.* [2]) *recte Sap. II. 12.*

„Contrarius est enim operibus nostris et inproperat nobis verba legis", et in id ipsum vehementer a dyabolo homicida instigantur, etc. Similes illis, qui diligunt predicatores suos tam diu, quam diu eos non corripiunt dure et non inproperant eis peccata eorum, sed postea odiunt, [f. 172[b]] si et dum eos corripuerint, sicut fecerunt Judei et Pharisei domino Jhesu Christo, qui primum non usquequaque efferbuerunt ad ipsius odium, sed postea, quando ipsius gloriam et miracula conspexerunt, et tunc, quando ipsos reprehendit, tunc ipsum nimis odire inceperunt.

Item huiusmodi diligunt sanctos in celis et venerantur, quia sciunt sanctos iam esse[a]) superiores et posse eos sibi nocere vel [se] adiuvare, et quia eis nullum malum amplius possunt facere, sed pocius timent eosdem inhonorare, ne de se sancti ulciscantur. Sed sanctos persecuntur modernos, quia in eorum reputacione sunt minores quam ipsi, vel equales, ymmo contemptibiles, demonio hoc in eis operante, et quia possunt adhuc eos crucifigere et nocere et suam crudelitatem exercere. Similes in hoc yppocritis, qui superioribus magnis[b]) sunt valde affabiles et graciosi, sed equalibus vel inferioribus sunt crudeles et pomposi, cum[c]) oppositum dicat Sapiens, inquiens[1]): „Genti pauperum affabilis esto." Similes eciam lupis, qui in cadentes homines mox insiliunt et devorant, sed stantibus et fortibus parcunt, ut[d]) in natura luporum est repertum. Similes eciam predonibus, qui dum spoliare nequeunt, non curant insequi et mites seipsos demonstrant et mansuetos[e]); et demonibus, qui infirmos conculcant cadentes et deprimunt, sed fortibus et repugnantibus, quia non possunt, nichil faciunt, sicut scriptum est in psalmo[2]): „Ut quid irruitis in hominem? Interficitis universi vos, tamquam parieti inclinato et materie depulse?"

III. Quia autem huiusmodi yppocrite sunt a v a r i, sanctos in celis venerantur et colunt, quia sperant per suffragia eorum

---

22) Ecci. 4 *A*. 29) Ps. 61 *A*. 31) Quare *(lacuna)* yppocrite in celis sanctos venerantur et colunt? Ideo, quia sunt avari *A manu poster.*

a) *om. D 1. 2.* b) et magnis *D 1.* c) cum — esto *om. D 1. 2.* d) ut — repertum *om. D 1. 2.* e) *post hanc vocem contin. D 1. 2:* Enimvero quantum, *v. infra p. 208, lin. 22.*

1) *Ecclesiastici IV. 7:* „Congregationi pauperum affabilem te facito."
2) *Psalm. LXI. 4.*

fortunam huius seculi in manibus eorum dirigi et timent depauperari, si tali sancto vel alii non servirent, operacione demoniorum in talibus eis occurrente; utpote tunc, quando ymagines sanctorum aliqua miracula procurant operari vel penas aliquas vel sompnia inmitti, ut sic subtilius peccatores a Jhesu crucifixo abducantur, et quod non ponant in eo solo spem suam neque iustificaciones eius summopere requirant, ad tales fabulas conversi et eisdem deliniti, ut in presenti de plurimis est repertum, veluti unus, qui conparat omni anno ymagini crucifixi unam nobilem cincturam, credens hoc et affirmans, quod per hoc in bonis multum sit prosperatus. Alius vero tunicam lineam vel sericam, similiter predicans exinde afluere bonorum sibi temporalium incrementa.

Sanctos vero modernos persequntur, quia illi sunt pauperes, quibus uti in nullo possunt, et magis indigent, ut eis tribuatur, et quoniam illi sunt, quorum bonis utuntur et quibus eorum bona rapuerunt vel sunt faciles ad rapiendum, similes amicis fortune et adulatoribus, qui solum illos collunt et diligunt et comendant, a quibus bona recipiunt vel sperant se recepturos, quemadmodum scriptum est in psalmo[1]: „Confitebitur tibi, cum bonum feceris illis."

Item quia sunt avari, ideo colunt sanctos in celis et extollunt, erigunt sepulchra eorum et multiplicant reliquias et valde ea ornant et magnificant, quia hoc totum cedit ad lucrum eorum ultimate et quia in illis[a]), ut wlgo dicitur, sanctuariis et quorumdam sanctorum insignium et qui recenter venerunt, conponunt modos lucrandi questum suum, quamvis per indirectum et sub colore cultus divini. Et ex talium sanctorum miraculis, antiquis vel novis, veris vel fictis, et, ut prius dictum est, forte a demonio inmissis conparant sibi favorem ad plebem, concursus populorum, offerencium saltem candelas et devocionem sepulture et multorum modorum aliorum, quibus negociantur in ovibus Jhesu crucifixi suos questus, questum reputantes esse pietatem.

Sanctos autem modernos viventes persequntur, quia nul-

---

14) Avari conviventes sanctos persequuntur *A manu poster.* 20) Ps. 48 *A.*

[a]) eorum *praecedit in A, sed del.*

[1]) *Psalm. XLVIII. 19* (cum benefeceris ei).

lum horum ad lucrum in eis inveniunt, ymmo pauperes sanctos, utpote viduas, virgines, heremitas et similes odiunt, quia multiplicacionem talium credunt cedere in lucri eorum detrimentum, sic quod inde manus eorum avare nimiis[a]) muneribus repleantur; et specialiter predicatores sanctos, contemptores et opungnatores avaricie eorum, summis studiis persequntur, ut ap[p]aruit in Christo a Phariseis de honorando patrem et matrem aput Judeos in Jerusalem, et de beato Paulo et artificibus [f. 173[a]] templorum Dyane aput Ephesum[1]), et plurimos pontifices et sacerdotes templorum. Et ita eciam nunc est videre in yppocritis christianis, qui plurimum ob id persequntur devotos simplices et pauperes, quia estimant propter ipsos deperire vel minui eorum lucra.

Item quia sunt avari, sanctos in celis summe laudant et venerantur, quia inde habent multa templa et pulchra, et inde habent multos dies festos per anni circulum. Inde habent occasionem multa auxilia et donaria a populo extorquendi. Verbi gracia, quia sciunt varios homines diversos sanctos habere, quos diligunt et invocant, ideo missas et preces in nomine diversorum multiplicant, dicendo: „Pro sancto Petro date, pro sancta Maria date, pro sancto Martino“, et multa similia. Et publicant ideo in populo, dicentes: „Talis sanctus noster habet potestatem super talem pestem vel virtutem talem et super talem graciam“, et multa similia.

Sanctos autem viventes modernos persecuntur, quia talis eorum malus usus et iniquitas a sanctis reprehenditur et non curatur et propalatur, similes Phariseis, qui Christum ob id contempserunt et deriserunt, qui ipsorum maliciam et ficciosas lucri supersticiones corripuit et revelavit. Item similes mercatoribus et invidis et avaris vel mechanicis, qui suos pares et sodales, putantes fore in sui lucri detrimentum, odiunt summe et persequntur et occidunt.

Pro quibus illud metrum wlgatum allegatur:

Dum canis os rodit, socium, quem diligit, odit.

---

17) Verbi gracia. Quare sacerdotes Christi laudant et venerant mortuos *A manu poster.* 33) Metrum *A manu posteriore.*

[a]) *post corr. A.*

[1]) *Cf. Lucae XVIII. 20 et Act. XIX. 26—27.*

## Capitulum vigesimum[a]).

IV. Quia tales yppocrite sunt voluptuosi, sanctos in celis colunt et venerantur, quia gaudia et leticias in festis sanctorum exercent, dulcem cantum[b]), dulces cibos, multa ioca et delectabilia, que omnia in diebus et kalendis sanctorum consequntur cum maiori licencia et domini dei oblivione. Sed modernos sanctos odiunt et lacerant, quia vident eos plorantes et ieiunos[c]) et macilentos pre labore. Quod[d]) est carnalibus nimis arduum et grave inspicere. Similes meretricibus et mimis et iuvenibus, qui illos multum diligunt, cum quibus delectantur, sed illos odiunt, qui eos reprehendunt. De quibus prima Petri IIII° [1]): „Qui ambulaverunt in luxuriis, in desideriis, vinolenciis, comessacionibus, potacionibus et illicitis ydolorum cultibus." Et tunc ad propositum [2]): „In quibus modo obstupescunt, in quo admirantur non concurrentibus nobis in ea[n]dem luxurie confusione[m] blasphemantes", etc.

Item similiter diligunt sanctos in celis, quia sciunt eos esse in gaudio, et ideo gaudent cum gaudentibus. Et vident mestos esse modernos sanctos, ideo timent eis coniungi, quia nolunt flere cum flentibus [3]).

Item colunt sanctos in celis, quia invocant eosdem in suis conviviis, et bene eis hoc facit, quia spe aliqua per hoc deliniuntur, quia sciunt eos esse bonos et pios, estimantes sanctos favere ipsorum[e]) commesacionibus et leticie inpudice. Sed sanctos modernos persequntur, quia eorum solacia fugiunt vel corrigunt eorum gaudia, et non possunt esse liberi ad suas spurcicias in presencia sanctorum ipsis convivencium, quia eos inpediunt aspectu suo factoque et verbo, veluti ad sanctos scriptum est [4]): „Nolite communicare operibus eorum infructuosis tenebrarum, sed magis redarguite." Et abstrahunt sancti multas delectabiles personas de societate eorum, viros et mulieres, et adiungunt Jhesu Christo et sue societati. Magnipen-

---

2) Nota totum *A manu coaeva.* 11) Petri 4 *A.* 29) Ephe. 5 *A.*

[a]) *ita A rubr.* [b]) *post corr. in marg. A.* [c]) ieiunios *(sic) A.* [d]) *post corr. A.* [e]) ipsos *corr.* ipsorum *A sup. lin. ab auctore.*

[1]) *I. Petri IV. 3.* [2]) *I. Petri IV. 4; sed phrasis:* In quibus modo obstupescunt *hoc loco non invenitur.* [3]) *Cf. Rom. XII. 15.* [4]) *Ephes. V. 11.*

dunt insuper et aggravant eorum scelera vel predicant et ostendunt esse magna et nimium bono contraria ac valde ulciscenda in eternum. Quod est malis nimis contrarium, qui vellent sua scelera esse nulla et absconsa vel parva, et ideo ea non cessant excusare, declinantes ad excusandas excusaciones in peccatis [1]).

[1]) *Cf. Psalm. CXL. 4.*

# INCIPIT DISTINCCIO X. TERCII TRACTATUS SIVE LIBRI[a].

## Capitulum primum[b].

*Denudacio Jezabelis meretricis vel concubine mistici Antychristi*[b]).

Sic igitur lustrato, ut premissum est, intellectu illius magne meretricis, quam vidit Jo[hannes] Apoc. 11[c])[1]) et, quam magis proprie significet, et quare visa ea fuerit, tam vehementer admiratus, et quo modo [f. 173[b]] ipsa sit ebria de sanguine sanctorum et de sanguine martirum Jhesu, et quo modo magna sit dampnacio ipsius: nunc iam existimavi deposicionem illius meretricis, in quantum dominus Jhesus concedit, esse perscrutandum cursim, aliqua eius propria contingendo, quia Christo Jhesu propicio et spiritu eius multo longior inferius tractatus me expectat, in quo oportet magis eandem meretricem denudari et pudenda et ignominiam eius coram ipsius amatoribus amplius discooperiri et demonstrari, ut de ipsa prophecie inpleantur[2]).

Nunc autem sequitur in textu Johannis[3]): „Et vidi, inquit Johannes, mulierem sedentem super bestiam coccineam."

---

7) Apoc. 11 *A manu posteriore.*

[a]) *ita A rubr.* [b]) *ita A rubr.* [c]) Apoc. 11 *posterius add. A.*

[1]) *recte Apoc. XVII.* [2]) *vide libri III. tract. VI. „De abominatione desolationis."* [3]) *Apoc. XVII. 3.*

„Videre“ istud Johannis[a]) fuit in spiritu, prout inmediat ante premittitur in textu[1]): „Et abstulit me, inquit, in desertun et fui in spiritu.“

„Desertum“ hic puto significare ecclesiam malignan cium, que facta est meretrix magna et lata, et licet in delicii vivat, tamen mortua est, eo quod dereliquit Jhesum crucifixum ducem pubertatis sue et pacti dei sui[2]), quod fecit in despon-sacione sua, id est in baptismo, oblita est. Que sedet supe populos multos, glorians in se ipsa et in suis diviciis et hono ribus et splendida facie huius mundi. Propter quod dicit[3]) „Sedeo ut regina, et vidua non sum, et luctum non videbo.“ Propterea dereliquit eam dominus desolatam in sanguine suc et in peccatis suis per tempora dispensata et distincta.

Verumptamen ego nunc coram domino Jhesu crucifixc puto tempus suum iam advenisse, in quo dominus gene-racionem iam visitat[b]) adulteram et amplius visitabit[c]) et per-cuciet inimicos suos in posteriora eorum[4]) et Jezabel[d]) forni-cariam iudicabit sanctorum prophetarum et ipsius Helye ini-micam, et iam conculcabitur Jezabel ab equis et ungulis equo-rum distrahetur[5]), et desolatam eam facient et nudam, et carnes eius vorabunt et ipsam igne concremabunt[6]).

Enimvero[e]), quantum est ad presens, negare nequeo, quin hoc in me ipso recongnoscam, quod in ista materia domi-nus Jhesus piissimus michi valde hostium[f]) appe-ruit[7]) et noticiam dilatavit[8]) et instituit me ad scriben-dum ea omnia[9]), que concernunt statum presentem sacerdotum principaliter carnalium, et que explicant qualitatem horum tem-porum. Ad quem autem finem hoc[g]) perveniat, ipse solus novit, qui me in id posuit, et misit me spiritus eius, qui mittit ignem in ossibus meis[10]) et in meo pectore, et quietum esse non sinit.

---

10) Apoc. 18 *A.* 22) Nota *A manu coaeva.*

a) *post corr. auctoris.* b) visitant *corr.* visitet *(sic) A.* c) *post corr. A* d) *rasura seq. in A.* e) *contin. D 1. 2.* f) ostium *D 1.* g) *om. D 2*

1) *Apoc. XVII. 3* (et fui *om. biblia).* 2) *Proverb. II. 17—18.* 3) *Apoc XVIII. 7.* 4) *Psalm. LXXVII. 66.* 5) *Cf. IV. Reg. IX. 33.* 6) *Cf. Apoc XVII. 16.* 7) *phrasis biblica, cf. Coloss. IV. 3 etc.* 8) *phrasis biblica est* dilatare os, cor, animam, *etc.* 9) *Cf. Philpp. IV. 12* (ubique et in omnibus institutus sum). 10) *Cf. Thren. I. 13* (de excelso misit ignem in ossibus meis).

quin revelem[a]) filium iniquitatis et perdicionis[1]), et quin denudem ac discooperiam abdita decoris fornicarie mulieris[2]), id est depictam et circumlinitam abhominacionem multitudinis yppocritarum. Ideoque rogo quemlibet lectorem, ne de facili condempnet me sic scribentem, nondum sciens, quid vel quem condempnat, donec ostendat dominus et piissimus Jhesus, quid per ista wlt habere, et[b]) donec ecclesia spiritu Jhesu repleta ista diiudicet.

Ego enim fateor, quod in ista materia me magis libere et licencius oportet scribere, quam prophete et apostoli et sancti doctores conscripserunt, eo quod tempus requirit hoc novissimum, et, ut[c]) dictum est, urgeor valde in id ipsum[d]).

Necesse etenim nunc illud est [videre] in scripturis prophetarum, qui statum novissimorum yppocritarum previdentes et varie de ipsis prophetantes, inter cetera meretricem fornicacionum communiter nuncuparunt ecclesiam yppocritarum, carnalium clericorum et sacerdotum[3]), que est subiecta libidinibus huius mundi et superbie et vane glorie huius vite, minus digne amplectens Jhesum crucifixum; et illos vel illum, qui est „rex super omnes filios superbie“[4]), vel illos, qui dirigunt cupiditatem, fastum et vanam gloriam huius vite, non vocati ad cathedras per Christum, sed sua libidine dominandi se ingerentes, et omnes huiusmodi, qui sunt amici huius vite, spiritus carnalis vel animalis, illos inquam vel illum esse Antychristos vel Antychristum spiritus et veritas scripture apostolorum et prophetarum indicavit et expresse nuncupavit[5]). Et hec nunc breviter proponens, reservo ea in subsequentibus late pertranctanda et declaranda[6]).

*A)* Nunc, quantum incumbit ex ordine ad dicendum, recordatus sum sermonis, qui scriptus est in prophetis contra mulierem fornicariam, succubam Antychristi, et de tempore visitacionis sue. Dicitur enim in Ezech. XXIII°[7]):

---

a) *post corr. A.* b) *om. D 2.* c) ut dictum est *om. D 1. 2.* d) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Ego enim &c., *v. infra p. 212, lin. 29.*

1) *Cf. II. Thess. II. 3* (nisi revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis). 2) *Cf. Ezech. XXIII. 18.* 3) *Cf. Isaiae I. 21, Jerem. II. 20 et III. 3, Ezech. XVI. 30 sq., etc.; v. allationes particulares, quae sequuntur.* 4) *Job XLI. 25.* 5) *de Antichristo expresse loquitur tantum I. Joan. II. 18. 22, IV. 3 et II. Joan. 7 (v. etiam infra).* 6) *v. tract. 6. „de abominatione desolationis.“* 7) *Ezechiel. XXIII. 17—18.*

„Cumque venissent ad eam filii Babylonis ad cubile mamma-rum, polluerunt eam in[a]) stupris suis et polluta est ab eis, e saturata est anima eius ab illis. Denudavit quoque fornicacione |f. 174[a]| suas et discooperuit ignominiam suam. Et recessit anima mea ab ea, sicut recesserat anima mea a sorore eius." Quo inpletum esse[b]) probatur manifeste pro eo tempore, quand refriguit caritas et habundavit iniquitas multorum[1]). Tunc nam-que non tantum [ecclesia] fuit[c]) deserta a Jhesu crucifixo cor-poraliter per mortem et ascensionem ad celos, iuxta quod scrip-tum est 2 Cor. 3[d])[2]): „Quamdiu sumus in hoc corpore, pere-grinamur a domino", sed [eciam] a spiritu Jhesu propter refri-gerium caritatis et habundanciam iniquitatis, ita ut dicat do-minus[3]): „Cum venerit, inquit, filius hominis, putasne invenie fidem in terra?" Quam desercionem significavit dominus Jhesus cum dixit Matth. XXIII°[4]): „Amen, dico vobis, venient he omnia super generacionem istam. Jerusalem, Jerusalem, qu occidis prophetas et lapidas eos, qui ad te missi sunt, quociens[e] volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congrega pullos suos sub alas, et noluisti!" Et sequitur ad propositum[5]) „Ecce, relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis Non me videbitis a modo, donec dicatis: Benedictus, qui veni in nomine domini."

„Auferri" igitur apostoli „in desertum"[6]) idem est, quo raptum esse in spiritu[f]), ubi per ostensionem dei et per illu-minacionem supercelestem vidit Johannes in verbo, tamquam in speculo, y d e a m v e l s i m i l i t u d i n e m n o v i s s i m e e c c l e-s i e c h r i s t i a n o r u m n i m i s m u l t i p l i c a t e p e r t o t u m o r-b e m e t d i l a t a t e, s e d d e s e r t a t e, s u p p l e a s a n c t i s e s p i r i t u J h e s u, sicut scriptum est Ps. 11[g])[7]): „Salvum me fa deus, quoniam defecit sanctus, quoniam diminute sunt veritate

---

1) Ezechiel 23 *A.* 10) 2 Cor. 3 *A.* 13) Luce 18 *A.* 15) Matth 23 *A.* 29) Ps. 11 *A.*

a) *om. biblia.* b) *post corr. A.* c) *ita emend. ab ed.;* fuit *tantum A* d) 2 Cor. 3 *poster. add. A.* e) quoties *biblia.* f) *rasura in A.* g) 11 *posterius add. A.*

1) *Cf. Matth. XXIV. 12.* 2) *II. Cor. V. 6.* 3) *Lucae XVIII. 8.* 4) *Matth. XXIII. 36—37.* 5) *Matth. XXIII. 38—39.* 6) *Cf. Apoc. XVII. 3* „Et abstulit me in spiritu in desertum" *(cf. supra p. 208).* 7) *Psalm. XI. 2*

a filiis hominum.“ Et Jhesus dicit[a)] [1]): „Et desiderabitis videre diem filii hominis.“ Et licet eciam tunc sancti et electi dei sint plus quam septem milia derelicti [2]), tamen apparent non esse incole ecclesie, sed exules in comparacione nimie multitudinis et late carnalium: non sunt reputati et latitant absconditi, nichil regentes in ecclesia, sed solum recti et obedientes prepositis suis, eciam discolis, donec dispensacio temporum finiatur. Propter quod quamvis populus[b)] sanctorum fuerint relicti in ecclesia novissima, tamen [hec] nichilominus desertum est visa et nuncupata per omnia.

Aut similis est hic raptus ewangeliste in desertum in spiritu raptui prophete Ezechielis, de quo habetur VIII° [3]): „Et elevavit me spiritus inter celum et terram, et adduxit in Jerusalem in visione dei iuxta hostium interius, quod respiciebat ad aquilonem, ubi erat statutum ydolum zeli ad provocandum emulacionem. Et ecce, ibi gloria dei Israhel secundum visionem, quam videram in campo. Et dixit ad me: Fili hominis, leva oculos tuos[c)] ad viam aquilonis. Et levavi oculos meos ad viam aquilonis. Et ecce, ab aquilone porte altaris et ydolum zeli in ipso introitu.“ Et infra [4]): „Et ingressus vidi, et ecce, omnis similitudo reptilium et animalium, abhominacio et universa ydola domus Israhel depicta in circuitu erant in pariete per totum et LXX viri de senioribus domus Israhel. Et Jechonias[d)], filius Saphan, stabat in medio eorum stancium ante picturas; et unus quisque habebat thuribulum in manu sua et vapor nebule de thure consurgebat. Et dixit ad me: Certe vides, fili hominis, que seniores Israhel faciunt in tenebris, unusquisque in abscondito cubilis sui. Dicunt enim: Non videt dominus nos. Dereliquit dominus terram. Et dixit ad me dominus[e)]: Adhuc conversus videbis abhominaciones maiores, quas isti faciunt.“ „Et [5]) introduxit me in atrium domus domini interius. Et ecce, in hostio domus[f)] domini, inter[g)] atrium[h)] et altare,

3) VII milia virorum *A manu auctoris*. 12) Ezechiel. 8 *A*. 20) Nota VIII (?) *A manu auctoris*.

a) *lacuna sequitur in A*. b) *ita em. ab ed.;* populum *A*. c) meos *biblia*. d) Jezonias *biblia*. e) *om. biblia*. f) templi *biblia*. g) interiabentes *add. A in marg*. h) vestibulum *biblia*.

1) *Lucae XVII. 22:* „Venient dies, quando desideretis videre unum diem filii hominis, et non videbitis.“ 2) *Cf. Rom. XI. 4.* 3) *Ezech. VIII. 3—5.* 4) *Ezech. VIII. 10—13.* 5) *Ezech. VIII. 16.*

quasi XXV viri, dorsa habentes contra templum domini et facie ad orientem, et adorabant ad ortum solis."

Hec pro tanto hic repetere volui, quia, ut dixi, ista visi prophete videtur exponere visionem prefatam ewangeliste d muliere meretrice. Verumptamen ista, que in propheta hic po nuntur singula, exponuntur infra in XII. distinccione huius trac tatus ca. [21 sq.][1] secundum mensuram donacionis spiritus Jhes crucifixi.

Quantum autem nunc attinet, est notandum, quod illuc quod dicit propheta: „Et elevavit me spiritus inter celum e terram et adduxit in Jerusalem in visione dei", simile est ill quod dicit ewangelista: „Et abstulit me in desertum", id est i Jerusalem, scilicet ecclesiam yppocritarum, que est domu deserta a Christo Jhesu et a spiritu ipsius, eciam „habitacio de moniorum"[2] vel a spiritu inmundo cum septem spiritibus ne quioribus se[3]. Et hoc, quod dicit hic propheta: „Ubi erat ydo lum zeli ad provocandum emulacionem", illud Daniel tamquam propinquior dicit expressius[4]: „Et polluent sanctuarium [f. 174 fortitudinis et aufferent[a]) iuge sacrificium et dabunt abhomina cionem in desolacionem." Et illud idem Jhesus exponit clariu dicens[5]; „Cum videritis abhominacionem desolacionis, que dict est a Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit, inte ligat." Hoc idem Johannes in Apoc. dicit[6]: „Poculum aureum in manu meretricis magnum, plenum abhominacione et inmun dicia fornicacionis eius."

## Capitulum secundum[b]).

*Ostensio pudendorum meretricis vel adultere Antychristi, quid est abhominacio desolacionis, etc.*[d]).

Ego autem[e]) coram Christo Jhesu, qui illa, quod sanc ewangeliste et prophete a longinquo in spiritu viderunt, ia presencia oculis meis contemplans, et que ipsi tantum in sp

---

29) Nota totum diligenter *A manu coaeva.*

[a]) *corr. sup. lin. A.* [b]) *ita A rubr.* [c]) *ita A.* [d]) *ita A rubr.* [e]) Ego enim *contin. D 1. 2.*

[1]) *vide tr. VI. de abhominatione desolationis, c. 21 sq.* [2]) *Cf. Ap XXIV. 15.* [3]) *Cf. Lucae XI. 26.* [4]) *Daniel XI. 31.* [5]) *Matth. XXIV.* [6]) *Apoc. XVII. 4.*

iebus vel figuris et enigmate prospexerunt, ego iam nude et nanifeste conspiciens, et ea, que ipsi futura pronuncciaverunt, go iam impleta partim esse, aut[a]) ea esse in actu inplendi con-iderans[b]), et[c]), quantum michi conceditur, elaborans meretricis epedicte ad denudacionem et ipsius turpitudinum pessimarum, i qui forte eorum, qui sunt iam ingressi ad eam, revertantur, uod perrarum esse nimis Salomon indicavit, dicens[1]): „Om-es, qui ingrediuntur ad eam, non revertentur nec apprehen-ent semitas vite“, — verumptamen omnia possibilia sunt aput ominum[2]), et quidam gentilium sciolus de remedio amoris octrinas eloquens, dicit, quod hii[d]), qui philocapti sunt a mere-rice et cupiuntur explicari, non habent ad hoc efficacius reme-ium quam turpitudines meretricis seu cuiuslibet mulieris retor-uere ante oculos et alios miserie et horroris defectus circa oc cogitare —: hoc igitur iam attendens et saluti electorum dei upiens deservire, scripturam sumo michi in aminiculum, que icit de mistica meretrice, quia hec dicit dominus deus[3]): „Ecce, go tradam te in manus eorum, quos odisti; in manus, de qui-us saciata est anima tua. Et agent tecum in odio et tollent mnes labores tuos et dimittent te nudam et ignominia plenam. t revelabitur ignominia fornicacionum tuarum. Scelus tuum t fornicaciones tue fecerunt tibi hec, quia fornicata es post entes, inter quas polluta es in ydolis earum.“

Hec scriptura nimis est michi ad propositum in singulis uis punctis de ecclesia desolatorum yppocritarum modernorum, rout infra in distinccione XII.[a] et ultima huius per totum ap-arebit[4]). Et idcirco ipsa est, que me a fundamentis commovit d loquendum et proferendum sentenciam michi inditam post entencias paulo ante notatas, puta de abhominacione desola-ionis pro nunc in templo dei constituta.

Dico igitur et confiteor[e]), inter cetera maiora, que libi exprimuntur in hoc libro, figmenta quedam et res cor-orales in conspectu rudium magnificatas, a sacerdotibus carna-

9) Nota *A*. 29) De abhominacione desolacionis *A manu coaeva.*

[a]) *ita em. ab ed.*; et *A*. [b]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Hec est bhominacio desolacionis, *v. infra p. 215, lin. 26.* [c]) et — revertantur *add. n marg. A.* [d]) hiis *A*. [e]) quod *seq. in A.*

[1]) *Proverb. II. 19.* [2]) *Cf. Matth. XIX. 26.* [3]) *Ezech. XXIII. 28—30.* [4]) *vide l. III., tr. 6, c. 43.*

libus et aliis yppocritis vane gloriosis et avaris excogitata[s] e adinventa[s] et in templis per universam ecclesiam christianorur multiplicata[s] et splendide collocata[s] et in populis glorificata[s] e diffamata[s] esse ydolum zeli[1]), esse abhominacionem desolacioni in loco sancto collocatam[a])[2]), utpote sunt ymagines et statu quedam deificate in vulgo, et alia similia, et reliquie mult deaurate et ob vanam gloriam vel avariciam varie glorificate et multa similia, et virtus et potestas vel efficacia ad saluten locis quibusdam, templis et supradictis statuis vel ossibus e multis similibus mendaciter attributa.

Ita, inquam, et omnia alia similia, de quibus supra fec mencionem, sunt „ydolum zeli", id est ire Jhesu crucifixi e provocacionis dei, eo quod obmissa veritate et virtute fide spei et caritatis, in talibus novis recentibusque fabulis ponun requiruntque suam salutem, et sic ingrati veritati caritatis a fabulas sunt conversi et credunt mendacio et ponunt alibi opitulamina salutis quam in domino Jhesu crucifixo.

Item ista sunt „abhominacio desolacionis statut in loco sancto." Abhominacio, inquam, ideo, quia socian ea in operacione salutis Jhesu Christo[b]) et in virtute, ac si e necessaria essent dei populo vel utilia ad salutem, cum tame ipse Jhesus sit ille, qui solus est „virtus dei et sapiencia"[3]) e qui solus operatus est salutem in medio terre[4]) et ipse solu usque modo operatur et non fuit cum eo deus alienus[5]).

Abhominacio, dico, in loco sancto, quia possunt dicer iuxta prophetam[6]) dulce in amarum et amarum in dulce, ponentes tenebras lucem et lucem tenebras, equiparantes ill eorum figmenta domini Jhesu saluberrimis operibus, quinymm ea gloriosius et splendidius quam divina et tremenda sacramenta extollentes et preconisantes.

Abhominacio desolacionis dicta sunt, quia propter cultum istorum in mendacium, que circa fiunt et inducuntur, provocatur dominus et reliquit domum suam desertam. Desolantur [f. 175[a]] nichilominus anime hominum a spiritu Jhesu, que

---

[a]) collocata *(sic) A.* [b]) *ita A.*

[1]) *Cf. Ezech. VIII. 3.* [2]) *Cf. Matth. XXIV. 15.* [3]) *Cf. I. Cor. I. 24*
[4]) *Cf. Psalm. LXXIII. 12:* „Deus autem, rex noster ante saecula, operatu est salutem in medio terrae." [5]) *Cf. Deuter. XXXII. 12:* „Dominus solu dux eius fuit et non erat cum eo deus alienus." [6]) *Isaiae V. 20.*

ad talia effuse, ea ponderant et quasi sua salutaria inquirunt ad modum gencium et paganorum. Et ideo scriptum est in Ezechiele, ubi supra[1]: „Fili[a]) hominis. putasne vides, quid isti faciunt, abhominaciones magnas, quas domus Israhel facit hic, ut procul recedam a sanctuario meo?“ Nam scriptum est[2]): „Que convencio lucis ad tenebras aut que participacio Christi ad Belial?“

Item abhominacio d e s o l a c i o n i s, quia per talia iam expressa desolatur sacramentum unicum ecclesie sancte, in quo est omnis plenitudo divinitatis corporaliter[3]), a populis christianis. Cum enim in loco sancto, ubi est presens corpus et sanguis Jhesu Christi, illa predicta multiplicantur et splendide coram oculis simplicium procurantur et gloriose predicantur, et illa continue frequentantur, necesse est perinde populum ad ea retrahi, talia admirari et stupore ad ea concurrere et summo cultu venerari, qui solum iudicio sensuum ducitur et nescit, nisi corporalia, ponderare. Et inde fit, ut christianus populus vel minus curet dei sacramenta, vel indigne curet eque, vel principalius ista corporalia et mortua colendo et perpendendo. Nam inde venit, quod vulgus iam illa inventicia eque vel magis appreciat, sicut corpus et sanguinem Jhesu Christi, et ad ipsa magis concurrit magisque ea colit communiter, ut puta accursu et genuflexione et incensis, et simile nomen ipsis tribuit, sicuti divino sacramento. Nam vocat ea eciam sacramenta vel sanctitates aut sanctuaria.

Et[b]) hec est abhominacio desolacionis i n p o p u l o c h r i s t i a n o, quoniam postquam obmiserunt populi corpus et sanguinem Jhesu cottidie vel frequenter manducare, ab habundancia iniquitatis et sacerdotibus ipsorum eosdem retrudentibus et prohibentibus, tunc secundum modum hunc cessavit iuge sacrificium et est ablatum a populis per servos Jhesu infideles[c]) et inprudentes ministros et supra dicta[d]) abhominacio desolacionis ad templa dei irrupit; et tunc ficticia et inventicia sunt multiplicata per latitudinem[e]) ecclesie et varie celebrata, ad quas fa-

---

26) Abhominacio desolacionis *D 1 in marg.*

[a]) filii *A, prout et aliis locis semper scribitur* filii *loco* fili. [b]) *contin. D 1. 2.* [c]) et infidelibus inprudentibus et *corr.* infideles *A.* [d]) supra dicta *om. D 1. 2.* [e]) pro latitudine *D 1. 2.*

[1]) *Ezechiel. VIII. 6.* [2]) *II. Cor. VI. 14—15 (libere allatum).* [3]) *Cf. Coloss. II. 9.*

bulas populus christianus hodie nimis se effudit[a]). Et propterea hec coniuncta sunt notabiliter in propheta: „Et aufferent, inquit[1]), iuge sacrificium", id est cottidianam vel alias crebram a populo christiano manducacionem corporis Jhesu crucifixi, sicut nunc valde est videre. Et tunc illico subditur[2]): „Et dabunt abhominacionem", id est figmenta mortua et mendacia hominum et demoniorum, „desolacionis", id est propter desolacionem vel incuriam veritatis Jhesu et sacramenti ipsius previam in populo christiano, ita quod desolacio iugis sacrificii vel frequentis manducacionis Christi corporis a plebeis sit causa vel pena abhominacionis ad locum sanctum intromisse et locate, secundum quod hoc elicitur ex scriptura, que dicit II. Thess. II°[3]): „Cuius", inquit, id est Antychristi, „est adventus secundum operacionem Sathane in omni virtute et signis et prodigiis mendacibus et in omni seduccione iniquitatis [iis], qui pereunt." Et subditur causa ad propositum[4]): „Eo quod caritatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent, ideo mittet illos[b]) deus in operacionem erroris, ut credant mendacio, ut vindicentur[c]) omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati." Et idcirco eciam in propheta proprius ponitur[5]): „Et auferent iuge sacrificium." Et dehinc subiungitur vindicta illius, cum dicitur[6]): „Et dabunt abhominacionem in desolacionem."

Necesse etenim semper fuit in iudiciis divinis, quatinus ubi expellitur, ubi[d]) contempnitur veritas, quod ibi falsitas admittatur, et ubi locus Christo Jhesu[e]), deo vero, nec[f]) non spiritui eius destruitur aut negligitur, quod mox ibi Antichristus vel dyabolus suam collocet abhominabilem stacionem. Illud namque veritas in ewangelio expressit, ubi ait[7]): „Cum spiritus inmundus exierit[g]) ab homine, ambulat per loca inaquosa[h]), querens sibi requiem, et non inveniens, dicit: Revertar in domum, unde exivi[i]). Et [veniens] invenit eam [vacantem], scopis mundatam et ornatam. Et vadens assumpsit[k]) septem spiritus nequiores se et intrantes habitant ibi. Et erunt novissima ho-

---

a) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Antichristus non aliunde venit, *v. infra p. 225, lin. 7.* b) illis *biblia.* c) iudicentur *biblia.* d) ibi *corr.* ubi *A.* e) Jhesus *corr.* Jhesu *A.* f) *super lin. add. A.* g) exiret *biblia.* h) arida *biblia.* i) *post corr. A.* k) assumit *biblia.*

1) *Daniel. XI. 31.* 2) *Daniel. XI. 31.* 3) *II. Thess. II. 9—10.* 4) *II. Thess. II. 10.* 5) *Daniel. XI. 31.* 6) *Daniel. XI. 31.* 7) *Matth. XII. 43—45.*

minis illius peiora prioribus. Sic erit et iam est[a]) generacioni huic pessime“, que, obmissa spiritu[s] Jhesu[b]) veritate atque caritate, [f. 175[b]] tota die fabulas insectatur, et non tantum iuge sacrificium obmisit digne frequentare, sed eciam exicialiter persequitur illos, qui, obmissis ficticiis, cottidie vel frequenter festinant corpus et sanguinem Jhesu manducare.

Item eciam abhominacio desolacionis dicta est ideo adinvenciones predicte hominum et figmenta in populo modo celebrata, quia quam cito homo christianus ad ea se convertit et, ea insequens, suam salutem in illis reponit et ipsis credit, mox efficitur indignus frequenti communione corporis Jhesu Christi vel participacione graciarum et veritatis per Jhesum Christum facte in isto sacramento, deo pleno, et aufertur a tali homine omnis dulcedo spiritus Jhesu et omne desiderium salubre ad divina sacramenta et omnis intelligencia salubris veritatis, ita quod homo, tunc existens desolatus a spiritu et veritate, incipiat deo servire solum ex timore et ex consuetudine et nolens notari esse exsors a multitudine carnalium, vel malus christianus, vel timens excommunicacionem a superioribus. Sicque talia inventicia et corporalia tanto magis studebit implere, quanto magis a timore servili agittatur, et[c]) magnificans illas cerimonias et doctrinas hominum et prefata figmenta vane gloriosorum et avarorum clericorum et religiosorum et aliorum pardorum venancium in deserto, de quibus scriptum est Mt.[d]) [1]): „Yppocrite, bene prophetavit de vobis Ysaias: Populus iste labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.“ Et sequitur in prophecia: „Et timuerunt me mandato hominum.“ Dehinc dicit Jhesus ad tales [2]): „Frustra autem colunt me, docentes mandata et doctrinas hominum.“

Itaque animadversio supradictorum ficticiorum et novitatum recencium a populo christiano et reposicio sue glorie et salutis in ipsis vel directe aut indirecte est abhominacio in Christo et desolacio[e]) iugis sacrificii et est iniuria maxima domini Jhesu corporis et sanguinis sacramento. Non enim ista possunt se conpati in anima christiani vel in templo sine iniuria permaxima deo vero, sicuti iam est

---

[a]) et iam est *om. biblia.* [b]) *rasura in A.* [c]) *ita A.* [d]) *lacuna seq. in A.* [e]) desolacionis *false A.*

[1]) *Matth. XV. 7—8.* [2]) *Matth. XV. 9.*

deductum, licet presens multitudo Antychristorum ut scuta fusilia conpacta [1]) et ut stuppa collecta [2]) militans sub rege, angelo abyssi, cui nomen latine Exterminium [a]) [3]), et secundum iudicem populi sunt et ministri eius [4]). Exterminator enim iudex istorum, exterminaciones habet et ministros, id est desolatores yppocritas, qui, abhominacionem sepedictam desolacionis conponentes, nituntur ista, que dicta sunt, inconponibilia conbinare et mendacium veritati sociare, aut pocius per veritatem fidei Jhesu sua figmenta excusare [b]) et fabulas dampnosas per sanctitatem paliare, ut secundum operacionem Sathane perinde conponant omne genus seduccionis et iniquitatis hiis, qui pereunt eo, quod non susceperunt caritatem veritatis [5]), quamvis, inquam, aput tales proficiant et post ipsos abeat infinita stultorum multitudo [6]) et reproba circa fidem Jhesu [7]), que deum et dominum suum dereliquit [8]), et licet resplendeant omni genere racionis et specierum pietatis, et licet sint per universa templa dilatati et tam fortificati et defensi, ut non sit repertus, qui contrarium auderet dicere aut affirmare, et licet tam colorate hec talia conponant et indicent [c]), ut eis ipsis alludant raciones et scripture.

Sciant tamen, quod amplius non proficient [9]), et quod talia satagentes inmittere fidei Jhesu Christi et ipsius sacramentis, non aliud fabricant, nisi in loco sancto ydolum zeli [10]), abhominacionem desolacionis, calicem deauratum in manu purpurate meretricis, plenum abhominacionibus fornicacionis et inmundicie [11]), et magnam iniuriam corpori et sanguini Jhesu Christi. Nam satis nota precessit figura illius 1° Reg. V. [12]); cum scilicet Philistei, capta ab Israhel archa domini, eam nitebantur primo et secundo deo ipsorum Dagon in uno templo sociare, sed nequaquam id efficere valuerunt; quapropter pocius eligentes cum Dagon, deo suo, morari, archam domini ad terram Israhel remiserunt. Ita isti sepe denotati, quia ipsimet quedam chimere

---

a) Exterminans *biblia*. b) excusari *A*. c) indicant *A*.

1) *Cf. Job XLI. 6.* 2) *Cf. Eccli. XXI. 10.* 3) *Cf. Apoc. IX. 11.* 4) *Cf. Eccli. X. 2* (secundum judicem populi, sic et ministri eius). 5) *Cf. II. Thess. II. 10.* 6) *Cf. Eccle. I. 15* (stultorum infinitus est numerus). 7) *Cf. II. Timot. III. 8* (reprobi circa fidem). 8) *Cf. Oseae IV. 10* (quoniam dominum dereliquerunt in non custodiendo). 9) *II. Tim. III. 9* (ultra non proficient). 10) *Cf. Ezech. VIII. 3, etc.* 11) *Cf. Apoc. XVII. 4.* 12) *Cf. I. Reg. V. 1 sq.*

existunt, prout de locustis coronatis dictum est superius[1]), ita eciam favent effectibus chimerinis, id est figmentis et fabulis conpositis ex inconponibilibus[a]) conponi; neque mirum, quoniam maxima est argumentorum dyale[c]tice, scilicet effectus semper gerit similitudinem sue cause. Licet igitur per hoc gentes seducerent[2]), qui non habent signum dei vivi scriptum in frontibus suis[3]), tamen corpore Christi ad suos electos destinato, sicud scriptum est[4]): „Ubi fuerit corpus, ibi congregabuntur et aquile“, ipsimet desolati[b]), sicut ficus infructuosa[5]), derelicta a Christo et ab eius spiritu, cum suo Dagon spiritualiter remanebunt, [f. 176a] sicut scriptum est[6]): „Fiat habitacio eorum deserta et in tabernaculis eius non sit, qui inhabitet.“

## Capitulum tercium[c]).

*Denudacio faciei meretricis magne*[c]).

Ulterius in textu de E z e c h i e l e adaptato dicitur[7]): „Et ingressus vidi. Et ecce, omnis similitudo reptilium et animalium, abhominacio, eciam universa ydola Israhel depicta in circuitu erant in pariete per totum, et LXX viri de senioribus domus Israhel. Et Iechonias, filius Saphan, stabat in medio eorum, stancium ante picturas: et unusquique habebat thuribulum in manu sua et vapor nebule de thure consurgebat. Et dixit ad me: Certe vides, fili hominis, que seniores Israhel faciunt in tenebris, unusquisque in abscondito cubilis[d]) sui. Dicunt enim: Dominus non videt nos. Dereliquit dominus terram.“

Ecce eos, quos hic Ezechiel plane et per singula describit, illos Daniel lucide et in generali edicit loco superius allegato et detegit fucatam faciem mistice meretricis. Nam prius quam dixit de iugi sacrificio auferendo et abhominacione desolacionis locanda, inmediate intulit[8]): „Et impii in testamentum simulabunt fraudulenter.“

---

[a]) inconpossibilibus *A.* [b]) *rasura in A.* [c]) *ita A rubr.* [d]) *ita A;* cubiculi *biblia.*

[1]) *v. supra p. 105.* [2]) *Cf. Apoc. XX. 7* (seducet gentes). [3]) *Cf. Apoc. IX. 4* (qui non habent signum dei in frontibus suis). [4]) *Matth. XXIV. 28.* [5]) *Cf. Job XXIV. 20* (quasi lignum infructuosum). [6]) *Act. I. 20* (in tabernaculis *om.*). [7]) *Ezech. VIII. 10—12.* [8]) *Daniel. XI. 32.*

*B)* Eosdem dominus Jhesus expressit adhuc manifestius, tectum Gog et Magog, id est eorum, qui de tecto et sub tecto nominis eius et rerum *(sic)* seducunt gentes christianorum, detegendo et coram illis, qui spiritum dei habent, usque ad collum denudando[1]), Mt. XXIIII°[2]): „Videte, ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes, quia ego sum Christus. Et seducent multos“[a]). Et paulo post[3]): „Tunc tradent vos in tribulacione[m] et occident vos; et eritis odio[b]) omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi, et invicem tradent, et odio habebunt invicem. Et multi pseudoprophete surgent et seducent multos. Et quoniam habundabit iniquitas, refrigescet[c]) caritas multorum.“ „Cum videritis abhominacionem desolacionis, que dicta est a Danyele propheta, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat.“ Et infra[4]): „Tunc si quis vobis dixerit: Ecce, hic est Christus, aut illic, nolite credere. Surgent enim [pseudochristi et] pseudoprophete, et dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, eciam electi.“ Et Luce XXI°[5]): „Videte[d]), ne seducamini. Multi enim venient in nomine meo, dicentes, quia ego sum, et tempus apropinquavit“[e]).

Et istos eosdem, qui faciem meretricis maxime coram ecclesia exhibent et ostentant, rebus domini Jhesu coloratam, multum aperte significat II. Cor. XI., dicens[6]): „Nam et eiusmodi pseudoprophete et apostoli sunt operarii subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi. Et non mirum: ipse enim Sathanas transfigurat se in angelum lucis. Non est igitur magnum, si ministri eius transfigurent se velud ministri iusticie.“

Item alio sermone atque magis proprio eosdem describit Philipp. III°[7]): „Imitatores mei, inquit, estote, fratres, et observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos [sepe] dixi vobis (nunc autem et flens dico) inimicos crucis Christi: quorum finis interitus, quorum deus venter est et gloria in confusionem ipsorum, qui terrena sapiunt.“

Aliter quoque ipsos exprimit Collocen. II°, dicens[8]): „Nemo

---

[a]) aut illic, nolite credere *sequitur in A, sed postea del.* [b]) *sup. lin. add. A.* [c]) et refrigescit *false A.* [d]) *post corr. A.* [e]) appropinquabit *A.*

[1]) *Cf. Habac. III. 13.* [2]) *Matth. XXIV. 4—5.* [3]) *Matth. XXIV. 9—12 et 15.* [4]) *Matth. XXIV. 23—24.* [5]) *Lucae XXI. 8.* [6]) *II. Cor. XI. 13—15* (*tantum* pseudoapostoli). [7]) *Philipp. III. 17—19.* [8]) *Coloss. II. 18—23.*

vos seducat, volens in humilitate et religione angelorum, que non vidit, ambulans, frustra inflatus sensu carnis sue. Et non tenens caput, ex quo totum corpus, per nexus et coniuncciones subministratum et constructum[a], crescit in augmentum dei. Si autem mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc tamquam viventes mundo decernitis? Ne tetigeritis neque gustaveritis neque contrectaveritis, que sunt omnia in interitu[m] ipso usu secundum precepta et doctrinas hominum; que sunt quidem racionem habencia sapiencie in supersticione et humilitate, et non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis."

Enimvero aliis verbis iterum eosdem indicat I. Thym. IIII°, dicens[1]: „Spiritus manifeste dicit, quia in novissimis temporibus discedent[b] a fide quidam, attendentes[c] spiritibus erroris et doctrinis demoniorum, in yppocrisi loquencium mendacium et cauteriatam suam habencium conscienciam, prohibencium nubere, abstinere a cibis, quos deus creavit ad percipiendum cum graciarum accione fidelibus et hiis, qui congnoverunt veritatem."

Atque iterum distinccius istos tales explanat II. Thy. III°[2]: „Hoc autem scito, quia in novissimis diebus instabunt tempora periculosa. Erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affeccione, sine pace, criminatores, incontinentes, inmites, sine [f. 176b] benignitate, proditores, protervi, timidi[d], ceci, voluptatum amatores magis quam dei, habentes speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos devita. Ex hiis sunt, qui penetrant domos et captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, que ducuntur variis desideriis, semper discentes et numquam ad scienciam veritatis pervenientes. Quemadmodum Yamnes et Mambres restiterunt Moysi, ita et hii resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed ultra non proficient. Insipiencia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut [et] illorum fuit."

Sed adhuc multum lucide hos novissimos illustres edicit idem apostolus Act. XX. f.[3]: „Attendite, inquit, vobis et uni-

---

a) con — *sup. lin. add. A.* b) *ita biblia; corr. A.* c) attendentibus *biblia.* d) tumidi *biblia.*

1) *I. Tim. IV. 1.* 2) *II. Tim. III. 1—9.* 3) *Act. XX. 28.*

verso gregi, in quos vos spiritus sanctus posuit, episcopos regere ecclesiam dei, quam acquivisit sanguine suo.“ Et ad propositum [1]): „Ego enim scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis ex[s]urgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se.“

Hic nota tria de pseudochristis vel christianis.

Primo, quod ipsi veniunt ex rectoribus et ex devotis solum secundum apparenciam, ut sunt falsi religiosi et falsi christi sive falsi curati et episcopi vel alias prelati et viri religiosi. Et hoc manifeste innuit, cum dicit [2]): „Et ex vobis ipsis ex[s]urgent.“

Secundo, quod intrant ad plebes non propter plebes ex caritate, ut eas pascant, sed propter seipsos, ut suam vitam hic ducant delectabilem et honoratam. Propter quod sunt „lupi rapaces in grege et non parcunt gregi, sed sibi ipsis“ [3]). Unde venit, quod „alligant onera inportabilia super humeros hominum, digito autem suo nolunt ea movere“ [4]).

Tercium est, quod communitatem christianorum non valde diligunt, sed multum delectantur pro se congregare fraternitatem vel plures discipulos suos in suam obedienciam et professionem singularem, et hoc faciunt, commendantes seipsos et aliis conventiculis detrahentes. Hoc autem evidenter exprimit apostolus, cum dicit [5]): „Viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se.“

Dehinc Jacobus eciam non obmisit maculas faciei mulieris fornicarie tenaciter insidentes demonstrare, quas vacas nullo fuco facile potest ipsa operire. Unde de adultera [a]) huiusmodi sic loquitur [6]): „Si quis putat se religiosum esse et non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio.“ Et infra [7]): „Quod si zelum amarum habetis et contenciones sunt in cordibus vestris, nolite gloriari et mendaces esse adversus veritatem. Non est enim ista sapiencia desursum descendens, sed [b]) terrena, animalis, dyabolica.“ Et paulo post [8]): „Adulteri, nescitis, quia amicicia huius mundi inimica est

---

[a]) de *superflue seq. in A.* [b]) *post corr. A.*

[1]) *Act. XX. 29—30.* [2]) *Act. XX. 30, l. c.* [3]) *Cf. Act. XX. 29.* [4]) *Cf. Matth. XXIII. 4.* [5]) *Act. XX. 30.* [6]) *Jacobi I. 26.* [7]) *Jacobi III. 14.* [8]) *Jacobi IV. 4.*

deo[a])? Quicumque enim voluerit amicus huius mundi fieri[b]), inimicus dei constituitur."

Petrus autem talibus verbis istam synagogam Sathane et generacionem adulteram et matrem fornicacionum terre, de qua sermo, manifestat, dicens[1]): „Fuerunt vero et pseudoprophete in populo, sicut et in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perdicionis, et eum, qui emit nos, deum[c]) negant, superducentes sibi celerem perdicionem. Et multi sequentur eorum luxurias, per quos veritatis via blasphemabitur, et in avaricia fictis verbis de vobis negociabuntur." Et post pauca[2]): „Magis autem eos, qui post carnem in concupiscenciis [immundicie] ambulant dominacionemque contempnunt, audaces, sibi placentes, sectas non metuunt introducere blasphemantes: ubi angeli, fortitudine et virtute cum sint maiores, non portant adversum se execrabile iudicium. Hii vero velud irracionabilia pecora, naturaliter in capcionem et [in] perniciem[d]) in hiis, que ignorant, blasphemantes in corrupcione sua peribunt; percipientes mercedem iniusticie, voluptatem existimantes diei delicias, coninquinaciones et macule deliciis affluentes, in conviviis suis luxuriantes vobiscum, oculos habentes plenos adulterii et incessabilis delicti. Pellicientes animas instabiles, cor[e]) exercitatum avaricia habentes, malediccionis filii, derelinquentes viam rectam erraverunt, secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amavit[f]), correpcionem vero habuit sue insanie, subiugale mutum animal, hominis voce loquens, prohibuit prophete insipienciam. Hii sunt fontes sine aqua, nebule turbinibus exagitate, quibus caligo tenebrarum reservatur. Superba enim vanitatis loquentes pelliciunt in desideriis [carnis] luxurie eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conversati, [f. 177a] libertatem illis promittentes, cum ipsi servi corrupcionis, a quo enim quis[g]) superatus est, huius et servus est. Si enim refugientes coinquinaciones mundi in congnicione domini nostri et salvatoris Jhesu Christi, hiis rursum inplicantur[h]): facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim eis

---

[a]) dei *biblia*. [b]) amicus esse saeculi huius *biblia;* fieri *sup. lin. add. A ad auctore.* [c]) dominum *biblia.* [d]) *post corr. A.* [e]) eorum *corr.* cor *A in marg.* [f]) . - i - *sup. lin. A.* [g]) *sup. lin. A.* [h]) implicati superantur *biblia.*

[1]) *II. Petri II. 1—2.* [2]) *II. Petri II. 10—22.*

erat non congnoscere viam iusticie quam post agnicionem retrorsum converti ab eo, quod traditum est illis sancto mandato. Contigit enim [eis illud] veri proverbii: Canis reversus ad vomitum suum et sus lota in volutabro luti. — Hanc[1]), ecce, vobis, karissimi, secundam scribo epistolam. In quibus vestram excito in commonicione sinceram mentem, ut memores sitis eorum, que predixi, verborum a sanctis prophetis et apostolorum vestrorum preceptorum domini [et] salvatoris. Hoc primum scientes, quod venient in novissimis diebus in decepcione illusores, iuxta proprias concupiscencias ambulantes, dicentes: Ubi est promissio aut adventus eius?"

Hec omnia Petrus de yppocritis et pseudoprophetis.

## Capitulum quartum[a]).

*Denudacio eorum, qui intrinsecus latent in magna meretrice, et quod Antychristus venit de christianis inpiis*[a]).

Johannes vero in canonica sua talem ponit divisionem inter eos, qui sunt in Christo Jhesu, et eos, qui sunt ex parte Antychristi. „Filioli, inquit[2]), nemo vos seducat. Qui iusticiam facit, iustus est, sicud et ille iustus est. Qui facit peccatum, ex dyabolo est, quoniam ab inicio dyabolus peccat. In hoc apparuit filius dei, ut destruat[b]) opera dyaboli. Omnis, qui natus est ex deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, et non potest peccare, quoniam ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filii dei et filii dyaboli. Omnis, qui non est iustus, non est ex deo, et qui non diligit fratrem suum, quia hec est annunciacio, quam audistis a principio, ut diligatis alterutrum. Non sicut Cayn, [qui] ex maligno erat, qui[c]) occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant, fratris autem eius iusta." Et modico post[3]): „Qui non diligit, manet in morte, et omnis, qui odit fratrem suum, homicida est."

Illos autem tales vocat non longe ante Antychristos, dicens[4]): „Filioli, novissima hora est. Et sicut audivistis, quia

---

a) *ita A rubr.* b) dissolvat *biblia.* c) et *biblia.*

1) *II. Petri III. 1—4.* 2) *I. Joan. III. 7—12.* 3) *I. Joan. III. 14—15.* 4) *I. Joan. II. 18—19.*

Antychristus venit, nunc autem Antychristi multi facti sunt: unde scimus, quia novissima hora est. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum, sed ut manifesti sint, quoniam non erant omnes ex nobis."

Ecce, quam aperte deducit, secundum quod supra dictum est, quod scilicet Antychristus[a]) non aliunde venit nisi ex christianis, ymmo non aliud est Antychristus nisi christianus indignus, contrarius Christo Jhesu, vel opere faciendo ullam iniquitatem, sicud[b]) scriptum est[1]): „Confitentur se nosse deum, factis autem negant", vel sermone, sicut omnis, qui mentitur aut figmenta et fabulas in sanctam ecclesiam introducit[c]), quemadmodum scriptum est in Jeremia XXXIII. c.[d])[2]): „[Propheta], qui habet sompnia, loquatur sompnia, [et] qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum vere. Quid palleis ad triticum? dicit dominus."

Dominus enim Jhesus est veritas et dei virtus et dei sapiencia et ipse est caritas[3]). Ergo quicumque facit contra veritatem verbo mendaci, vel contra virtutem opere iniquo, vel contra sapienciam quovismodo accipiens in vanum animam suam[4]), vel contra caritatem admittens inpietatem, ille est Antychristus proprie hic expressus. Unde sequitur c. IIII°[5]): „Carissimi, nolite omni[f]) spiritui credere, sed probate spiritus, si ex deo sint, quoniam multi pseudoprophete exierunt in mundum. In hoc congnoscitur dei spiritus: omnis [spiritus], qui confitetur Jhesum Christum in carne venisse, ex deo est et omnis spiritus, qui solvit Jhesum, ex deo non est." „Solvit" autem dicit notanter, videlicet modo supradicto. Nam, ut dictum est, Jhesus est omnis virtus et omnis sapiencia et omnis dileccio. Igitur quicumque christianus ex proposito seu voluntarie solvit illa, in magno vel in parvo, in parte vel ex toto, ille solvit Jhesum, quia solvit, id est dissolvit et destruit dei virtutem et dei sapienciam et dei dileccionem: et ita est iuste Antichristus.

---

7) Unde Antichristus venit *D 1 in marg.*

a) *contin. D 1. 2.* b) sicud — negant *om. D 1. 2.* c) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Et non unus quisque, *v. infra, p. 226, lin. 33.* d) *posterius add. A.* e) *post corr. A.* f) *sup. lin. add. ab auctore A.*

1) *Tit. I. 16.* 2) *recte Jerem. XXIII. 28.* 3) *Cf. I. Cor. I. 24 et I. Joan. IV. 8.* 4) *Cf. Psalm. XXIII. 4.* 5) *I. Joan. IV. 1—3.*

Et ille christianus solo nomine, qui super alios omnes christianos peccatores habundat iniquitate et in capite omnium contrarius est dei virtuti et dei sapiencie, ipse est sine condicione ille maximus et famosus Antychristus. Nam dicitur hic [1]): „Et omnis spiritus, qui solvit Jhesum, ex deo non est. Et hic est Antychristus, de quo audistis, quoniam veniet [a]), et nunc iam in mundo est. Et vos e deo estis, filioli, et vicistis eum“, id est spiritum Antychristi, qui est spiritus huius mundi. De quo apostolus [2]): „Nos spiritum huius mundi non accepimus.“ Spiritus autem huius mundi est amor huius mundi et magnificare atque diligere ea [b]), que sunt huius mundi, utpote divicias, gloriam et vitam carnis suavem. Nos autem, id est christiani, non accepimus spiritum istum huius mundi, sed spiritum, qui ex deo est, id est noticiam dei et dileccionem fratrum et spem vivam et florentem fructificantemque in vitam eternam. Maior est autem spiritus dei in christianis christis [et] sanctis, quam spiritus mundi [f. 177[b]] potest esse in christianis antychristis et crudelibus. Ideo subditur [3]): „Quoniam maior est, qui in vobis est, quam qui in mundo. Ipsi in mundo sunt, ideo de mundo loquntur et mundus eos audit. Nos ex deo sumus. Qui novit deum, audit nos. Qui autem non est ex deo, non audit nos. In hoc congnoscimus spiritum veritatis et spiritum erroris. Karissimi, diligamus nos invicem, quoniam caritas ex deo est, et omnis, qui diligit fratrem suum [c]), ex deo est natus et congnoscit deum. Qui non diligit, non habet caritatem [d]) et non novit deum, quoniam deus caritas est.“

Hic est iterum advertendum, quod dicit Johannes [4]): „Omnis spiritus, qui solvit Jhesum, ex deo non est.“ Et hic est Antychristus, primo quod non caro et sanguis est Antychristus, quia „non est nobis colluctacio adversus carnem et sanguinem“ [5]), sed spiritus contrarius spiritui Jhesu, occupans „carnem et sanguinem“, id est homines christianos ipsos, primo et principalius est Antychristus. Et [e]) non unus spiritus aliquis singularis est Antychristus, sed omnis spiritus malignus expungnans

27) Nota *A manu posteriore*.

a) venit *biblia*. b) *post corr. add. in marg. A.* c) fratrem suum *om. biblia*. d) non habet caritatem *om. biblia*. e) *contin. D 1. 2.*

1) *I. Joan. IV. 3—4.* 2) *I. Cor. II. 12.* 3) *I. Joan. IV. 4—5.* 4) *I. Joan. IV. 3.* 5) *Ephes. VI. 12.*

Jhesum ex hominibus per quecumque sua membra per universam ecclesiam longe et late diffusam quocumque modo erroris vel malicie est Antychristus. Et ille homo christianus iniqus, qui in summo gradu est habundancie iniquitatis et gloriatur in malicia et potens est in decepcione[1]), ipse est summus Antychristus[a]) vel in ipso est summe Antychristus, id est spiritus contrarius Jhesu Christo[b]).

Item quod Antychristus sit omnis spiritus malignus contrarius per directum vel indirectum[c]) fidei et moribus Jhesu Christi in hominibus christianis, confirmat hoc de plano textus sequens, ubi dicitur[2]): „Et nunc iam in mundo est."

Ubi nota primo, quod dicit: „et nunc iam." Ex quo elicitur, quod spiritus in gentilibus nec spiritus in Judeis aut aliis extraneis est vel dicitur proprie Antychristus, prout superius est deductum[3]), sed forte dicitur spiritus inmundus[4]), qui fuit per Christum abiudicatus et foras eiectus et dehinc per mulierem, sponsam agni, sub pedibus ipsius capite contritus, sicud scriptum est[d])[5]): „Donec Sathan conteratur sub pedibus nostris." Itaque ante Christum Jhesum spiritus malus, id est dyabolus, fuit quidem pater omnis mendacii et omnium inpiorum nuncupatus, sicud scriptum est[6]): „Vos ex patre dyabolo estis et ideo opera eius wltis facere. Ille homicida fuit ab inicio et in veritate non stetit, sed quia mendax est et pater eius". Fuit eciam Sathan, id est adversarius eorum, que dei sunt. Unde Job I[7]): „Affuit inter eos et Sathan." Fuit eciam dictus princeps huius mundi et rex super omnes filios superbie. Unde Joh.[e])[8]): „Nunc princeps huius mundi eicietur foras." Fuit spiritus inmundus. Unde Mt.[e])[9]): „Cum inmundus spiritus exierit ab homine." Sed non fuit Antychristus, quia tunc adhuc non erat Christus, quoniam secundum modum loquendi logice, licet ista proposicio sit vera: Christus semper fuit, tamen ista cum hoc est vera: ante incarnacionem filii dei non fuit Antichristus[f]). Quamobrem dyabolus, qui ab inicio creature

[a]) *om. D 2.* [b]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Faccio vero nequissima, *v. infra p. 230, lin. 18.* [c]) *post corr. sup. lin. A.* [d]) *lacuna seq. in A.* [e]) *lacuna seq. in A.* [f]) anti — *sup. lin. add. A.*

[1]) *Cf. Psalm. LI. 3.* [2]) *I. Joan. IV. 3.* [3]) *v. supra p. 5—7 et 178.* [4]) *saepius in biblia occurrit.* [5]) *Cf. Judith XIV. 5 (discrepat).* [6]) *Joan. VIII. 44* (desideria *loco* opera). [7]) *Job I. 6.* [8]) *Joan. XII. 31.* [9]) *Matth. XII. 43.*

fuit mendax et homicida, idem ab inicio sancte ecclesie apostolice incepit esse Christicida et Antichristus, non tamen ubique et per omnia, sed in ecclesia, que est corpus et regnum Christi, quia de hiis, qui foris sunt, nichili Christi interest, et ideo si mortui sepeliunt suos mortuos, nichil de hiis ad Christum, quia sunt nichili[1]), secundum quod scriptum est Ysaie XL. e.[2]): „Omnes gentes quasi non sint, [sic sunt] coram eo et quasi nichilum et inane reputate sunt [ei]", et quia iam sunt dudum condempnati, sicud scriptum est Jo.[a])[3]): „Qui non credit, iam[b]) iudicatus est."

Nec eciam dyabolus, obpungnans ecclesiam a Judeis et paganis, nec fuit neque erit proprie Antychristus, sed solum est spiritus inmundus vel Sathan et manifestus adversarius et unus simplex spiritus, unico modo contrarius fidei Jhesu Christi. Antychristus autem est omnis spiritus, „qui solvit Jhesum"[4]) et in omni via malicie et omni genere decepcionis et principaliter sub speciebus pietatis et apparencie et assimilacionis Jhesu Christo. Propter quod dyabolus cum erat inmundus spiritus, eiectus per Christum ab hominibus, qui fuerunt tunc, eiecto regno dyaboli, effecti regnum et corpus Jhesu Christi, dehinc rediens ad eosdem, invenit iam per Christi Jhesu spiritum ornatos, sicut scriptum est[c])[5]): „Spiritus domini ornavit celos". et fide Jhesu purgatos, veluti iterum scriptum est Actuum[d])[6]): „Fide purificans corda eorum", sed tamen vacuos christianos, id est, qui rursum prolapsi ad mundum per dampnacionem in illos et respeccionem retro sunt effecti in Christo palmites infructuose, excise et erecte[7]): tunc inmundus spiritus assumptis secum septem [f. 178ᵃ] nequioribus se spiritibus[8]), id est cum omni spiritu „solvente Jhesum"[9]), id est expugnante spiritum Jhesu bonum, primum in talibus et per tales depravatos et reprobos circa fidem Jhesu[10]) incepit esse Antychristus, quoniam notum esse potest ex scripturis, quod septenarius numerus pro universitate accipitur[11]). Ita hic

[a]) *lacuna seq. in A.* [b]) *post corr. A.* [c]) *lacuna seq. in A.* [d]) *lacuna seq. in A.*

[1]) *Cf. I. Cor. V. 12.* [2]) *Isaiae XL. 17.* [3]) *Joan. III. 18.* [4]) *I. Joan. IV. 3.* [5]) *Job XXVI. 13.* [6]) *Act. XV. 9.* [7]) *voces sunt biblicae.* [8]) *Cf. Matth. XII. 45.* [9]) *I. Joan. IV. 3.* [10]) *Cf. II. Tim. III. 8* (homines corrupti mente, reprobi circa fidem). [11]) *v. ex. gr. Genes. passim.*

septem spiritus nequiores accipiuntur pro omni genere iniquitatis et malicie spiritualis[a]) in celestibus et pro omni fraudulencia invadendi sanctos dei pro omnique genere decepcionum secundum[b]) totum posse Sathane et ipsius altitudinem excogitat[ar]um et confict[ar]um, que altitudo Sathane, subaudis in circumveniendo electos, et ipsius astucia est ita subtilis et efficax ad nocendum, ut omnem industriam supperet hominum et omne ingenium, eciam electorum, ita quod dicat veritas Apoc.[c])[1]): „Qui non congnoverunt altitudinem Sathane.“ Hec igitur ipsa altitudo in decipiendo per omnem viam et modum sibi possibilem et concessum a deo et in nocendo veritati Christi et virtuti atque sapiencie intelligitur per septem spiritus nequiores et per omnem spiritum solventem Jhesum, et hic est Antychristus, qui iam tunc erat in mundo secundum ipsius primordia et conceptus et natus.

## Capitulum quintum[d]).

*Ostensio culcioris vestis meretricis et subtilioris fuci[e]) adultere et de subtilitate maiore decipiendi christianos a spiritu Antychristi[f]).*

Prius namque dyabolus, postquam semel sibi subiugavit genus humanum, „fortis, armatus, tenens atrium suum, in pace cuncta possidebat“[2]), et non egebat magna opera vel multiplicitate decepcionum contra homines ante adventum Jhesu Christi, quia faciliter et, sicud predictum est, uno simplici spiritu inmundicie, saltem principaliter per ipsum invadebat et vexabat genus hominum. Et ideo de mundo primitivorum dicitur, quo(d) omnis quidem caro corruperat viam suam[3]); et dehinc de Sodoma et Gomorra[g]) et filiabus Loth[4]), de Gabaonitis et Levite cum uxore[5]); post hec de filiis Israhel cum mulieribus Madianitharum per procuracionem Balaam[6]), ita eciam de Sampsone[7]), David[8]) et Salomone[9]), simul et multis aliis scriptum est[h]), quomodo spiritus inmundus in ipsos omnes suam exercuit potestatem.

19) Nota totum bene *A.*

[a]) *sup. lin. corr. A.* [b]) sed *corr.* secundum *A.* [c]) *lacuna seq. in A.* [d]) *ita A rubr.* [e]) *post ras. A.* [f]) *ita A rubr.* [g]) *post corr. sup. lin. A.* [h]) dicitur *corr.* scriptum est *A.*

[1]) *Apoc. II. 24.* [2]) *Cf. Lucae XI. 21.* [3]) *Cf. Genes. VI. 12.* [4]) *Cf. Gen. XIX. 1 sq. et 30 sq.* [5]) *Cf. II. Reg. XXI. 1 sq.* [6]) *Cf. Numer. XXV. 1 sq.* [7]) *Cf. Judic. XVI. sq.* [8]) *Cf. II. Reg. XI. 1 sq.* [9]) *Cf. III. Reg. XI. 1 sq.*

Enimvero cum domini Jhesu venit spiritus septiformis, id est [spiritus] universe et perfecte et sufficientissime salutis [et] gracie, et homines dignos se per Christum Jhesum adinplevit, omnia, que sunt in hoc mundo visibilia et invisibilia, ad cooperacionem salutis deum diligentibus adducens et convertens, sicut scriptum est Ro. VIII°[1]): „Omnia diligentibus deum cooperantur ad bonum", et iterum Ty. I[2]): „Omnia munda mundis", et omnem veritatem ipsos edocens, omni lumine illustravit et de claritate tamquam a domini spiritu transformando[3]): tunc sancti dei homines cogitaciones dyaboli non ignorabant[4]), quoniam tunc fuit a Jhesu Christo spoliatus et denudatus (sicut scriptum est[5]): „Denudasti fundamenta eius usque ad collum") et foras eiectus. Et tunc primum necesse incubuit nequam spiritui et inmundo secum assumere universitatem omnium spirituum pessimorum et adhibere omnem operam et sagacitatem ad sanctos dei decipiendum et inpungnandum. Sic et fecit usque hodie.

Faccio[a]) vero nequissima et efficacissima nequam spiritui est sanctos decipere per species bonorum, que sancti apprehendere et tenere summe conantur, et idcirco nichil contra tales et[b]) presertim contra electos dei proficeret, si eos per nudam maliciam attemptaret. Nichil etenim inbecillius dyabolo denudato in conparacione electorum. Igitur astutus et ipsius spiritus, armatus omni fraude, sub colore bonorum et sanctitatis et religionis inducere habundanciam iniquitatis satagit et falsitatis, et id, quod est mendacium, per apparentem veritatem opperire: et illud est proprie adventus ac opus Antichristi[c]), secundum diffinicionem apostoli, secundum operacionem Sathane in omni[d]) virtute, gracia et signis[6]).

Igitur Antychristus, id est omnis spiritus malignus habitans in fictis christianis, principaliter et maxime venit et suam negociacionem adinplet per falsos prophetas et apostolos, et hoc est per religiosos indignos et sacerdotes carnales, per sapientes iniquos et doctores, quia illi sunt ei

---

a) *contin.* *D 1. 2.* b) *ita D 2; om. A D 1.* c) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Quapropter Antychristus est maxime, *v. infra p. 231, lin. 14.* d) *post corr. A.*

1) *Roman. VIII. 28.* 2) *Tit. I. 15.* 3) *Cf. II. Cor. III. 18.* 4) *Cf. II. Cor. II. 11* (non enim ignoramus cogitationes eius). 5) *Habac. III. 13.* 6) *Cf. II. Thess. II. 9.*

efficacissimi ad nocendum dei populis, quemadmodum figuratum est in Regum XXII°, ubi dicitur [1]: „Vidi dominum super solium suum sedentem et omnem exercitum celi assistentem ei a dextris et a sinistris. Et ait dominus: Quis decipiet Achab, regem Israhel, ut ascendat et cadat in Ramoth Galaad? Et dixit unus verba huiusmodi et alius aliter. Egressus est autem spiritus et stetit coram eo et ait.“ Nota, quod magna sunt hic misteria intexta, quoniam notat scriptura hec spiritum singularem, qui ponderose ait [2]: „Ego decipiam. Cui locutus est dominus: In quo?“ Ecce, quomodo hic innuitur ponderose subtilissima et nequissima decepcio. Nam sequitur [3]: „Et ille ait: Egrediar, et ero [f. 178b] spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit dominus: Decipies et prevalebis. Egredere et fac ita.“

Quapropter [a]) Antychristus maxime et principaliter in falsis christianis et [b]) precipue in pseudoprophetis esse putandus est et ponendus atque timendus et cavendus [c]), prout dixit Christus [4]: „Attendite vobis a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium“; et loquens de temporibus novissimis Antychristi, dixit Mt. XXIIII° [5]: „Videte, ne quis vos seducat. Multi venient in nomine meo, dicentes, quia ego sum Christus, et multos seducent.“ Et infra [6]: „Surgent pseudochristi et pseudoprophete et dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, et electi.“ Quia igitur ipsorum inicia tempore apostolorum iam emergere videbantur, et ideo subiungit Johannes, ubi supra, dicens [7]: „Et nunc iam in mundo est“, scilicet Antichristus. Et quia, ut sepe dictum est [d]), sub speciebus religiositatis et pietatis spiritus malus fidem et mores corrumpere molliebatur, idcirco dicit apostolus II. Col. ult[imo] [8]: „Nam misterium iam operatur iniquitatis, tantum [ut], qui tenet, teneat, donec de medio fiat“, supple sublatus ipsemet „de medio“, scilicet laqueorum dyaboli et huius mundi malignantis, vel donec de medio ecclesie sancte fiat sublatus et ablatus ipse Antychristus.

Hic iterum est notandum, quod dicit communiter ewangelista, ubi supra [8]: „Vos ex deo estis, filioli, et vicistis eum, quo-

---

a) *contin. D 1. 2.* b) *om. D 1.* c) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Caput autem Antichristi, *v. infra p. 232, lin. 27.* d) *sup. lin. A.*

1) *III. Reg. XXII. 19—21.* 2) *III. Reg. XXII. 21.* 3) *III. Reg. XXII. 22.* 4) *Matth. VII. 15.* 5) *Matth. XXIV. 4—5.* 6) *Matth. XXIV. 24.* 7) *I. Joan. IV. 3.* 8) *recte II. Thess. II. 7.* 8) *I. Joan. IV. 4.*

niam maior est, qui in vobis est, quam qui in mundo." Ecce, enim hic iterum expresse innuit illum esse Antichristum, qui est in mundo, et ille est dyabolus cum omni spiritu solvente Jhesum, quoniam ipse est deus huius seculi a Paulo nuncupatus, ubi dixit[a] [1]: „In quibus deus huius seculi excecavit corda eorum." Item „princeps huius mundi", ubi supra[2]. Et „spiritus sui nequiores"[3], id est instructi omni genere decepcionum decipere populum christianum, illi, inquam, sunt potestates et rectores mundi et spiritualia nequicie in celestibus appellati[4], ut patet ex iam dictis: „mundi" vero, non creature dei, „quia omnis creatura dei[b] bona est", I. Thy. IIII°[5], sed „mundi", id est hominum impiorum in hoc mundo vel hominum amancium hunc mundum, negligencium suum creatorem; et sic mundus collectus ex spiritibus malignis et hominibus amatoribus mundi „totus positus est in maligno" secundum apostolum[6] et deo suo contrarius; et ita omnis christianus electus et sublatus est de hoc mundo, et iam non est de hoc mundo, quemadmodum scriptum est Jo. XVI°[7]: „Ego dedi eis sermonem tuum et mundus odio eos habuit, quia non sunt de hoc mundo, sicut et ego non sum de mundo"; et supra XV[a] [8]: „Si mundus vos odit, scitote, quia priorem me vobis[c] odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus, quod suum erat, diligeret. Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei", etc., ibidem. Item in Jo. III°[9]: „Nolite mirari, fratres, si odit vos mundus. Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres."

Ex istis infertur, quid est Antychristus. Nam caput[d] Antichristi, ut dictum est, exstat omnis spiritus solvens Jhesum modo prenotato[e], et corpus Antychristi est omnis multitudo christianorum, que apostatavit iterum ad mundum per conformitatem et amorem huius mundi et vivit secundum hunc mundum. Unde[f] sequitur, quod christiani conversi sunt in antychristianos omnes, qui post hoc seculum abierunt.

---

a) *lacuna seq. in A.* b) quia o. c. dei *add. in marg. A.* c) vos *biblia.* d) Caput autem Antichristi est ɔc., *contin. D 1. 2.* e) modo prenotato *om. D 1. 2.* f) Unde — de corpore Antychristi *om. D 1. 2.*

1) *II. Cor. IV. 4* (excaecavit mentes infidelium). 2) *Cf. Joan. XIV. 30.* 3) *Cf. Matth. XII. 45.* 4) *Cf. Ephes. VI. 12.* 5) *I. Tim. IV. 4.* 6) *Cf. I. Joan. V. 19.* 7) *recte Joan. XVII. 14.* 8) *Joan. XV. 18—20.* 9) *I. Joan. III. 13—14.*

Ex quo ulterius sequitur, quod omnis christianus, qui hunc mundum diligit, ab hoc mundo congregacione collecta ex spiritibus malignis et amatoribus huius mundi christianis, est membrum et de corpore Antychristi. Et omnis christianus carnalis, qui libenter et frequenter loquitur de hoc mundo et diligit ea, que sunt in mundo, habet in fronte sua et in dextra sua signum evidens[1]), quod est membrum Antychristi. Et quanto est huiuscemodi christianus in maiori statu ecclesie vel quanto est superior in ecclesia officio, personatu et dignitate, tanto est maior Antychristus et propinquius membrum suo capiti. Et dum huiusmodi est in supremo gradu ecclesie et presidet omnibus aliis potencia et auctoritate, tunc ille est summus et in summo Antichristus, singulariter denotatus[a]) per apostolum inquientem, ubi supra[2]): „Quoniam nisi venerit discessio primum", etc. ibidem.

Verumptamen pro eo, quod hic ponuntur iniqui christiani quandoque esse (1) meretrix fornicaria, quandoque ponuntur esse vel dicuntur (2) corpus et membra Antychristi [f 179ª], quandoque ponuntur esse (3) ipsemet Antychristus, est notandum, quod christianus et primum sacerdos[b]) amator huius seculi, si et in quantum ex libidine dominandi aliis conchristianis est superior vel prelatus aliorum et ad hoc cupiditate propria vel equivalenter se ingessit, est hic notatus per Antychristum, quia est de directo christo dei fideli contrarius. Sed christianus amator huius seculi et primum sacerdos, qui ob amorem glorie et honoris et ob cupiditatem diviciarum et deliciarum carnis, carens spiritu Jhesu, subest dulciter et grate denotatis superioribus et prelatis, similiter spiritum Jhesu non habentibus, est membrum Antychristi. Et multituto illorum[c]) carnalis talium christianorum est corpus Antychristi. Et ipsa est meretrix et adultera mistica hic designata.

Ex quibus potest colligi, quod unus et idem carnalis et desolatus a spiritu Jhesu christianus quandoque simul est Antychristus, meretrix et membrum Antychristi, diversis tamen

---

1) Nota *A*. 18) Nota totum bene *A in marg. fol. sup.*

[a]) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Habundancia iniquitatis ꝛc., *v. infra in dist. XI, cap. 3.* [b]) sacerdotes *corr.* sacerdos *A manu auct.* [c]) illarum *false A.*

[1]) *Cf. Apoc. XIII. 16* (habere characterem in dextera manu sua aut in frontibus suis). [2]) *II. Thess. II. 3 (cf. p. 209).*

respectibus, et quandoque interpolatim et seorsum quodlibet istorum in veritate potest dici successive.

Item omnis huiusmodi christianus inpius, qui amat hunc mundum et amatur ab ipso et in illo[a] sibi ipsi blanditur et conplacet, quanto magis est religione vel speciebus sanctitatis insignior et precellens, tanto iterum est maior Antychristus et proximior sue simulacioni et subtili conposicioni, atque sic efficacior ad nocendum dei electis. At ulterius ille talis christianus, existens in summa apparencia religionis et sanctitatis, est in summo Antichristus seu apostolus Antychristi.

Ideo ad probacionem huius evidentem in textu subditur [1]: „Ipsi de mundo sunt: ideo de mundo locuntur et mundus eos audit. Nos ex deo sumus. Qui novit deum, audit nos. Qui autem non est ex deo, non audit nos: in hoc congnoscimus spiritum veritatis et spiritum erroris. Karissimi, diligamus nos invicem, quoniam caritas ex deo est, et omnis, qui diligit fratrem suum[b]), ex deo natus est et congnoscit deum. Qui non diligit, non habet caritatem et[c]) non novit deum, quoniam deus caritas est."

Ecce, quam palam denudat Antichristum per dileccionis posicionem; videlicet si dileccio inest christiano proximorum, id est eorum, qui sincere sunt in Christo Jhesu principaliter, nec non aliorum, eciam inimicorum, tunc omni remoto dubio ipse est Christus vel membrum Christi, sicut alia scriptura dicit Jo. XIII° [2]: „In hoc congnoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dileccionem habueritis ad invicem."

Si autem dileccio in christiano habundat huius mundi et eorum, que sunt in hoc mundo, magis quam proximorum, presertim ad Jhesum crucifixum, tunc iterum sine fallo est Antychristus seu de corpore Antychristi, quoniam in toto est christianus contrarius Jhesu Christo, mortua fide nichil sibi suffragante, quia talis credulitas neque dyabolis suffragatur; veritas quippe testatur Jaco. IIII°, dicens ad huiuscemodi christianos [3]: „Adulteri, inquit, nescitis, quia amicicia huius mundi inimica est deo? Quicumque igitur amicus voluerit esse huius seculi,

a) *corr. ab ed.;* illis *A.* b) fratrem suum *om. biblia.* c) non habet caritatem et *om. biblia.*

1) *I. Joan. IV. 5.* 2) *Joan. XIII. 35.* 3) *Jacobi IV. 4—5* (inimica est Dei).

inimicus dei constituitur. An putatis, quia inaniter scriptura dicat: Ad invidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis?"

Item, quod amor et sequela huius mundi facit de christiano Antychristum, Johannes, ubi supra, manifestat, dicens Iª ca. IIº [1]): „Scribo vobis, inquit, iuvenes, quia[a]) fortes estis et verbum dei in vobis manet et vicistis malignum", quod per omnia est idem, quod supra est allegatum. Et postea subdit Johannes, dicens [2]): „Et nunc iam in mundo est", scilicet Antychristus. „Vos ex deo estis, filioli." Et tunc ad propositum: „Et vicistis eum, quoniam maior est, qui in vobis est, quam qui in mundo." Et mox specificat Antichristos: „Ipsi, inquit, de mundo sunt: ideo de mundo loquntur et mundus eos audit." Quapropter inmediate infertur, ubi supra in Jo[anne]: „Et vicistis malignum", inquit [3]): „Nolite diligere mundum neque ea, que in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est caritas patris in eo. Quoniam omne, quod est in mundo, concupiscencia carnis est et concupiscencia oculorum et superbia vite, que non est ex patre, sed ex mundo est. Et mundus transibit[b]) et concupiscencia eius." Et tunc mox subdit quasi per modum sequele determinacionem Antychristi [4]): „Filioli, novissima hora est. Et sicut audivistis, quia Antychristus venit, nunc autem Antychristi multi sunt." Enimvero consequenter specificat, unde sint illi Antichristi. Nam subiungit, dicens [5]): „Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. Nam si[c]) fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. Sed ut manifesti sint, quoniam non sunt omnes ex nobis." Ac si dicat: „Sed ex mundo." Per quid possunt hec probari, nisi per ea, que supra dicta sunt? Et[d]) quomodo? Quia victi sunt a maligno, iam existentes christiani. Per quem modum? Quia diligunt mundum et ea, que in mundo sunt, scilicet concupiscenciam carnis et concupiscenciam oculorum et superbiam vite. Per quid autem hoc [f. 179b] cognoscimus? Per id, quod in sequentibus additur [6]): „Ipsi, inquit, de mundo sunt. Ideo de mundo loquntur et mundus eos audit." In argumentum est alibi veritas, que dicit [7]): „Ex habundancia cordis os loquitur."

---

[a]) habeo *seq. in A.* [b]) transit *biblia.* [c]) *sup. lin. add.* A. [d]) ut *false A.*

[1]) *I. Joan. II. 14.* [2]) *II. Joan. IV. 3—5.* [3]) *I. Joan. II. 15—17.* [4]) *I. Joan. II. 18.* [5]) *I. Joan. II. 19.* [6]) *I. Joan. IV. 5.* [7]) *Matth. XII. 34.*

## Capitulum sextum[a]).

*Revelacio Antychristorum et magne meretricis secundum Judam Thadeum et quo modo diligenter fuit hec meretrix ab antiquo descripta et prophetata, etc.*[a]).

Hec de illo ewangelista de hiis, qui sunt in corpore Antichristi.

Judas quoque de eisdem in canonica sua, revelans adhuc limpidius dedecus Antichristi et pudenda eius meretricis[b]), sic loquitur[1]): „Subintroierunt enim, inquit, quidam homines (qui olym prescripti sunt in hoc iudicio[c]) inpii, dei nostri graciam transferentes in luxuriam, et solum dominatorem et dominum nostrum Jhesum Christum negantes. Commonere[d]) autem vos volo, scientes semel omnia, quoniam Jhesus populum suum de terra Egypti salvans, secundo eos, qui non crediderunt, perdidit. Angelos vero, qui non servaverunt suum principatum, sed dereliqu[er]unt suum domicilium, [in] iudicium magni dei, vinculis eternis sub caligine reservavit. Sicut Sodoma et Gomora, et finitime civitates simili modo[e]) exfornicate, et abeuntes post carnem alteram, facte sunt exemplum, ignis eterni penas sustinentes. Similiter et hii, qui[f]) carnem maculant, dominatorem[g]) autem spernunt, maiestatem autem blasphemant. Cum Michael archangelus cum[h]) dyabolo disputans altricaret[i]) de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemie, sed dixit: Imperet tibi dominus. Hii autem, quecumque quidem ignorant, blasphemant, quecumque autem naturaliter, tamquam muta animalia, norunt, in hiis corrumpuntur. Ve illis, quia in via Cayn abierunt et de[k]) errore Balaam mercede effusi sunt et [in] contradiccione Chore perierunt. Hii sunt, qui[l]) in epulis suis macule, convivantes sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua, que a ventis circumferuntur, arbores autumpnales, infructuose, bis mortue, eradicate, fluctus feri maris, dispumantes[m]) [suas] confusiones, sidera errancia, quibus procella tenebrarum in eternum conservata est. Prophetavit autem [et] de

[a]) *ita A rubr.* [b]) *post corr. A.* [c]) iudicium *biblia.* [d]) *post corr. A.* [e]) modo *repetitur in A.* [f]) et hi carnem quidem m. *biblia.* [g]) dominationem *biblia.* [h]) *post corr. A.* [i]) altercaretur *biblia.* [k]) *om. biblia.* [l]) *om. biblia.* [m]) despumantes *biblia.*

[1]) *Judae 4—16.*

hiis septimus ab Adam Enoch, dicens: Ecce, venit dominus in sanctis milibus suis facere iudicium contra omnes et arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus inpie egerunt [et] de omnibus duris, que locuti sunt contra deum peccatores impii. Hii sunt murmuratores querulosi, secundum desyderia sua ambulantes, et os illorum loquitur[a]) superba, mirantes personas questus causa."

Ex quibus verbis quatuor[b]) manifeste trahuntur, que inminent modernos nequam clericos et religiosos.

Primum, quod licet sint carnales et spiritum Jhesu non habentes, tamen ostendunt se et confitentur spirituales esse vel nolunt haberi carnales aut nominari. Et istud intelligit Judas, cum dicit: „Subintroierunt quidam homines", id est subdole et occulte introierunt, quod Daniel propheta dicit[1]): „Et impii in testamentum simulabunt fraudulenter."

Secundum, quod magna fuit a principio cura spiritui sancto et hiis, qui sollicitudinem gerebant pro salute electorum dei pro evitandis huiusmodi hominibus, negociatoribus dyaboli et falsis christis, et idcirco ipsos dudum, quanto magis proprie fieri potuit, describserunt et cavendum eos sanctis dei sunt ortati. Et idcirco addit: „Qui olym prescripti sunt." Et infra: „Prophetavit autem de hiis septimus ab Adam Enoch." Propter quod et dominus Jhesus et eius apostoli notanter et frequenter dixerunt[2]): „Attendite a falsis prophetis", et[3]): „Videte, ne quis vos seducat", et multa similia. Unde eciam elicitur, quod tales nocivi sunt valde et difficilimi ad cavendum.

Tercium, quod homines illi, qui sub religione et statu spiritualium sunt carnales et voluptatum magis quam dei amatores, ideo dona dei et sacramenta et omnem graciam Christi Jhesu convertunt ad suos questus, et ut per talia adipiscantur vitam comodosam et delectabilem sue carni, secundum quod alibi scriptum est II. Pe. II°[4]): „Percipientes mercedem iniusticie, voluptatem existimantes diei delicias, coninquinaciones, et macule deliciis affluentes, in conviviis [suis] luxuriantes vobiscum, oculos habentes plenos adulterii et incessabilis delicti." Tangit

a) *in marg. add. A;* hos *(sic) et* superbiam *(sic) A.* b) *recte* sex; *confer infra.*

1) *Daniel. XI. 32.* 2) *Matth. VII. 15.* 3) *Matth. XXIV. 4.* 4) *II. Petri II. 13.*

autem ista Judas, cum dicit: „Dei nostri graciam transferentes in luxuriam“, et infra: „Qui carnem maculant.“

Quartum est, quod necessario sequitur ad tercium, videlicet contemptus vel oblivio Jhesu crucifixi illusi[a]) pro peccatoribus vel parvificacio in mente. Nemo etenim dicit: Dominus Jhesus, nisi in spiritu [f. 180a] sancto[1]). Igitur omnis christianus carnalis vel sine spiritu dei non potest Jhesum crucifixum magnificare, saltem dulciter et digne, sed pronus existit Jhesum consputum et suspensum vel erubescendum et silendum aut contempnendum et negandum, non verbis, tamen factis oppositis cruci et conceptui Christi Jhesu. Propter quod eciam apostolus dicebat, ubi supra[2]): „Nam multi ambulant, de quibus sepe dixi vobis (nunc autem et flens dico) inimicos crucis Christi: [quorum finis interitus:] quorum deus venter est et gloria in confusionem[b]), qui terrena sapiunt.“ Et hoc est, quod innuit hic Judas, dicens: „Dominatorem et dominum nostrum Jhesum Christum negantes“, et infra: „Dominatorem autem spernunt“, etc.

Quintum est, quod illi tales homines, quia volunt et secundum carnem et secundum spiritum vivere, et hunc mundum, simul et celum dulciter possidere, ideo circa quodlibet illorum reprobi et inconstantes efficiuntur, neque calidi, neque frigidi, sed tepidi[3]) et per consequens sunt gravis abhominacio Jhesu Cristi, ad quos dicit Mt. XII[4]): „Yppocrite, quo modo potestis bona loqui, cum sitis mali? Aut facite arborem malam et fructus eius malos, aut facite arborem bonam et fructus eius bonos.“ Et ad idem Ecci.[c]) dicitur[5]): „Sic[d]) enim peccator in duplici via congnoscitur“, et iterum[6]): „Ve duplici corde.“

Sextum est, quod yppocrite circa ea, que aput se sunt, sunt corrupti et inutiles, et circa ea bona, que alii faciunt, sunt invidi et detractores. Ad quos est proverbium[7]): „Noli prohibere bene facere eum, qui potest: si valles, et ipse benefac.“ Et ideo dicit hic Judas de talibus: „Hii autem, quecumque [quidem] ignorant, blasphemant, quecumque autem tamquam

---

a) *post corr. A.* b) in confusione *biblia.* c) *lacuna seq. in A.* d) *post corr. sup. lin. A.*

1) *Cf. I. Cor. XII. 3.* 2) *Philipp. III. 18—19.* 3) *Cf. Apoc. III. 16.* 4) *Matth. XII. 33—34 (inverso ordine).* 5) *Eccli. V. 13.* 6) *Eccli. II. 14.* 7) *Proverb. III. 27.*

muta animalia, naturaliter norunt, in hiis corrumpuntur." Dehinc hec, que dicta sunt, omnia repetens et conportans, dicit: „Hii sunt in epulis suis macule, convivantes."

## Capitulum septimum[a].

*Revelacio manifestior Antychristi et meretricis eius secundum doctores et secundum Gregorium*[a].

Hec itaque sint dicta de illis indignis christianis et apostatis, qui simul conpacti constituunt unam magnam Babylon spiritualiter, que est magna meretrix et mater fornicacionum a Johanne visa et descripta, ubi supra[1]. Que collegi ex apostolis *[B]* et prophetis *[A]*.

Nunc adhuc ad noticiam istorum pauca, licet, addiciam *[C]* ex doctoribus, qui tamquam propinquiores temporibus periculosis presentibus lucidius istam meretricem magnam, de qua sermo, descripserunt.

[I.] Unde dicit Gregorius Moralium 34, ca. 20[2]: „Hii nimirum, qui humilitatem, que virtutum magistra[b] est, nesciunt, usum sui laboris perdunt, eciamsi qua bona sint[c], que operari vide[a]ntur[d], quia surgentis fabrice robusta celsitudo non figitur, que nequaquam per fundamenti fortitudinem in petra solidatur. Soli ergo ruine crescit, quod edificant, quia ante molem fabrice humilitatis fundamenta[e] non procurant. Quos bene ab intimis prodimus, si paucis in exterioribus ostendamus. Cunctis namque superba aput se cogitacione tumentibus inest clamor in locucione, amaritudo in silencio, dissolucio in hylaritate, fervor[f] in tristicia, inhonestas in accione, honestas in ymagine, erreccio in incessu, rancor in responsione. Horum mens semper est ad irrigandas[g] contumelias vallida, ad tollerandas infirma; ad obediendum pigra, ad lacessendos vero alios inportuna; ad ea, que facere debet et prevalet, ignava, ad ea autem, que facere

16) Nota hic A.

a) *ita A.* b) mater *editio.* c) sunt *editio.* d) operantur videntur *(sic) A.* e) fundamina *ed.* f) furor *ed.* g) *ita A;* irrogandas *ed.*

1) *Cf. Apoc. XVII. 5 (v. supra p. 176).* 2) *recte S. Gregorii Magni Moral. XXXIV, c. 51 et 52, ap. Migne, PL, t. 76, col. 746—747.*

nec debet nec prevalet, parata[a]). Hec in eo, quod sponte non appetit nullis exhortacionibus flectitur, ad hoc autem, quod latenter [desiderat], querit, ut cogatur, quia dum metuit ex desiderio |suo| vilescere, optat vim in sua voluntate tollerare."

Hic beatissimus papa Gregorius secundum nomen suum multum vigilanter detexit yppocrisim et revelavit dampnosam ignominiam magne „matris fornicacionum et abhominacionum terre" [1]), id est christianorum fictorum et principaliter sacerdotum et clericorum carnalium, et in libris Moralium suorum et in ceteris suis dictis singulis, ex debito sui officii papalis faciendo suum gregem circumspectum et bene munitum contra lupos.

## Capitulum octavum[b]).

*Revelacio magne meretricis secundum Bernhardum*[b]).

[II.] Sed adhuc amplius et magis specifice hoc idem fecit beatissimus Bernhardus, tamquam propinquior istis temporibus, in quo yppocrite pessimi regnum sancte ecclesie avare et cupide pro se amplius vendicarunt et lacius obtinuerunt. Dicit igitur iste doctor, scribens ad fratres Cartusienses inter alia verba [2]):

„Et dolens inimicus, quod frustratus esset, a timore nocturno convertit se [callide] ad sagittam volantem in die, et wlnerantem[c]) quosdam de ecclesia. Et surrexerunt homines vani, cupidi glorie, et voluerunt sibi facere nomen: et exeuntes de ecclesia, diu tandem[d]) matrem [f. $180^{b}$] suam afflixerunt in diversis et perversis docmatibus. Sed hec quoque pestis depulsa est in sapiencia sanctorum, sicut et prima in paciencia martirum. En tempora ista libera quidem deo iuvante[e]) ab utraque illa malicia; sed plane feda „a negocio perambulante in tenebris." Ve generacioni huic a fermento Phariseorum, quod est yppocrisis! Si tamen yppocrisis dici debet, que iam latere pre habundancia non valet et pre inpudencia celari[f]) non querit.

---

a) nec debent nec prevalent, parata *A.* b) *ita A rubr.* c) et vulneravit in ea *ed.* d) eandem *ed.* e) miserante *ed.* f) *om. ed.*

1) *Apoc. XVII. 5.* 2) *S. Bernardi Claraevallensis Sermones in Cantica, sermo XXXIII, ap. Migne, PL, t. 183, col. 958—959.*

Serpit hodie putrida thabes per omne corpus ecclesie, et quo lacius, eo desperacius; eoque periculosius, quo interius. Nam si insurgeret apertus [inimicus] hereticus, mitteretur foras et aresceret; si violentus [inimicus], absconderet se forsitan ab eo. Nunc vero, quem eiciet aut in[a]) quo se absconderet? Omnes enim amici, et tamen omnes inimici. Omnes necessarii, et tamen omnes adversarii. Omnes domestici, et nulli pacifici. Omnes proximi, et omnes, que sua sunt, querunt. Ministri Christi sunt, et serviunt Antichristo. Honorati incedunt de bonis domini[b]), cui honorem non deferunt. Inde hiis[c]), quem cottidie vides, meretricius nitor, hystrionicus habitus, regius apparatus. Inde aurum in frenis, in sellis, in calcaribus, [et] plus calcaria quam altaria fulgent. Inde mense splendide [et] cibis et sciphis. Inde com[m]es[s]aciones et ebrietates. Inde cithara et lira et tibia. Inde redundancia torcularia, [et promptuaria] plena, eructancia ex hoc in illud. Inde dolea pigmentata[d]). Inde referta marsupia. Proinde[e]) volunt esse et sunt ecclesiarum prelati[f]), prepositi, decani[g]), archiepiscopi, episcopi. Nec enim hec merito cedunt, sed negocio illi perambulanti in tenebris. Olim predictum [est], et nunc tempus implecionis advenit. „Ecce, in pace amaritudo mea amarissima." [Isaie XXXVIII. 17. Amara prius in nece martyrum, amarior post in conflictu hereticorum, amarissima] nunc in moribus domesticorum. Non fugare, et non fugere eos potes, quia ita invaluerunt [et] ita multiplicati sunt super numerum. Intestina et insanabilis est plaga ecclesie; et ideo in pace amaritudo eius amarissima. Sed in qua pace? Et pax est, et non est pax. Pax a paganis, pax ab hereticis, sed non profecto a filiis."

Hec Bernardus.

## Capitulum nonum[h]).

*Denudacio Jezabel meretricis secundum doctorem alium*[h]).

[III.] Sed adhuc alius venerabillissimus vir et doctor, ut apparet, magis modernus, cuius titulum nondum reperi[1]),

---

[a]) *add. sup. lin. A m. poster.* [b]) qui domino *ed.* [c]) *ita A;* is *ed.* [d]) dolia pigmentaria *ed.* [e]) Pro huiusmodi *ed.* [f]) *om. ed.* [g]) archidiaconi *add. ed.* [h]) *ita A rubr.*

[1]) *neque nos auctorem hunc reperire potuimus.*

etsi non ita in speciali, tamen, ut relucet ex dictis, enucleacius et conplecius intima explicat et latencia pandit yppocritarum per ea signa, que [ap]parent oculis hominum argutorum. Et admodum equs bellicosus et iumentum, spiritus Jhesu naribus terram sorbens, in fremitu suo flamivomo suis ungulis conculcat Jezabel, pessimam meretricem, atque discooperit omnibus eius amatoribus turpissima pudenda eius, ita dicens:

„Sed ut predictos rebelles et contumaces in suis occultis machinacionibus appercius detegamus, quedam signa ipsorum ac gestus, in quantum pre angustiis temporis et exterioribus curis possumus, breviter perstringamus. Hiis igitur indiciis, presertim cum arguuntur, deteguntur. Inest fremitus in loquela cuilibet tali [et] clamor, in taciturnitate amaritudo, excelsus et effusus[a]) in leticia risus, irracionabilis in seriositate tristicia, in responsione rancor, facillitas in sermone, verba passim sine cordis gravitate erumpencia, expers paciencie est, caritatis alienus, audax ad contumelias irrogandas, ad tollerandas pussillanimis, ad obediendum difficilis, nisi in quo eum desiderium suum voluntasque prevenerit, ad recipiendam exhortacionem implacabilis, ad cohibendum[b]) voluntates suas infirmus, ad suc[c]umbendum alienis durissimus, semperque suas diffiniciones statuere contendens. Item vero nequaquam cedere [consilio] alterius acquiescens, et ita fit, ut eciam incapax consilii salutaris effectus, in omnibus suo pocius quam saviorum credat consilio, et ideo nec religionis iugum sustinere contentus est, nec senioris ullius institui disciplina. Quare non solum nullam subieccionis aut obediencie regulam custodire dignatur, verum ne ipsam quidem auribus suis doctrinam perfeccionis admittit, tantumque concrescit in corde eius fastidium spiritualis, scilicet verbi, ut cum forte talis oborta fuerit collacio, uno in loco stare nesciat eius obtutus, sed huc [f. 181[a]] illucque stupidus circumferatur intuitus, aliorsum et in obliquum, quam moris est, oculi designant, pro suspiriis enim salutaribus sputa de sicco gutture corraduntur. Execraciones eciam sine ulla interpellacione flecmatis provocantur, digiti ludunt et in modum quendam scribentis volitant et depingunt, et ita huc atque illuc universa corporis membra commoventur, ut, dum spiritualis agitur collacio, totum se velut scatentibus vermibus vel acutissimis aculeis, quidquid simplex

---

a) effesus *corr.* effusus *A.* b) *post corr. A.*

collacio ad edificacionem protulerit audiencium, ob suam sugillacionem estimet esse prolatum, totoque tempore, quo vite spiritualis examinacio ventillatur, suis suspicionibus occupatur; non quid exinde ad profectum suum capere debeat, aucupatur, sed causatur unumquodque dictum et sollicita mente perquirit; vel quid ei possit obicere, tacita intra se cordis volutacione coniectat, ut nichil ex hiis, que saluberrime sunt digesta, penitus apprehendere aut in aliquo valeat emendari. Et ita fit, ut non solum in nullo ei proficiat collacio spiritualis, verum eciam dampnosa magis existet efficiatque ei causam maioris peccati, dum enim pro consciencia totum contra se suspiciatur esse prolatum, vehemenciore cordis obstinacione dominatur, iraque simili acrius instigatur. Hinc animo occurrit, quando idem perversi, facta prelatorum suorum calide observantes, zelum rectitudinis pro tirannide, pietatem pro simulacione nuncupantur; et si quem forte ex fratribus spiritualibus pro aliquo admisso contigerit salubri correpcione castigari, ipsum adeuntes talibus eum persuasionibus nituntur pervertere et in odium superiorum suorum, quo ipsi fortissime estuant, intendere, dicentes: „Ecce, quod tibi dudum a nobis persuasum credere noluisti, modo vel saltim expertus crede. Quid enim dignum hac maliciosa correccione admisisti? Prorsus nichil, cum sis inmunis et innocens, sed sola profecto malicia et odium fecit eum in te hanc tyrranidem exercere.“ Hiis et aliis, ut dictum est, persuasionibus, nonnullos innocentes faciunt a via veritatis, qua ambulant, deviare, quibus non sufficit, ut soli ad inferna descendant, nisi alios secum in pondus sue dampnacionis pertrahant.“

## Capitulum decimum[a]).

*Denudacio eiusdem fornicarie mulieris apparencior secundum doctorem quemdam modernum*[a]).

[IV.] Dehinc magister Johannes de Sancto Amore, vir utique fidelis or[tho]doxe ecclesie catholice, ex magna sapiencia et ex dono spiritus sancti et cum magna diligencia collegit unum librum in optima forma, in quo multum clare et ma-

---

a) *ita A rubr.*

xime ad propositum denudavit sepe dictam funestam et misticam[a]) meretricem. Qui quidem liber, si bene pensaretur, sufficit omnibus seculis et cuilibet homini ad evitandum in seipso fermentum yppocrisis et ad singulos yppocritas discernendum. Ex quo libro ego hic michi pro suffragio et ad propositum excerpsi[b]) hoc capitulum conferens ad supradicta.

Dicit igitur iste magister[1]): „Augustinus, De civitate dei, li[bro] XX.[c]) c. XVI.: „Nonnumquam sane apertissima vicia aliis viciis vincuntur oc[c]ultis, que putantur esse virtutes, in quibus regnat superbia et quedam sibi placendi altitudo ruinosa. Sed hec omnia simulatorie faciunt, prout apparet quandoque ex post factis, per que ipsorum simulacio revelatur." Quidam eciam doctorum yppocritarum simulant se fugere gloriam huius mundi, ut eam declinando, illam facillius assequantur; ut illi, qui religionem propter hoc ingrediuntur, vel aliam speciem humilitatis simulate assumunt, ut per hoc ad honores huius mundi facillius eligantur. Unde super illud Job XXXVI° c.: „Simulatores et calidi provocant iram dei", dicit Gregorius Moralium li[bro] XXIII°[d]): „Simulator non se aperte quidem in hoc seculo videtur extollere, atque ut maiorem gloriam teneat, sepe simulat se gloriam declinare; quia enim ante oculos hominum sequendo eam apprehendere non potest, studet plerumque gloriam tenere fugiendo." Item super illud Job XXX. a.: „Et mandeba[n]t herbas", etc., dicit Gregorius XX. li[bro] Moralium: „Sunt nonnulli, qui cum huius mundi gloriam eiusdem mundi accionibus adipisci non possunt, speciem sanctitatis appetunt, habitum veneracionis, id est religionis [as]sumunt, imitatores antiquorum patrum [videri] concupiscunt, et quedam quidem parva et levia[e]) peragunt, sed forcia et que ex solius caritatis radice procedunt, imitari contempnunt." Et infra[f]): „Plerumque tamen eciam quedam quasi robustiora exercent, sed intencionem rectam in eisdem operibus non tenent."

---

7) Nota *A.*

a) *post corr. A.* b) exscerpsi *A.* c) 21 *editio.* d) lib. 26. Moral. *ed.* e) leviora *ed.* f) ita *A.*

1) *Mag. Johannis (recte Guilelmi) de Sancto Amore Collectiones catholicae et canonicae scripturae, edit. Constantiae 1632, p. 314, 315, 316. De auctore v. H. Hurter, Nomenclator, t. IV, 1899, col. 239, ubi et alia scripta huc spectantia annotantur.*

Non solum autem per virtutum opera consueta simulant sanctitatem [f. 181[b]] simulatores predicti, verum eciam et in virtutum operibus simulatis per arroganciam et desiderium humane laudis, miris invencionibus excrescendo, novas scilicet superstitiones sub specie religionis inveniendo, ut ostendetur plenius infra distinccione IIII. in XII. signo. Unde super illud Job VIII: „Sicut tela aranearum", etc., dicit Gregorius Moralium li[bro] VIII°: „Ippocrite, cum videri cottidie semet ipsos alciores cupiunt, miris invencionibus in opere excrescunt. Quia sicut virtutes omne vicium enervant, sic arrogancia roborat; cogit enim mentes iuvenescere, et supra vires valere, quia et, quod negat vigor valitudinis, inpetrat amor laudis."

Hic est advertendum, quod iste doctor gratissimus et utilis, expressus paulo ante, quia per omnia potenter et artificiose[a]) invadit Antychristum et yppocritas, ideoque valde armate contra ipsos in suo libro processit et per totum librum non sentencias vel dicta sua edidit, sed maxime et solum sentencias doctorum sanctorum et solidarum scripturarum pertinenter contexuit et construxit. Cuius librum non video magis proprie debere appellari quam turrim David mille clipeis ex omni latere communitam et alia universa armatura[1]). Sequitur ex libro suo contra yppocritas[2]):

„Per huius[modi] ergo bona opera (que non ipsi yppocrite faciunt ad proficiendum, sed de ipsis fit consilio dei, id est, que ipsi faciunt, non ad proficiendum, sed ad decipiendum; et tamen de illis profectus fit consilio dei) non possunt yppocrite cognosci, cum non sit malus eorum fructus[b]), sed ab operibus mundi huius, „que mala sunt", ut legitur Jo. VII°, id est ab operibus voluptatis vel cupiditatis vel ambicionis, que sunt opera huius mundi, iuxta illud I. Jo. II. d.: „Omne, quod est in mundo, aut est concupiscencia carnis aut concupiscencia oculorum aut superbia vite", secundum quod exponit Glossa ibidem; que eciam opera sunt mali fructus eorum. Ab illis, inquam, operibus congnosci possunt, si tamen fuerint manifesta. Aliquando enim, licet ea occultare studeant, quantum possunt, tamen aliis peccatis eorum exigentibus, divino iudicio manifesta

---

a) artificione *corr.* artificiose *A.* b) *ita emend. sec. edit.; in cod. A hic locus utique inepte redditur.*

1) *Cf. Cantic. IV. 4.* 2) *Collectiones, l. c., p. 326—339.*

fiunt. Judicio enim dei iusto plerumque [fit], ut cum ex specie virtutis unius glorietur yppocrita, in aliquod apertum peccatum proinde dilabitur[a]). Unde super illud Job IIII. c.: „Tigris periit, eo quod non haberet predam", dicit Gregorius in V. li[bro] Moralium: „Omnis yppocrita tigris est, quia, dum mundus color de simulacione ducitur, viciorum ingredine[b]) incorrumpente variatur. Sepe enim, dum de castitatis mundicia extollitur, sorde avaricie fedatur. Sepe, dum[c]) largitatis virtute speciosus ostenditur, luxurie maculis inquinatur. Sepe, dum castitatis et largitatis decore vestitur, velud ex zelo iusticie, crudelitatis atrocitate fuscatur. Sepe largitate, castitate, pietate ex pulcra visione induitur, sed interfusa obscuritate superbie notatur. Sicque fit, ut intermixtis viciis, dum mundam in se speciem usquequaque yppocrita non ostendit, quasi unum colorem tygris habere nequaquam possit."

Item, quoniam superbus[d]) omnis yppocrita, licet speciem humilitatis aliquamdiu fingit[e]), non tamen suam semper superbiam celare potest, quia, etsi in uno opere tegatur illa[f]), in alio tamen opere iudicio divino detegitur. Unde super illud Job XLI. g.: „Ipse est rex super omnes filios superbie", dicit Gregorius, XXXIII. li[bro] Moralium: „Etsi aliquando reprobi fictam speciem humilitatis assumunt, semetipsos tamen celare in omnibus nequaquam possunt, quia eorum superbia diu latere non sustinet, et cum ex alia tegitur, ex alia accione denudatur." Ecce, qualiter peccata yppocritarum quandoque manifesta fiunt, eciam durante ipsorum simulacione.

Plene[g]) autem et plane manifesta fiunt eorum peccata ipsorum simulacione cessante. Cessat autem eorum simulacio pluribus modis.

Cessat enim cessante laude hominum vel favore. Unde super illlud Job IIII. c.: „Tigris periit, eo quod non haberet predam", dicit Gregorius in Moralium li[bro] V.: „Varietas tue simulacionis extincta est, quia et adulacio laudis ablata. Et iam tua yppocrisis predam non habet, quia percussa divinitus, humanis favoribus caret."

Cessat eciam plerumque simulacio yppocrite, adepto eo, ad quod sperabat se per yppocrisim pervenire. Contingit enim

---

a) dilabatur *ed.* b) ingredine *et infra* fedatus, iniquatus *A.* c) *om. A.*
d) semper est *(sic) A.* e) fingat *ed.* f) *post corr. A.* g) Plane *A.*

aliquando, quod yppocrite, ut honorem huius mundi assequantur facilius, sacre erudicionis studio insistunt, pauperibus sua distribuunt, per habitum religionis [vel] per aliud signum virtutis, speciem maturitatis ostendunt [f. 182[a]]; sed cum per hoc ad honorem transitorium et ad divicias provecti extiterint, tandem plerumque, specie sanctitatis reiecta[a]), in voluptates et alia secularia desideria se effundunt; et [sic] indicant, quantum diligant temporalia, qui prius predicabant eterna. [Unde super illud Job 8: „Numquid potest carectum crescere sine aqua?“, dicit Gregorius lib. 8. Moral.: „Yppocrite plerumque studio sacre erudicionis insistunt; et quia hanc, non preparandis animis, sed promerendis favoribus inquirunt, statim ut iudicium humane laudis arripiunt, et per hoc graciam transitorii provectus assequuntur, tota mente saecularibus inserviunt atque a sacra funditus erudicione evacuantur, et agendo post indicant, quantum temporalia diligant, qui sola prius eterna predicabant][b]). Plerumque autem assumpte speciem maturitatis ostendunt, quiete silencii, longanimitate paciencie, continencie virtute decorantur; sed cum per hoc quesiti, culmen honoris attigerint, protinus se in lasciviam voluptatis fundunt, et bona se non ex corde tenuisse, ipsi sibi testes sunt. Nonnumquam vero, que possident, tribuunt, indigentibus cuncta largiuntur, sed tamen ante vite terminum, avaricie prurigine accensi, aliena appetunt, qui sua largiri videbantur, et pertinaci[ter] per crudelitatem ambiunt, quod ficta pietate reliquerant.“ Ecce, quod simulacio yppocritarum cessat, populari laude vel favore cessante.

Cessat eciam adepto eo, ad quod sperabat yppocrita, sectando ypocrisim, promoveri. Nec mirum, si bona opera, que simulant yppocrite, plerumque ante mortem cessent, aut deficiant, cum in oculto radicata non existant. Unde Gregorius in VIII. li[bro] Moralium paulo ante verba predicta dicit: „Sciendum est, quod iustorum bona, que ex karitate proveniunt, usque ad presentis vite terminum crescunt, yppocritarum vero opera, quia nequaquam sunt in occulto radicata, sepe ante deficiunt, quam presens vita finiatur.“ Per hoc autem, quod bona opera yppocritarum ante mortem deficiunt, certum est, quod

---

a) relicta *ed.* b) *uncis inclusum suppletum est de editione, sensu textus aliter existente aperto ad intelligendum.*

ipsi simulatores fuerunt. Nam, ut dicit Gregorius li[bro] Moralium XII. super illud Job XV. g.: „Congregacio yppocrite sterilis“: „Cepta bona quis vero amitteret, si yppocrita non fuisset?“

Ecce, quam manifesta fiunt opera yppocritarum, quandoque eciam ipsorum simulacione durante, magis autem ipsorum simulacione cessante. Per huiusmodi ergo mala opera yppocritarum (que ipsorum fructus sunt et que aliquando, ut dictum est, iusto dei iudicio manifesta fiunt), ipsi yppocrite plerumque congnosci dicuntur. Unde et ab inpaciencia eorum tempore adversitatis, tanquam ab eorum fructu malo recongnosci possunt. Unde super illud Mt. VII. d.: „A fructibus eorum congnoscetis eos“, dicit Glossa: „Maxime autem per impacienciam discernuntur tempore adversitatis.“ Verbi gracia, ut si forte aliqua eis subtrahantur, que per yppocrisim adepti erant, vel eis negentur, que se [adepturos per] yppocrisim aspirabant[a]), tunc vere apparet illud, utrum sint tales, quales se ostendebant. Unde Augustinus super eodem: „Cum ceperint aliquibus temptacionibus ea ipsa eis subtrahi, vel negari, que isto velamine consecuti sunt, vel consequi cupiunt, tunc necesse est, ut appareat, utrum lupus in ovina pelle sit, an in sua.“

Item ex eo [eciam] congnosci possunt yppocrite, quod ex infirmitate peccantibus minime conpaciuntur, sed eos tamquam indigniores dedignantur; quod est signum yppocrisis sive false iusticie manifestum. Nam, ut dicit Gregorius Moralium li[bro] XIX.: „Vera iusticia conpassionem habet, falsa vero indignacionem“, et habetur in Decretis, XLV. dist., can. „Vera.“

In hoc eciam vere congnosci possunt aliqui yppocrite esse, si se spiritualia sola [diligere], temporalia vero contempnere profitentes, iacturam tamen, eciam levem, temporalis honoris vel comodi, et magis quam spiritualem, cum spiritus commocione defendant vel repellant. Unde super illud Job XXXIX.: „Frustra laborant nullo timore cogente“, dicit Gregorius XXXI° li[bro] Moralium: „Yppocrita, si quid sibi leviter inferri temporale dampnum senserit, in ulcionis iram repente ab intimis inardescit. Mox paciencia rumpitur. Mox dolor cordis in vocibus effrenatur[b]), quia dum animarum dampnum equanimiter

---

a) sperabant *ed.* b) dolor cordis in vocibus [erumpit] *add. in marg. A.*

tollerat, iacturam vero rerum repellere, eciam cum spiritus commocione festinat, cunctis veraciter indicat, teste mentis perturbacione, quid amat. Ibi quippe est grande studium defensionis, ubi est gravior vis amoris; sine dolore autem amittitur, quidquid sine amore possidetur."

Ex eo eciam aliquando congnosci possunt ypporite, quoniam student in[f. 182[b]]venire et inducere novitates, speciem sanctitatis habentes, ut exinde cum quadam adulacione ab hominibus sancciores aliis reputentur, et ex hoc aput homines glorientur. „Novitatum [etenim] presumpciones, sicut et yppocrisis, ex vana gloria oriuntur", ut dicit beatus Gregorius XXVI. li[bro] Moralium super illud Job XXXIX.: „Procul adoratur bellum", etc. In hoc ergo imitantur dyabolum semper, qui diligunt novitates. Unde Ecc[lesiasticus][a]) super illud: „Qualis rector civitatis, tales habitantes in ea", dicit Glossa: „Ve terre, cuius rex puer est, [diabolus] scilicet, qui semper diligit novitates."

## Capitulum undecimum[b]).

*Revelacio manifesta eiusdem synagoge yppocritarum, alias meretricis, etc.*[b]).

[V.] Sequitur[c]) hic tractatus, quem universitas gloriosa magistrorum Parysiensium in sacra pagina conpilavit, et ipsum librum „De periculis novissimorum temporum" intitulavit. Qui nempe doctores in Christo fideles et gloriosi, existentes lumen sancte ecclesie super candelabrum constituti[1]), et ipsorum multitudo erat tunc sanitas orbis terrarum[2]), nequissimum Antichristum et membra eius ac meretricem ipsius ex parte congnoscentes et ex parte in futurum prophetantes[3]), precaventesque sancte ecclesie et eius gubernatoribus, aperte et nude revelaverunt eundem Antychristum, de quo sermo, et corpus eius vel meretricem eius discooperuerunt et ignominiam

---

[a]) *ita ed.;* XX *corr. in marg. A.* [b]) *ita A rubr.* [c]) *Impr. in Fasciculo r. exp., ed. O. Gratius-Brown, 1690, t. II, p. 17, hac inscriptione praefixa:* Matthiae Parisiensis praefatio in librum scholae Parisiensis De periculis ecclesiae, qui scriptus est anno 1389 *(sic)* aliquanto ante Joannem Huss.

[1]) *phrasis, quae in biblia saepius occurrit; cf. Eccli. XXVI. 22:* „Lucerna splendens super candelabrum sanctum", *etc.* [2]) *Cf. Sap. VI. 26.* [3]) *haec quoque est phrasis biblica; cf. I. Cor. XIII. 9:* „Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus" *(vide etiam supra p. 167 et infra p. 251).*

turpitudinis eius [1]) per et in libello predicto. Et illud fecerunt valde utiliter et ordinate ac distincte, prout dignum erat tanta et tali multitudine magistrorum Parisyensis universitatis sacrosancte.

Hoc vero, quod quidam papa, qui erat de ordine fratrum Minorum, infirmavit aut condempnavit illum plenum utilitate ecclesie libellum vel abiecit [2]), ego contraire illi non audeo, ne videar os meum ponere contra celum [3]). Illud tamen opinor, quod magis hoc fecit amor et zelus ordinis fratrum Minorum et aliorum super mendicitate constructorum, quam fidelis respectus ad communitatem sancte ecclesie, illum libellum abiciendo et infirmando. Illos namque, ut plurimum, tangit et redarguit libellus sepedictus. Laudare tamen hoc domino pape illi usque modo non valeo, ex eo quod, licet fratribus super mendicitate fundatis libellus ille venerabilium doctorum non sit valde utilis neque eciam [a]) eorum promotivus, cum tamen, ut dictum est, universali ecclesie sit secundum omnem modum utilis et maxime prelatis et gubernatoribus sancte ecclesie, ut per totum relucet ex textu eius, ad libelli condempnacionem causa sufficiens non subsistit, presertim cum in toto illo libro neque unum jota neque unus apex [4]) falsitatem redolens vel ullum errorem valeat reperiri.

Enimvero illud, quod quidam in contrarium libri suas inepcias collegerunt [4]), ita est invalidum et amarum, quemadmodum et radix, unde illa prodierunt, est fermentata et deberet amara esse ecclesie sacrosancte [5]). Fundamentum quoque illorum est inane in modicoque sustentatum, et solum tam diu valens in sua apparencia admodum formose conposita permanere, donec ad rigorem iusti iudicii pervenerit et donec pertransierint tempora nacionum diffinita [6]).

---

a) eciam *corr. minus apte* et *A.*

1) *Cf. Ezech. XXIII. 10:* „Ipsi discooperuerunt ignominiam eius . . .“

2) *auctor hic denotat papam Alexandrum IV., qui a. 1256 tractatum „De periculis novissimorum temporum“ damnavit et igni tradidit; de quo v. Hurter, t. IV, l. c.* 3) *Cf. Psalm. LXXII. 9:* „Posuerunt in caelum os suum.“ 4) *voces biblicae, cf. Matth. V. 15* (iota unum aut unus apex).

4) *contra Guilelmum de S. Amore scripsit, ut notum est, s. Thomas Aquinas una cum Alberto et Bonaventura. Vide apologiam s. Thomae Aq., quae „Contra impugnantes“ inscribitur.* 5) *biblia de* „radice amaritudinis impugnantes germinante“ *loquitur; v. Hebr. XII. 15.* 6) *Cf. Lucae XI. 24* (donec impleantur tempora nationum).

Quapropter neque predicto pape, quia talia ratificavit in ecclesia, audeo usquequaque inputare, cum hoc ipsum ex fide et scripturis estimem, quod illud factum est non sine divina voluntate, quoniam voluit dominus Jhesus crucifixus in etate sue dilectissime ecclesie varia tempora dispensare et in ipsos diversos populos et multiplicem scienciam pertransiri, ut ita sua amantissima et unica columba[1]), circumamicta varietatibus[2]), placeret sibi adornata.

Verumtamen ego coram Christo Jhesu, filio Marie Virginis, consistens, hoc audeo dicere et ex parte prophetare, quod ista, de quibus sermo fit, et multa alia, que in isto libro[a]) meo universo exprimuntur, reprehendenda[b]) vel alias sancte ecclesie catholice distractiva et offensiva quoad magnam partem iam suum finem sorcientur, quia tempus ipsorum iam transivit. Et idcirco quamvis sepedictus libellus fuit ad certa suppressus et occultatus, tamen iam instat et instabit tempus aliud, in quo fructus multos apportabit et gloriosos[3]), eo quod ex fidelibus studiis et laboribus bonis est conparatus, ecclesie catholice sacrosancte.

---

a) libero *corr.* libro *A.* b) - d - *eras. A.*

1) *Cf. Cantic. VI. 8.* 2) *Psalm. XLIV. 15.* 3) *Cf. Sap. III. 15:* „Bonorum enim laborum gloriosus est fructus."

# DE PERICULIS NOVISSIMORUM TEMPORUM[a].

## Incipit prologus[a].

[f. 183a] „Ecce, clamabunt videntes foris, angeli pacis amare flebunt“, Ysaye XXXIIIo.

Sicut prophete in sacris scripturis appellantur „videntes“, qui enim propheta hodie dicitur, vocabatur olym videns, I. Reg. IXo[b]), sic vacantes scripturis et[c]) exponentes eas „videntes“ merito dici possunt, cum et ipsi in eisdem literis prophete dicantur, Eph. IIIIo: „Alios posuit apostolos, alios prophetas“; Glossa: [„Prophetas], id est scripturarum explanatores.“

Cum igitur ipsi per scripturas vident ecclesie[d]) pericula inminere, debent clamare „foris“, id est aliis indicare; alioquin timere possunt, ne propter negligenciam vel contemptum evanescant[e]) cogitacionibus suis et obscuretur insipiens cor eorum, sicut[f]) phylosophorum, qui „cum congnovissent deum, non

---

a) *add. ab ed. — In editione, quae Constantiae 1632 prodiit, p. 17 tractatus hic inscribitur:* Tractatus brevis de periculis novissimorum temporum ex scripturis sumptus. *Qui tractatus etiam in altera editione, quae Regulas Janovianas secuta dicitur, scilicet in „Antilogia papae“, ed. W. Wissenburg, Basil. 1555, et inde in libro intitulato: Fasciculus rerum expetendarum et fugiendarum, ed. Orthvinus Gratius-Brown, Lond. 1690, t. II, p. 18—41 legitur. Editio nostra sequitur codicem Janovianum (A), sed respicit continenter editionem primariam Constantiensem, quae tamen non sine erratis est, prout annotationes nostrae demonstrant; ed. Basil. et London. plurimorum erratorum causa sequi non poteramus. Hoc modo huius celeberrimi tractatus recensionem Pragensem, si ita dici licet, explorare et ita doctrinam Mag. Matthiae de Janov de hypocritis et de Antichristo ex fontibus illustrare nisi fuimus.* b) *recte I. Reg. X. 11.*

c) *om. ed.* d) *om. ed.* e) *ita recte codex noster A; in ed. legitur minus apte:* timere possunt propter negligentiam, ne evanescant. f) ad instar Phariseorum et *ed.*

sicut deum glorificaverunt, sed evanuerunt in cogitacionibus suis", Ro. I. Et maxime debent indicare illis, qui possunt resistere illis, videlicet quibus ecclesie gubernacula sunt conmissa; qui etsi[a]) pre aliis habeant et habere debeant noticiam scripturarum, minus tamen earum inspecioni vacare possunt, negociorum frequencia inpediti; qui tamen[b]) postquam intellexerint memorata pericula, si fuerint veri domini sacerdotes, vehementer dolebunt, et de illis repellendis solliciti erunt. Quod notatur auctoritate[c]) predicta, cum dicitur „Angeli pacis", etc. Sacerdotes enim domini angeli dicuntur, Malach. II°: „Angelus domini exercituum est", et Apo. I.: „Septem stelle sunt angeli septem ecclesiarum"[d]). Episcopi dicuntur angeli, quia sunt nuncii Christi, „qui erit[e]) pax nostra", Eph. II°. Precipue autem sacerdotes sive illi episcopi flebunt et dolebunt, qui zelatores salutis sunt animarum, ita ut[f]) Jhesus merito dici possunt, id est salvatores, non potestate, sed ministerio; sicut et Jhesus noster, scilicet auctor salutis nostre, videns pericula civitatis, id est finalis ecclesie, flevit super illam, dicens: „Quia si congnovisses et tu", Luce XIX., [Glos.] „utique flevisses, que modo exultas." Quod autem de ecclesia intelligatur hec auctoritas, ostendit Glossa, dicens: „Plangit reprobos, qui nesciunt, cur plangantur." Et infra: „Qui refugiunt pericula previdere, que temporalem leticiam perturbant."

Nos igitur christiane fidei professores, licet indigni, Parisius studentes, qui ex asumpto gymnasio[g]) sanctas[h]) scripturas, quamvis exiliter secundum tenuitatem ingenii, tamen frequencius intuemur, attendentes in illis literis pericula novissimorum temporum, vel eis[i]) similia toti ecclesie quasi iam de prope imminere, ad cunctorum memoriam illa duximus revocanda, et precipue iuxta illam apostoli propheciam, ubi idem apostolus predicit in spiritu quedam pericula novissimorum temporum, similia licet[k]) iam diebus suis instabant, sed nunc plura videntur instare, — dicit enim apostolus II[a] Thy. III°: „Hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa";

---

a) *ita ed.;* si et *A.* b) quique eciam *ed.* c) in a. *ed.* d) Glossa: id est episcopi ipsarum *add. ed.; in subsequentibus solum illae additiones editionis Constantiensis annotantur, quae ad sensum meliorem necessariae nobis videbantur.* e) est *ed.* f) *ita ed.;* ut Jhesus ita *A.* g) *ita ed.;* gingnasio *(sic) A.* h) sacras *ed.* i) vel — temporum *om. A, tantum ponens* quorum. k) *om. ed.*

et infra super illo verbo: „Ex hiis sunt, qui penetrant domos“ dicit Glossa: „Jam horum prenunccii quidam sunt, sed in fin plures venturi sunt“; quod autem apostolus illud prophetice pre dixerit, dicit Glossa convenienter[a]) in IIII° ca. super illo verbo „Coacervabunt sibi magistros“, Glossa: „est prophecia sanct Pauli apostoli, qui fuit prescius futurorum“; item infra [I.] Thi IIII°, ubi loquitur de eadem materia, dicens[b]): „Spiritus autem“ Glossa: „sanctus“. „Manifeste dicit“, Glossa: „mihi in corde.“ „Quia in novissimis temporibus“, Glossa: „circa[c]) que modo amplius vigilandum est.“ „Discedent“, Glossa: „quidam vero notabiles.“ „A fide“, Glossa: „que sibi spiritus sanctus reve-laverit ad instruccionem et cautelam ecclesie, non tacet, ut pre-monita ecclesia sollicita sit, ne ab huiusmodi hominibus cir-cumveniatur.“

Cum ergo ex tunc, scilicet mille C. C$^{is}$ annis [iam] elapsis premonuerit apostolus et predicaverit, ut futura predicta peri-cula vitarentur, constat, quod nunc, magis ac magis illis peri-culis apropinquantibus, multo forcius monendi sunt christian de illis vitandis, precipue cum ex tunc [omnibus] sive volenti-bus, sive nolentibus ea audire precepit[d]) apostolus predicari Postquam enim predicta pericula predicavit futura et vitanda II$^{a}$ Thy. IIII°, consequenter in IIII° ca° subiunxit, dicens: „Testi-ficor coram deo [et] Jhesu Christo, qui iudicaturus est vivos et mortuos per adventum eius et regnum eius: [predica ver-bum], insta oportune, inportune, argue, obsecra (id est adiuva volentes), increpa (asperis verbis resistentes[e]), in omni paciencia (repugnancium) et doctrina“ (recipiencium[f]), id est ut[g]) pacienter sustineas repugnantes et doceas accipientes, dicit Glossa. Sic ergo patet, quod necessitas inpellit nos ad dicta pericula pre-dicanda et ad sollicitandos prelatos super illis inquirendis, scri-bendis et previdendis.

In hiis ergo periculis exponendis procedemus hoc modo

Primo ostendemus, quod in ecclesia Christi multa et magna pericula sunt futura.

Secundo, per cuiusmodi homines pericula sunt[h]) futura.

---

32) Nota de periculis *A m. auct.*

a) consequenter *ed.* b) *verba sequentia ordinata sunt secundum editionem.* c) contra *ed.* d) ea praeceperit *ed.* e) persistentes *ed.* f) accipientium *ed.* g) ita *A.* h) sint *ed.*

Tercio, quam habiles et ydoney erunt ad predicta pericula inducenda.

Quarto, cuiusmodi erunt illa pericula, que inducentur[a]).

Quinto, qualiter isti procedunt[b]) in periculis inducendis.

Sexto[c]), quoniam ipsi predicantes aliis multa pericula in multis periculis constituent se ipsos.

Septimo ostendemus, in quibus periculis et ipsi erunt constituti[d]).

Octavo ostendemus, quod qui non previderint illa pericula, aut previsa non precaverint, peribunt cum illis et[e]) in illis.

Nono[f]), ne quis dicat de predictis periculis nondum esse curandum, utpote adhuc remotis, ostendemus per quedam signa, illa pericula non longe esse remota, sed satis propinqua, et ideo quod eorum inquisicio et repulsio non sit amplius differenda.

Decimo ostendemus, quorum est illa pericula previdere et prenuncciare et a fidelibus repellere.

Undecimo ostendemus, quam penam incurrent illi, qui ea[g]) tenentur previdere et prenuncciare [et] ab ecclesia repellere, si non prevideant et prenunc[f. 183[b]]cient et repellant.

Duodecimo, ut[h]) videatur inpossibile illa repelli, cum[i]) sint prophetice predicta, ostendemus, quod ad tempus repelli poterunt, si viriliter resistatur.

Decimo tercio ostendemus, qualiter sint repellenda sive qualiter repelli possunt[k]).

Decimo quarto, quia repelli non possent illa pericula, nisi congnoscerentur illi, qui pericula procurabunt; et ideo ostendemus, ubi predicti periculosi homines possint[l]) inveniri.

Quintodecimo ostendemus plurima signa, quedam infallibilia, quedam [vero] probabilia, per que potuerint[m]) predicti homines congnosci.

Si quis autem subtilis aut philosophus hic disputator contra ea, que inferius [dicenda] sunt[n]), duxerit opponendum, ut sic animum lectoris a simplicitate veritatis avertat, non ideo cito lector a suo sensu moveatur, sed ad nos recursum habere digne-

---

a) inducent *ed.* b) qualiter procedent illis in dictis *ed.* c) *hic modus in ed. non legitur et prout sextus modus octavus adducitur.* d) qui aliis praedicta pericula procurabunt *ed.* e) cum illis et *om. ed.* f) Octavo *ed.; ita et infra* nono *loco* decimo, decimo *pro* undecimo, *etc. legitur.* g) pericula *ed.* h) ne *ed.* i) eo quod *ed.* k) possint *ed.* l) poterunt *ed.* m) poterunt *ed.* n) dicenda sunt *ed.*

tur, quoniam parati sumus ad omnem obieccionem circa istam materiam faciendam, opitulante deo, respondere, non per disputacionem et altercacionem phylozophicam ac[a]) sophisticam, que ad nichil utilis est, nisi ad subversionem audiencium, sed pocius per collacionem katholicam, que sola debet esse inter servos dei et[b]) Christi, iuxta doctrinam apostoli, II. [ad] Thy. II. dicentis: „Noli verbis contendere, quia ad nichil utile est, nisi ad subversionem audiencium“, Glossa: „quia contencio nihil potest, nisi subvertere audientes, dum verbosus par est vel superior viro catholico. Contencio eciam minus[c]) habens subtilitatis aut utilitatis vel stabilitatis, sepe generat scrupulum. Solent enim in contencione talia opponi, eliminato malivolencie argumento, ut moveant animos inspiciencium[d]) fratrum.“ Et infra: „Non enim patitur se vinci verbis, licet sciat vera esse, que audit; collacio ergo inter servos dei debet esse, non altercacio.“

Protestamur autem ab inicio, quod omnia, que hic ad cautelam et instruccionem ecclesie universe scribimus[e]), non contra personam aliquam nec contra statum aliquem ab ecclesia aprobatum, sed contra peccata malorum et pericula ecclesie generalis dicturi sumus, non ex invencione nostra, sed ex veritate sacre scripture collegimus. Nichilominus tamen nos et[f]) omnia ecclesiastice correccioni supponimus, si quid[g]) in eis visum fuerit corrigendum.

## Capitulum primum[h]).

*[Quod pericula novissimorum temporum multa et magna futura sunt in ecclesia generali]*[i]).

Circa primum capitulum est notandum, quod dicit[k]) apostolus II° Thi. III°, quod in finali ecclesia multa inminebunt pericula ecclesie universe, quia dicit apostolus in hiis verbis: „Hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa“, et cetera; dicit Glossa: „sanctis“. Omnes autem, qui sunt de ecclesia, non numero tantum, sed merito sancti dicun-

---

a) aut *ed.* b) dei et *om. ed.* Nolo *infra A.* c) minus stabilis sepe *tantum ed.* d) alias insipiencium *in m. add. A.* e) *om. ed.* f) nos et *om. ed.; in marg. A.* g) *ita ed.;* nisi quod *A.* h) *ita A rubr. in marg.; proprie tantum* Primum *legebatur, non rubr.* i) *suppletum de ed.; ita et inferius.* k) praedicit *ed.*

tur; et ita inminebunt ecclesie universe. Ne autem crederetur, quod tunc in extremis temporibus tantum, videlicet temporibus Antichristi, inminerent illa pericula, dicit Glossa convenienter super illo verbo: „Ex hiis sunt, qui penetrant domos“, quod eciam in primitiva ecclesia quidam fuerunt tales, per quales nstabant[a]) pericula illa; sed apropinquante finali ecclesia in maiori multitudine venient. Et hoc dicit sic: „Jam horum quidam prenunccii sunt, sed in fine plures futuri sunt.“ Nec dicas „in fine“, id est tempore Antichristi tantum, quia tunc dicitur tempus Antichristi, quando persecucio similis imminet persecucioni Antichristi, I. Jo. II°: „Scimus, quod novissima hora est.“ Glossa: „id est similis novissime, quia similis persecucioni future.“ Et ibidem: „Nunc autem multi facti sunt Antichristi“. [Glossa]: „Cum quanto impetu et terrore audistis venturum Antichristum, cum tanta violencia et isti venient.“ Et II° Thes. II° dicit apostolus de adventu Antichristi[b]): „Misterium iam operatur iniquitatis.“ Glossa: „Jam apparet Antichristi impietas[c]), sed mistica, id est pietatis nomine pollita vel[d]) pollicita, ut velint haberi ministri Christi, cum sint pseudo.“ Sic ergo patet, quod prope[e]) finalem ecclesiam et eciam ante multa pericula nminebunt ecclesie universe.

## [Capitulum secundum][f]).

*[Per quos aut per cuiusmodi homines futura sint pericula novissimorum temporum]*[f]).

Circa secundum capitolum, videlicet[g]) per quos instabunt pericula ista, predicit apostolus II° [ad] Thy. III°, [dicens], quod „erunt“ in ecclesia quidam „homines seipsos amantes“, per quos nstabunt dicta pericula. Illi autem dicuntur amare seipsos, qui icet velint alios homines corrigere, non tamen ab aliis hominibus volunt corrigi in factis suis, licet aliquantum[h]) perversis. Unde tales amant se plus quam veritatem, et idcirco[i]) plus

31) Nota bene *A*.

[a]) instabunt *ed.* [b]) de Antichristo *tantum ed.* [c]) Jam in ipsis initiis accessionis invenitur iniquitas *ed.* [d]) pollita vel *in m. add. A;* palliata ntum *A.* [e]) *ita recte A;* post *ed.* [f]) *ita suppl. de ed.* [g]) *in m. A.* [h]) aliquando *ed.* [i]) *ita ed.;* ita grecus *(sic)* ideo *A.*

quam deum, „qui est veritas“, Jo. XIIII°. Et dicit Gregorius in Pastor[ali]: „Qui perverse[a]) wlt agere et ad ea, que facit, ceteros wlt tacere, ipse sibi testis est, quod se veritate wlt plus diligi, quam contra se non wlt defendi.“ Item plus diligit se quam deum, qui plus querit honorem suum, quam [honorem] dei. Unde Augustinus, de vita christiana: „Illi deum diligunt qui non aliud, quam unde nomen dei glorificetur, exercent.“ Illi ergo, maxime qui in statu perfeccionis sunt, et tamen honorem suum temporalem, et[b]) cum multorum periculo, appetunt et querunt, plus diligunt se quam deum.

Ex hoc autem perverso amore sui quasi ex mala radice quadam incident illi homines „se ipsos amantes“ in varia genera peccatorum, ita quod aliqui eorum fient „cupidi“ pecunie vel mundane glorie; alii fient „elati“ contra deum, videlicet quando[c]) nolunt subesse prelatis, sed supraponi[d]); alii[e]) fient „blasphemi“ in deum per hereses[f]); alii fient „ingrati“ de bonis sibi inpensis; alii fient „scelesti“ in gravibus peccatis perpetrandis, qui modum peccandi transcendunt et animas suas vel aliorum occidunt, vel[g]) qui corrigentibus mala pro bonis reddent[h]); alii fient „sine affeccione“, non conpacientes[i]) infirmis, scilicet peccatoribus, sed pocius eos dedignantes; alii fient „criminatores“, id est crimen aliis inponentes, vel „detractores“, id est famam sanctorum maculare conantes; alii fient „incontinentes“ gule vel libidini, non refrenantes malas cupiditates; alii fient „sine benignitate“, nescientes aliis subvenire; alii fient „proditores“ secretorum alterius, dum revelant, que occultanda noverunt; alii fient „protervi“ vel „procaces“, [id est] que [f. 184[a]] verecunda[k]) essent, aliis[l]), scilicet hominibus, inverecunde agentes[m]); alii fient „ceci“, id est[n]) non intelligentes, que affirmant, neque de quibus agunt; alii fient „tumidi“[o]), scilicet inflato corde; alii fient „voluptatum amatores magis quam dei“, id est carnales delicias spiritualibus preponentes. Et hoc dicit apostolus hiis verbis „Et erunt homines seipsos amantes.“ Glossa: „et“ pro „eo“[p])

---

a) perversa *ed.* b) etiam *ed.* c) quia nolent *ed.* d) superponi *ed.* e) *praecedit in ed.:* alii fient „superbi“ de honoribus, suis impensis. f) *sequitur in ed.:* alii fient „inobedientes parentibus“, id est praelatis ecclesiae g) ut *ed.* h) reddunt *ed.* i) *ita ed.;* conpaciendi *A.* k) verecund[o] tractanda *ed.* l) de aliis *ed.* m) tractantes vel agentes *ed.* n) *ita ed.* I. Thi. · I. quasi *(sic) A.* o) timidi *corr.* tumidi *A in marg.* p) qui[a] *recte ed.*

quasi diceret: „Ideo instabunt tempora periculosa, quia erunt homines in ecclesia seipsos amantes, cupidi, superbi[a]), blasphemy, inobedientes, ingrati, scelesti, sine affeccione, sine pace, criminatores, incontinentes, inmites, sine bonitate[b]), proditores, protervi" vel procaces, „tumidi, voluptatum amatores magis quam dei." Et[c]) sic exponit Glossa, sicut dictum est.

De omnibus autem hiis generibus peccatorum convenient aliqui in sectam illam, per quam instabunt periculosa tempora. Unde I.[d]) Thy. III° post illa verba: „Et erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati", etc. subiungit apostolus: „Ex hiis sunt, qui penetrant domos", id est ex hiis generibus peccatorum convenient aliqui illi in sectam illorum, qui penetrant domos, per quos domos penetrantes instabunt illa pericula, ut patebit. Qui autem sint penetrantes domos, exponit Glossa sic [ad literam]: „Illi enim penetrant domos, qui ingrediuntur domos illorum, quorum regimen animarum ad eos non pertinet, et rimantur proprietates, id est secreta eorum." Quod non potest fieri, nisi ingerant se ad audiendum confessiones eorum; hoc enim est penetrare domos hominum predictorum, scilicet rimari consciencias eorum, que domus appellantur, Ecci. XXXIII°[e]): „Precurre prior in domum tuam." Glossa: „In domum consciencie nos recipiamus[f])". Domum[g]) hanc intrat per hostium rector animarum, qui curam habet ab ecclesia sibi commissam, cui precipitur Proverb. XXVII°: „Agnosce wltum pecoris tui." Glossa: „Pastori ecclesie dicitur: Diligenter attende de hiis, quibus te preesse contigerit; animos actusque singulos considera, et si quid vicii repereris, statim emendare memento"[h]). Hinc pastori debet et hostium domus aperiri per confessionem, iuxta illud Boecii in libro De consolacione: „Si medicinam expectas, oportet, ut wlnus detegas." Alienus autem, qui curam non habet, in hac domo recipi non debet, Ecclesiastici XI.: „Non omnem hominem inducas in domum tuam. Multe enim sunt insidie dolosi." Et in eodem: „Admitte ad te alienigenam et subvertet te in turbine et alienabit te a viis"[i]). Et ideo de tali alieno dicit

25) Nota, plebane *A manu auct.*

[a]) elati *ed.* [b]) benignitate *ed.* [c]) Et — dictum est *om. ed.* [d]) 2 *recte ed.* [e]) Eccl. 32 *ed.* [f]) nos rec. *om. ed.* [g]) In d. *ed.* [h]) *voces ed. aliae sunt.* [i]) abalienabit te a hiis propriis *ed., addens:* Et ideo de tali alieno dicit apostolus Rom. 14: „Tu, quis es, qui iudicas servum alienum? Domino suo stat, aut cadit.

apostolus I° Chorinth. IIII°: „Tu, quis es, qui iudicas servum alienum? Domino suo aut stat, aut cadit.“ Alienus ergo si rime-tur conscienciam subditi alieni, non intrat per hostium domus eius, sed aliunde ascendit, et ideo dicitur penetrare domum fraudulenter tamquam fur, vel violenter[a]), ut latro. Jo. X: „Qui non intrat per hostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde hic fur est et latro.“ Sic ergo homines illi sunt, qui pene-trant domos.

Consequenter dicit apostolus in eodem ca° II° Thy. III° „Et captivas ducunt mulierculas honeratas peccatis.“ Glossa ad literam: „Subdolis et versutis verbis seducunt mulieres et per eas viros earum, sicut dyabolus prius Ewam seduxit et per eam Adam.“ Et eodem modo viros seductibiles ad modum mulierum seducunt, id est ad se sive ad sua consilia adducunt sic enim exponunt hoc verbum „seducere“ Apoc. XX: „Sol-vetur Sathanas et seducet gentes“ [et] Glossa: „Id est a Christo seducet.“ Similiter et isti mulieres et viros seductibiles seducent id est a consiliis prelatorum ad sua consilia ducent, et tandem captivabunt eos, id est in suam redigent potestatem, obligantes scilicet eos ad vivendum secundum sua consilia; captivari enim est a propria potestate vel a potestate illius, cui subicitur quis in alienam redigi potestatem. Sic ergo habemus, quod per illos qui penetrant domos et captivas ducunt mulierculas honeratas peccatis, instabunt pericula novissimorum temporum, et qui sint penetrantes domos.

Instabunt eciam pericula per predicatores pseudo. Mt XXIIII°: „Multi pseudo et prophete surgent et seducent gen-tes.“ Pseudo autem predicatores sunt [omnes], qui non sunt missi [et] predicant, quantumcumque literati et sancti, sicut eciam si facerent signa vel miracula. Ro. X.: „Quomodo pre-dicabunt, nisi mittantur?“ Glossa: „Non sunt viri apostoli, nisi missi.“ Nulla enim signa veritatum et[b]) virtutum eis testimonia perhibent, et sicut dicit Cyprianus, quinquagesima distinccione „Si qui prepropere[c]), mandant martires (!) aliqua fieri; sed[d]) si iusta et licita, si non contra ipsum dominum ac dei sacerdotem sunt facienda. Sed si non sunt scripta in lege domini, que man-dant, ante est, ut sciamus eos a deo inpetrasse, que postulant.

---

a) vel v. *om. ed.* b) veritatum et *om. ed.* c) *ita ed.;* pre postera A
d) sed — facienda *om. ed.*

Missi autem non sunt, nisi qui ab ecclesia recte eliguntur. Hebr. VII°: „Nec quisquam sumat sibi honorem, nisi qui vocatur a deo, tamquam Aron.“ Glossa: „A deo vocatur, qui recte eligitur.“ Ab ecclesia vero eliguntur „episcopi, qui apostolis successerunt, et parrochiales presbiteri, qui LXXII^bus^ discipulis successerunt, et eorum loca tenent“ [dist. 21. can. „In Novo Testamento.“] Unde Luce X. in principio dicit Glossa: „Sicut in XII apostolis forma est episcoporum, sic in LXXII^bus^ discipulis forma est presbiterorum“ secundi ordinis [a]). Nec plures sunt in ecclesia gradus ad regendum ecclesiam constituti; unde [f. 184^b^] coepiscopi, quia officium episcoporum in aliquo usurpabant, ab ecclesia sunt sublati. „Cum enim nisi duos ordines inter discipulos [domini] esse congnoverimus, id est XII apostolorum et septuaginta duorum discipulorum, unde iste tercius ordo processerit, ignoramus; et quod racione caret, extirpare necesse est.“ Ita legitur LXVII. di[st.]: „Coepiscopi“, etc.

Si quis vero obiciat de archidiaconis aut de vicariis, qui vice aliorum exercent regimen animarum, omnes quidem tales habent potestatem in ecclesia tamquam opitulatores, id est opem maioribus ferentes. Unde apostolus I. Cor. XII°: „Quosdam quidem posuit deus in ecclesia, primum apostolos“, etc. Et infra: „Exinde gracias curacionum, opitulaciones“, id est, [ut inquit Glossa], „opem maioribus ferentes, ut Titus Paulo et archidiaconi episcopis.“ Nullus ergo habet in ecclesia animarum regimen, nisi episcopi et parrochiales presbiteri aut eorum opitulatores, id est opem eis ferentes vel ab eis legittime constituti aut vocati.

Sed dicet quis: Omnes predicare possunt, qui habent auctoritatem domini pape aut episcoporum dyocesanorum, cum dicatur Extra[vag.] „de hereticis“ [cap.] „Excommunicamus.“ „Quia vero“: „Omnes, qui prohibiti aut non missi, preter auctoritatem [a] sede apostolica aut katholico episcopo [loci] susceptam [b]), publice vel private predicacionis officium usurpare presumpserint, excommunicacionis vinculo innodentur.“ Unde videtur e contrario sensu, quod auctoritate sedis apostolice aut dyocesanorum quilibet predicare possit.

Respondemus, quod de potestate domini pape aut episcoporum nolumus disputare. Verumtamen cum secundum iura

---

a) secundi ord. *om. ed.* b) susceptum *false A.*

tam divina quam humana in una ecclesia non possit esse nis unus rector, — alioquin ecclesia non esset sponsa, sed scortum XXV. q. 1.: „Sicut [in unaquaque“ —; et] in una et eadem ecclesia non debent esse plura capita, ne sit monstrum, Extra „de officio ordinis“ inter cetera[a]), et in ecclesiarum regimine officium predicacionis existat precipuum, sicut ordo predicatorum[b]) [existit] precipuus, Extra. „de hereticis“, [caput] „cum ex iniuncto“: si forte dominus papa concedat aliquibus personis potestatem predicandi ubique, intelligendum est, ubi ad hoc fuerint invitati, quia eciam episcopi, nisi ad hoc invitati fuerint ultra dyocesim non debent accedere super aliquibus ecclesiasticis disponendis, IX. q. ca. II. „Non invitati.“ Non enim wl princeps per mandata sua preiudicium in iurisdiccione alterius generari, Extra. „de officio ordi.“[c]), [cap.] „Licet ordinarii“, ff „Ne quid[d]) in loco publico“, lege II, [§] „Si quis a principe“, ne[e]) quod absit, inde videantur nasci iniurie, unde iura nascuntur, C „Unde VI. meminerint cuncti“, Extra. „De accione“, [cap.] „qualiter et quando“. [Immo sibi iniuriam facit apostolicus, qui fratrum suorum iura perturbat, 25. q. 2., cap. „Quod vero dicitis“] et cum secundum apostolum nullus debeat gloriari in commissis alterius regiminis, II. Cor. X: „Non gloriabimur in inmensum ultra mensuram regule, qua mensus est deus nobis.“ Glossa „Id est, ultra mensuratum michi a deo populum, cuius ego regula sum ad dirigendum“, non est verisimile, quod papa[f]) contra doctrinam apostoli personis infinitis vel plurimis concedat licenciam predicandi plebibus alienis, nisi a plebanis ad hoc fuerint invitati, cum dicat capitulum XXV. q. V. „Sunt qui dicunt“: „Quod si Romanus pontifex docuerit, quod apostoli et prophete detestati sunt, quod absit, videretur non senteneiam dare, sed magis errare [convinceretur]“. Ipse eciam apostolus plebi aliene nolebat predicare racione iam dicta, et ne super alienum fundamentum edificaret, ut legitur ad Ro. XV. cap° „Sic autem predicavi ewangelium, ubi non nominatus est Christus ne super alienum fundamentum edificarem,“ Glossa: „Ne predicarem iam pro aliis[g]) conversis.“ Et II. Cor. X.[h]): „Non simus in immensum gloriantes in alienis laboribus“, Glossa: „Scilicet

---

a) Extra. „De officio iudicis ordinarii“, cap. „Quoniam in plerisque“ *ed*

b) praedicationis *ed.* c) Extra. „De usu pallii“, cap. „Ex tuarum tenore“ Extra „De off. iud. ord.“ *ed.* d) quis *ed.* e) *ita ed.;* vere *A.* f) dominus papa *ed.* g) per alios *ed.* h) 2. Cor. 1 *ed.*

ubi alius fundamentum [fidei] posuit." Et infra: „Non habentes speciem gloriari in aliena re", Glossa: „Id est in comisso alterius regimine."

Item, si una persona vel persone infinite habe[a]nt potestatem predicandi ubique, non invitati, cum [hoc] sit potissimum officium episcoporum, iam erunt infiniti episcopi universales, quod est contra omnia iura, videlicet ut aliquis sit episcopus universalis vel esse dicatur, excepto papa[a]), XXIX. dist. cap. „Nullus" et cap. „Ecce."

Item constat, quod omnibus illis, qui predicant ex potestate, debetur procuracio sui sumptus, I. Cor. IX: „Ordinavit deus hiis, qui ewangelium anuncciant, de ewangelio vivere." Ergo si infinite persone habe[a]nt potestatem predicandi in qualibet ecclesia, [quelibet ecclesia] habebit[b]) infinitas procuraciones, quod est absurdum dictu. Presbiteri enim parochiales, qui suos habent apostolos, id est episcopos et eorum opitulatores, scilicet archidiaconos vel suos archipresbiteros, quibus visitantibus eos debent impendere procuraciones secundum decreta ecclesiastica, et fideles layci, qui suos habent presbiteros, quibus exhibent stipendia debita secundum ordinacionem ecclesie, ulterius gravari non debent, X. q. II.[c]) [cap.] „Cavendum." Unde si episcopi mittant predicatores per suas dyoceses ad predicandum, debent eis episcopi, non presbiteri nec fideles layci vite necessaria exhibere, Extra. „De officio iudicis ordinarii", [cap.] „Inter cetera."

Nec debent novi apostoli in ecclesia dei constitui ad predicandum, „cum ipsa ecclesia tam de apostolis", id est episcopis, „quam et de aliis ministris [f. 185[a]], olym per apostolos et sanctorum patrum consilia[d]) instinctu spiritus sancti, ad exemplar monstratum Moysi in monte Synay, divina institucione extiterit ordinata", ut dicit beatus Dyonisius in Yerarchia ecclesiastica, c. V. Cum igitur „in ecclesiastica ierarchia, que ad instar celestis ierarchie ordinata est", ut dicitur ibidem, „non sint nisi duo ordines", scilicet „ordo perficiencium", qui est superior, habens tres gradus, scilicet „episcopos, presbiteros, dyaconos" sive ministros; „et ordo perficiendorum", qui est inferior, habens [simi-

13) Nota bene *A*.

a) excepto papa *om. ed. (sic!)* b) debebit *ed.* c) 10. q. 3. *ed.*
d) concilia *ed.*

liter| tres gradus, scilicet „viros“, „regulares“, qui et ibi „monachi“ appellantur, „et fideles laycos et cathecumenos“; nulli autem spiritui angelico licitum sit operari, preter quam ordinatum est[a]) a deo, ut dicit beatus Dyonisius in Celesti ierarchia, c. III.; a deo autem ordinatum est[a]), ut nullus inferior exerceat officium superioris nec influat super eum, sed contentus sit officio suo, ut dicit in eodem cap$^{o}$., relinquitur, quod „viri regulares“, qui a beato Dyonisio „monachi“ appellantur, dum manent in ordine suo „perficiendorum“, qui est ordo inferior, superiorum, id est „perficiencium“, officium, quod est „purgare, illuminare, consumare“, ut dicitur in eodem cap$^{o}$., id est officium „docendi, predicandi, sacramenta ministrandi“ nequaquam poterunt exercere. Et ideo dicitur in VI. c. Ecclesiastice ierarchie, quod „monachatus ordo non debet aliis esse prelatus“; vel[b]) secundum aliam translacionem „monachatus ordo non est aliorum adducens“, scilicet „per doctrinam et predicacionem.“ Unde super hoc emanaverunt constitutiones ecclesiastice, „quod monachi sic[ut] nec layci, quantecunque sciencie nomine glorientur, predicare publice non possunt“, XV. ca. q. V.[c]) „Addicimus“, cum suis concordanciis, licet ad officium predicacionis, scilicet ad episcopatum vel plebanatum[d]) per elleccionem canonicam possunt assumi, ut [dicitur] XVI. c. q. 1. [„Sic vive“, et hoc sic determinat Gracianus XVI. q. 1. c. §]. „Ecce sufficienter“: non est verisimile, quod predictam sacratissimam yerarchiam liceat homini mortali inmutare, precipue cum dicat Leo papa XXV. c. 1.: „Que ad perpetuam generaliter ordinata sunt utilitatem, nulla conmutacione violentur“[e]). Et sic „non potest Romanus pontifex destruere, quod ab apostolis et prophetis decretum est, alioquin errare convinceretur“, cum dicit Urbanus papa XXV$^{a}$ ca. q. 1. „Sunt igitur, qui dicunt.“ [Sed] quomodo divinitus ordinatam sacratissimam ecclesiasticam yerarchiam poterit quisquam mortalium inmutare aut eciam reversare[f]), cum nemini prelatorum „data sit potestas in destruccionem, sed in edificacionem“, II$^{o}$ Cor. X.? Et si ergo aliis quam regularibus viris possit conmitti predicacionis officium, videtur tamen ex iam dictis, quod salva ecclesiastica yerarchia regularibus viris, dum in suo inferiori

---

a) sit *ed.* b) monasticus *(sic) A.* c) 16. q. 1. cap. *ed.* d) presbyteratum *ed.* e) variari *ed.* f) revocare *ed.*

gradu „perficiendorum“ manent, predicacionis officium committi non possit: ergo si viri regulares predicacioni se inmiscent[a]), videtur, quod non sint a deo missi, et ideo pseudo sunt reputandi. Sic ergo patet ex predictis, qui sunt penetrantes domos et qui sunt pseudo. Patet eciam, quod per tales instabunt vel instant pericula novissimorum temporum universe ecclesie.

## Capitulum tercium[b]).

*[Quam habiles et apti erunt predicti periculosi homines ad predicta pericula inducenda].*

Circa tercium, scilicet quam apti erunt et ydoney predicti homines periculosi ad inducendum pericula, predicit apostolus, [dicens], quod ipsi „erunt homines habentes speciem pietatis.“ Glossa: „Id est religionis christiane, propter quod periculosi sunt.“ „Virtutem autem eius“, Glossa: „Id est caritatem.“ „Abnegantes“, Glossa: „Non verbis, sed factis.“

Cum enim habeant[c]) officia prelatorum, videlicet officium predicandi, corrigendi, confessiones audiendi, ut dicetur infra, caritatem factis negant, quia „caritas non est ambiciosa“, I. Cor. XIII. Item cum non possint[d]) sustinere correccionem, factis negant caritatem, quia „caritas omnia sustinet“, I. Cor. XIII. Item, cum non possint pati inimicicias, ut dicetur infra, factis negant caritatem, quia „caritas paciens est“, I. Cor. XIII°. Hoc autem dicit apostolus hiis verbis: „habentes speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.“

Quod autem in simulata religione tam verborum quam operum decipiant, dicit dominus Mt. VII.: „Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos“, etc. Glossa: „Qui in humilitate ambulant et falsa religione; ideo cavete, ne vos delinient[e]) blandiciis et simulacionibus.“ Nec est credendum illis operibus, que ostentant in aperto, que bona videntur esse. Nam illa faciunt simulando, videlicet ut sancti videantur esse, cum non sint. Unde sequitur ibidem super illo textu ewangelii: „A fructibus eorum congnoscetis eos.“ Glossa: „In conspectu hominum

---

22) Nota *A.* 29) 1ª *A.* 33) Nota *A.*

a) inmisceant *ed.* b) *ita ed.;* Capitulum secundum *false A rubr.* c) ambiant *ed.* d) possunt *false A.* e) delanient *corr.* deliniant *in m. A;* dilanient *ed.*

similes sunt ministris iusticie, dum ieiunant, orant, elimosinam dant; sed non sunt eorum fructus. quia pro vicio eis reputantur." Quasi dicat[a]): ab operibus eorum manifestis, que bona videntur exterius, congnosci non possunt, quia ea prawa intencione faciunt; sed ab aliis operibus, que ostendere non audent, sed occultare nituntur, eo quod mundana sunt et ad mundana tendunt, congnosci possunt.

Item quod simulacio sanctitatis faciat eos habiles ad decipiendum alios, dicit Glossa super illud II. Cor. VI. „In caritate non ficta", Glossa: „Pseudo simulant caritatem, ut decipiant." Item II° Cor. XI. super illud: „Nam huiusmodi pseudoapostoli operarii subdoli", Glossa: „Callide sub specie religionis decipientes." Et Col. II°: „Nemo vos seducat in humilitate et religione angelorum", Glossa: „Qui videntur quasi nuncii [f. 185[b]] dei per speciem et humilitatem religionis, et hec sunt, quibus homines facile possunt seduci." Item quod sub habitu religionis decipiant, dicitur Apo. VI° super illud: „Et cum aperuissem sigillum quartum, audivi vocem quarti animalis, dicentis: Veni et vide, et ecce, equs pallidus", etc. Glossa: „Videns dyabolus, nec per apertas tribulaciones nec per apertas hereses posse proficere, premittit falsos fratres, qui sub habitu religionis obtinent naturam nigri et ruffi equi pervertendo fidem", id est facient tantam persecucionem in ecclesia, quantam fecerunt aperti tyrranny, quos appellant ruffum equm, et aperti heretici, quos appellant nigrum equm; unde persecucio istorum comparabitur[b]) illis duabus persecucionibus transactis. Et ideo, quia sub specie pietatis decipient, plus poterunt[c]) nocere ecclesie dei, quam aliqui homines huiusmodi speciem non pretendentes, quia sicut dicit Gregorius in Pastorali, „nemo plus nocet ecclesie dei, quam qui perverse agens, nomen habet sanctitatis vel ordinis."

Item propter hoc plus nocere poterunt, quia erunt familiares inimici, quoniam Christi fideles reputabunt eos amicos, recipiendo eos in domibus suis, revelando eis secreta sua per confessiones, acquiescendo consiliis eorum, ut patebit infra, ut[d]) nullus faceret, nisi reputaret eos amicos. Ipsi autem e contra mittent eos in errorem, ut patebit infra[e]). Unde constat, quod erunt familiares inimici, ideoque maxime erunt periculosi, quia

---

[a]) diceret *ed.* [b]) aequiparabitur *ed.* [c]) potuerunt *corr.* poterunt *A*; *ita et infra.* [d]) quod *ed.* [e]) proximo capitulo *add. ed.*

secundum Gregorium nulla pestis efficacior ad nocendum quam familiaris amicus.

Item maxime et subito nocebunt ecclesie, quia videbuntur electa membra ecclesie et esse credentur. Unde super illud Job XXX°: „Ad dexteram orientis", etc. dicit Gregorius: „Ad dexteram orientis illico calamitates insurgent, quia hii ad persecucionem ecclesie prosiliunt, qui electa membra redemptoris esse videbantur, et quia non sunt extranei, qui persecuntur, repente et illico mala fient."

Et sic patet, quam apti et quam ydoney et habiles erunt illi periculosi homines ad pericula inducenda.

## Capitulum quartum[a]).

*[Que aut cuiusmodi erunt pericula memorata].*

Circa quartum, videlicet cuius modi erunt pericula ecclesie, que inducent seductores predicti, predicit apostolus II. Thy. III°, [dicens], quod [sicut] magi Pharaonis, scilicet Jamnes et Mambres, quorum consiliis innitebatur Pharao, rex Egypti, et populus, propter simulatam eorum sapienciam, quam et ipsi glorie et potestatis cupidi ostentabant, falsa miracula faciendo, restiterunt Moysi, nuncio dei, avertendo scilicet regem et populum, ne ipsi Moysi assentirent: ita et isti viri seductores, postquam per suam simulatam sapienciam et sanctitatem, quam ostentant[b]) ad gloriam suam principes et populum christianum ita seduxerint, quod plene acquiescent consiliis eorum, tunc avertent eos a consiliis prelatorum ecclesie, qui per Moysen figurantur, avertentes scilicet principes et populum christianum, videlicet ut pocius obediant eorum consiliis, quam prelatorum. Et hoc predicit apostolus in hiis verbis: „Quemadmodum Jamnes et Mambres restiterunt Moysi, ita et hii resistent veritati", id est vere doctrine prelatorum, qui per Moysem figurantur, avertentes scilicet principes et populum dei a documentis et consiliis prelatorum et inducentes ad sequendum consilia sua, sicut magi Pharaonis inducebant populum ad credendum magis eis, quam Moysi. Et tamen consilia eorum valde periculosa sunt futura,

---

a) Capitulum tercium *false A rubr.*. b) ostentabunt *A*.

quia finaliter in moribus erunt „reprobi“ et tandem in fide „corrupti“, ut dicit apostolus ibidem hiis verbis: „Homines corrupti mente, reprobi circa fidem,“ Glossa: „Corrupte racionis, reprobi operibus.“ Tandem vero cum memoratos principes et populum christianum dictis modis averterint a consiliis et tandem ab obediencia prelatorum, tunc ipsi facilius mittent eos in errores, tam circa bonos mores, quam circa fidem. Et hoc predicit apostolus hiis verbis: „Mali autem homines“, Glossa: „in sese.“ „Seductores“, Glossa: „aliorum“. „Qui“, „Huiusmodi homines“, sicut dicit Glossa: „Proficient in peius“, ita scilicet „ipsi, dico errantes a bono et alios in errorem mittentes“ „ipso actu“, dicit Glossa, videlicet quia non tantum perversa docebunt, sed eciam perverse agent. Et sic patet in generali, que et qualia erunt pericula, que dicti seductores inducent, videlicet, quoniam avertent fideles a consiliis et obediencia prelatorum, et preterea[a]) ducent eos in errores circa bonos mores et circa fidem tandem. Unde fideles eos audientes peribunt, cum ipsi sint fures, ut ostendetur infra, et fideles sint oves, sed nomen ovium perdent, quando seduci se permittunt, vere autem oves fures non audiunt, Jo. X. Unde super illud III° Eze.[b]): „Fili hominum, cum scorpionibus habitas“, dicit Glossa: „In ewangelio [dicitur]: Non audierunt eos oves.“ Qui ergo fures et latrones audierunt, ovium vocabulum perdiderunt et non quasi oves perierunt, sed quasi vipere et wlpes et scorpiones.

Ista ergo sunt pericula in generali, que per predictos seductores instabunt.

Ut autem specialius ad pericula descendamus, dicimus, quod postmodum per eos erunt tanta pericula, quod iusti et fideles viri nullum fidele refugium invenient aput homines. Jere. IX. v.: „Unus quisque a proximo suo se custodiat et in fratre suo non habeat fiduciam“, et quod non invenient viri iusti, quibus audeant cor suum aperire secure, Michee[c]) VII: „Noli credere amico [f. 186[a]], noli confidere in duce; ab ea, que dormit in synu tuo, custodi claustra oris tui.“ Tandem vero tempore procedente tanta erunt per eos pericula, quod „frater tradet fratrem in mortem et pater filium et filii surgent in parentes“, id est subditi in prelatos, „et morte afficient eos“,

---

a) postea inducent *ed.* b) *recte* Ezech. 2 *ed.* c) Malach. *corr.* Michee *A.*

ut dicit Mt. X.: „Et tanta erit tribulacio, qualis nunquam fuit ab inicio mundi usque modo, nec fiet, et quod in errorem eciam inducantur electi, si fieri potest“, ut dicit Mt. XXIIII°.

Hec igitur sunt pericula, quorum quedam iam instant. Reliqua vero forsitan non multum distant.

## Capitulum quintum[a]).

*[Quam astute procedunt predicti homines periculosi in predictis periculis inducendis].*

Circa quintum, videlicet quod dolose procedant[b]) isti seductores ad inducendum pericula memorata, predicit apostolus convenienter, [dicens], quod, licet ipsi non habeant curam vel regimen animarum sibi conmissum, tamen auctoritate propria subintrant[c]) callide domos singulorum, rimantes proprietates cuiusque sive secreta, quod constat fieri non posse, nisi ingerant se ad audiendas confessiones eorum. Cum autem fuerint secreta rimati et proprietates hominum per confessiones eorum vel alio modo, tunc subdolis et versutis verbis primo seducent mulieres et per eas viros earum, sicud dyabolus Ewam seduxit et per eam Adam. Seducent eciam preter mulieres viros, quos invenerint seductibiles ad modum mulieris. Adeo autem seducent [eos], id est ad se, sive ad consilia sua ducent, sive[d]) redigent eos in propriam potestatem quasi captivos, videlicet aut per iuramenta illos procurando[e]) aut per vota illos astringendo, ut ipsi relictis consiliis prelatorum suorum, qui eorum presunt regimen[f]) animarum et quorum consilia deberent requirere et vivere et mori secundum illa, ut pocius istorum consiliis adhereant, et secundum illa ordinent se et sua tam in vita, quam in morte, quamvis non possint eos solvere vel ligare. Et hoc dicit apostolus hiis verbis: „Ex hiis sunt, qui penetrant domos et captivas ducunt mulierculas honeratas peccatis“, secundum ut[g]) Glossa exponit, si bene ponderentur verba eius, in hunc modum: „Penetrant domos“, ad literam, „domos mulierum et[h]) virorum seductibilium ingrediuntur et rimantur proprietates

---

a) quartum *false A rubr. in m.* b) procedent *ed.* c) subintrabunt *ed.* d) quod *ed.* e) procurantes *ed.* f) regimini *ed.* g) quod *ed.* h) ut *A.*

cuiusque. Et captivas ducunt", id est „seducunt, mulierculas prius, et per eas viros earum, sicut dyabolus prius seduxit Evam et Eva Adam." Item Glossa: „Captivas ducunt mulierculas", id est „viros seductibiles ut[a]) mulieres seducunt", quasi[b]) dicens, quos ydoneos ad seducendum invenerint, seducunt, id est a consiliis prelatorum suorum ad sua consilia ducunt", ita enim exponitur hoc verbum „seducere" Apok. XX[c]): „Solvetur Sathanas et seducet gentes", Glossa: „id est a Christo ad se ducet."

Item consciencie fidelium Christi domus eorum sunt, Ecclesiastici XXXI° [d]): „Precurre prior in domum tuam", Glossa: „Id est in domum consciencie nos recipiamus." In hac domo non debet recipi alienus, Ecclesiastici XI°: „Non omnem hominem in domum tuam ducas; multe enim sunt insidie dolosi." Et Ecclesiastici I°: „Admitte ad te alienigenam et subvertet te in turbinem et alienabit te a viis propriis." Huic alieno dicitur Ro. XIIII[e]): „Tu, quis es, qui iudicas servum alienum? Domino suo aut stat, aut cadit." Sed in domo consciencie debet ille recipi, qui curam anime illius habet, iuxta illud Boecii: „Si medicinam expectas, oportet, ut wlnus detegas." Ipsa enim cure commissio hostium est, per quod debet prelatus ingredi in domum, id est conscienciam sui parochiany, iuxta illud Proverbiorum XXVII°: „Diligenter agnosce wltum peccoris tui", Glossa: „Pastori ecclesie dicitur „diligenter agnosce", id est diligentem curam adhibe hiis, quibus preesse te contigerit, animos actusque singulorum considera diligenter. Et si quid vicii repereris, statim emendare memento"[f]). Constat autem, quod animos actusque singulorum non potest agnoscere pastor, nisi per confessiones eorum. Necesse est ergo, quod illorum confessiones audiat, saltem semel in anno. Et hoc in concilio generali precipitur, Extra. „de penitencia et remissione", [cap.] „Omnes utriusque [sexus]". Ab hac[g]) intencione confitendi saltem semel in anno proprio sacerdoti, non liberantur parochiani, quantumcumque alteri sacerdoti confiteantur, quoniam ille alter non potest aufferre periculum custodie animarum a proprio

---

30) Nota de confessione *A*.

a) et *A*. b) quasi — seducunt *om. ed.* c) Apoc. 19 *ed.* d) Eccl. 32 *ed.* e) I. Cor. IIII. *corr.* Ro. XIII. *A in m.* f) *tota phrasis praecedens in ed. discrepat paululum.* g) Ab hac *corr. in m. A.*

sacerdote illius, cuius audit confessionem nisi vicem gerat proprii illius sacerdotis. Qui enim al[i]ter suscipit ad penitenciam parochianum alterius, gradus sui periculo subiacebit, Extra. „de penitencia", [dist.] V., [cap.] „Placuit." Illi ergo, de quibus non cura commissa, non videntur intrare per hostium, sed aliunde et sic videntur penetrare domos et esse fures iuxta illud Jo. X.: „Qui non intrat per hostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro." Illos autem maxime seducent predicti seductores, quos invenient instabiles et varios corde, et ideo nova semper desiderantes; et hoc dicit apostolus hiis verbis, „quod seducuntur variis desideriis", et ita exponit Glossa, ut dictum est, si diligenter eciam intime inspiciantur. Ex hac enim seduccione continget, quod fideles Christi ab eis seducti maiorem eis obedienciam et reverenciam exhibebunt, quam propriis prelatis, licet non possint eos solvere vel ligare; [et] ita facient claves ecclesie[a]) vilipendi, sicut Cor. II. contempnebant veros apostolos semper pseudo, a quibus erant [f. 186[b]] seducti, II. Cor. XI: „Nam si imperitus sermone", Glossa: „Chorinth. preferebant pseudo apostolis causa accurati sermonis." Contemptus autem prelatorum a subditis magnum est periculum in ecclesia[b]); nam exinde sequitur odium prelatorum in subditos et e contra[c]). Unde super illud I° ad Thy. III°: „Oportet episcopum bonum habere testimonium ab hiis, qui foris sunt, ut non [in] obprobium incidat et in laqueum dyaboli", Glossa: „Ut non incidat in contemptum aput fideles", scilicet subditos suos; „et postmodum incidat in odium", [scilicet] contra suos subditos, quos[d]) forsan odit, dum se videt contempni indebite. Postquam autem fecerint claves contempni ecclesie et prelatos vilipendi ecclesie, facile poterint induci in errores et pericula, secundum quod patebit infra. Et ideo tam in textu, quam in Glossa: „Seductores"[e]) appellantur, vel „seducentes", id est „a Christo ad se ducentes"; sic enim exponit Glossa supra [dicta] Apok. XX°[f]) super illud: „Solvetur Sathanas et seducet gentes." Et sic patet satis[g]) expresse ex predictis, qualiter et quam astute procedent predicti seductores ad pericula inducenda.

---

a) contemni et praelatos ecclesiae *add. ed.* b) in utrisque *A.* c) et e contra *om. ed.* d) quos — indebite *om. ed.* e) Seductores — Glossa *om. A.* f) Apocalyps. 19 *ed.* g) satis — predictis *om. ed.*

## Capitulum sextum[a]).

*[Quod qui non previderint predicta pericula, aut previsa non precaverint, peribunt in illis].*

Circa sextum capitulum, scilicet quod qui non previde[ri]nt predicta pericula vel qui non precaverint previsa, peribunt cum illis vel in illis, sciendum est, quod qui hec pericula non previdebunt vel previderint, transferuntur procul dubio a civitate dei in civitatem dyaboli, ubi captivi detinebuntur, Ysa. V°: „Propterea ductus est populus meus captivus, quia non habuit scienciam", id est habere noluit. Ibi eciam morientur in iniquitate sua, Proverb. V°: „Ipse morietur, quia non habuit disciplinam, et in multitudine stulticie sue decipietur", quia sicut dicitur I. Thess. XV.[b]): „Dies domini sicut fur, ita in nocte veniet", Glossa: „Dormientibus inperitis"[c]), id est illis, qui non previdentd[d]) pericula novissimorum temporum, et qui non faciunt, que sunt necessaria ad repellendum. Qui enim videt pericula, et non laborat ad repellendum, videtur amare periculum. Unde merito fiet eis, sicut dicitur: „Et qui amat periculum, peribit in illo," Ecci. III°. Et[e]) maxime pastores, qui sunt vigiles ecclesie constituti vigilare super gregem suum, alioquin lupis irruentibus ex eorum negligencia sanguis effusus, scilicet gregis, requiritur de manibus eorum, Ezech. X.: „Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israhel." Igitur a domino sceleris arguentur prelati negligentes subditos suos, de quorum laboribus ipsi gloriantur et tandem plebe seducta redundabit in ipsos, et cetera.

## Capitulum septimum[f]).

*[In quibus periculis erunt constituti illi, qui aliis predicta pericula procurabunt].*

Circa septimum, videlicet in quibus periculis sint[g]) constituti, qui hec pericula procurabunt, quoniam „unicuique mandatum est de proximo", Ecci. XVIII., Proverbiorum XXIII.

---

a) Capitulum quintum *false A rubr.* b) 1 ad Thessal. V *ed.* c) Dormientibus et imparatis *ed.* d) previdebunt *ed.* e) Et maxime — *usque ad finem huius cap. om. in ed.* f) Capitulum sextum *A rubr.* g) erunt *ed.*

licitur: „Erue eos, qui ducuntur ad mortem“. Ideo ne subditi ncurrerent pericula illorum seductorum, per quos periclitantur alii, [et ne] negligere videamur, a quibus periculis | eruendi erunt[a], orecipue a prelatis, ecce, proponimus eis quatuor pericula ad oredicandum eis et docendum, in quibus dicti seductores, qui orocurabunt aliorum pericula, sunt constituti.

Primum est, quoniam „sunt fures et latrones“, qui enim oenetrant domos, non[b]) intrant per hostium in ovile ovium, ed ascendunt aliunde per se cum Lucifero, qui ait: „Ascenlam“, videlicet non vocatus, et ideo a deo reprobatus. Sic isti lliunde quam per hostium intrant in ovile ovium, id est in congregacionem fidelium ad predicandum eis et docendum[c]). Nam ntrando per hostium, non penetrarent[d]). Igitur illi, qui penerant domos et per quos instant tempora periculosa, „fures unt et latrones“, Jo. X: „Qui non intrat per hostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, fur est et latro.“ Item „fures unt“ ex eo, quod sibi potestatem prelatorum in subditos eorum usurpant et eos a regimine et a consiliis eorum averunt, Jo. X: „Fur non venit, nisi ut furetur“, |Glossa:| „alienam em usurpando.“ „Et mactet retrahendo a fide“, id est „a fideitate, quam debet prelato suo“. „Et perdat“, Glossa: „In eternam dampnacionem.“

Secundum est eorum periculum, quod „pseudo sunt“ sive falsi prophete“. Qui enim penetrant domos fidelium, non missi ccedunt ad eos. Si autem missi accederent, „hostiarius eis periret, et non aliunde, quam per hostium intrarent“, intrando utem per hostium, non penetrarent. Ergo si penetrant, non[e]) nissi accedunt; qui autem non missi accedunt ad fideles Christi, t eis predicent et eos regant per doctrinam eorum, „pseudo unt“, Ro. X.: „Quomodo predicabunt, nisi mittantur?“, Glossa: Non sunt veri apostoli, nisi missi. Nulla enim signa veritatis t virtutum eis testimonium perhibent.“ Ergo qui predicant non nissi, „pseudo“ sunt et „falsi prophete“ et sub „lata porta“, ue ducit ad mortem; de quibus dicitur Mt. II°[f]): „Attendite falsis prophetis“, Glossa: „Quos paulo supra vocavit latam ortam, que ducit ad mortem, hic falsos prophetas apercius

---

[a]) essent *ed.* [b]) non — per hostium *om. ed.* [c]) quam per hostium *add. A.* [d]) non penetrant *ed.* [e]) missi non *A et ed.; ita et infra.* [f]) VII° *corr.* II° *A;* Matth. 10 *ed.*

dicit.“ Sunt ergo in maximo periculo, quia „sunt pseudo“ e „falsi prophete et lata porta, que ducit ad mortem.“ Iten quia „falsi prophete sunt“, ideo omnes, qui eos reprehendun et qui eis non aplaudunt, infamare conantur. Unde super illuc Jere. XXIII: „A prophetis Jerusalem egressa est pollucio supe omnem terram“, dicit Glossa: „Non sufficit eis proximos ledere sed quos semel oderint[a]), conantur per totum orbem infamare.“

Tercium eorum periculum est, quoniam cum ipsi „venien [f. 187a] in vestimentis ovium, tamen sunt lupi rapaces“, ut legitur Mt. VII°: „Sicut enim oves suis possessoribus ministran alimenta et indumenta carnalia“, scilicet lac et lanam, ita et isti qui ad predicandum Christi fidelibus non missi accedunt, pretendunt externis, quod accedant ad ministrandum Christi fidelibus alimenta et indumenta spiritualia, videlicet doctrinam spiritualem et bona exempla, intrinsecus autem intendunt refic de bonis carnalibus eorum, sicut lupi accedentes ad oves ac hoc accedunt, ut de carnibus earum reficiantur. Unde Actu. X super illud Pauli: „Argentum et aurum nullius concupivi“, dici Glossa, quod in hoc congnoscuntur lupi, quia talia concupiscunt Et ideo dicit Mt. VII, quod venient in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Glossa: „In humilitate ambulant et ficta religione.“ Item Glossa: „De omnibus hoc intelligitur, qui aliud habitu et sermone, aliud operibus ostendunt.“ Nec hoc intelligendum est de operibus exterioribus, qu pretendunt, quia illa bona videntur, sed de illis, que intendunt non tamen illa pretendunt. Unde super illud in eodem ca°. „A fructibus eorum cognoscetis eos“, Glossa: „In conspect hominum similes sunt ministris iusticie, dum ieiunant, oran elemosinas dant, sed non sunt eorum fructus, quia pro vici eis reputantur.“ Sunt igitur isti tales „lupi rapaces“, de quibu dicitur Jo. X: „Lupus rapit et dispergit oves.“ Rapit alieno subditos usurpando, et[b]) dispergit eos a prelatorum doctrina e consiliis avertendo. Sunt ergo in magno periculo, cum sin „lupi rapaces.“

Quartum vero periculum eorum est, quoniam finalite „corrupti erunt in fide et finaliter deserent Christum“, et si „inter reprobos dampnabuntur“, sicut dicit apostolus II. Thy. II de penetrantibus domos: „Homines, inquid, mente corrupt

---

a) oderunt *ed.* b) sed *A et ed.*

reprobi circa fidem“. Constat autem, quod „nullus reprobus est“, nisi qui „finaliter deserit Christum.“ Sunt ergo tales in periculis multis et magnis, non solum in predictis, sed in multis aliis, sed hec ad presens sufficiant.

Qui[a]) autem in[b]) predictis periculis non terrentur, durum cor habent, et ideo finaliter male accidet eis, Ecci. IIIº: „Durum cor male habebit in die novissimo.“ Item qui in predictis periculis sunt et nolunt deserere statum tam periculosum, periculum amare videntur. Et ideo in statu illo peribunt, Ecci. IIIº: „Qui amat periculum, peribit in illo“, et cetera.

## Capitulum octavum[c]).

*[Quod predicta pericula non sunt longe remota, sed sunt propinqua vel iam inchoata. Et quod eorum inquisicio et repulsio non sit amplius differenda].*

Circa octavum capitulum, scilicet quod non longe remota sunt illa pericula novissimorum temporum et quod eorum inquisicio et repulsio non [sit] magis differenda, ex eo patet, quia, sicut dicit apostolus I. Cor. V[d]): „Nos sumus, ad quos fines seculi devenerunt“, Glossa: „Quia in ultima etate seculi sumus.“ Post vero sextam etatem, „que est pungnancium“, cum qua currit septima etas, „que est quiescencium“, non est ventura etas alia, nisi octava „resurgencium.“ Quia[e]) ergo nos sumus in ultima etate huius mundi, et ista etas iam plus duravit, quam ille, que currunt per millenarium annorum, quia ista iam duravit per mille C. C. L. V. annos, verisimile est ergo, quod nos sumus prope finem mundi. Ergo propinquiores sumus periculis novissimorum temporum, que futura sunt ante tempus Antichristi, precipue cum dicatur Jac. V.: „Ecce, iudex ante ianuam assistit,“ Glossa: „Veniet cito ad retribuendum.“ Item ad Hebr. X: „Adhuc aliquantulum modicum, qui venturus est, veniet, et non tardabit.“ Item [I.] Jo. II: „Scimus, quia novissima hora est“, Glossa: „Id est scimus, quod absque dilacione dies iudicii veniet.“ Item Mt. XI[f]): „Circa nonam[g]) vero horam exivit“, etc.,

20) Etas *A*.

a) *ita ed.* Quod *A*. b) *sup. lin. A; om. ed.* c) Cap. septimum *false A rubr.* d) 1 Corinth. 10 *ed.* e) *om. ed.* f) Matth. 20 *ed.* g) undecimam *recte ed.*

Glossa: „Undecima hora est ab adventu domini usque in finem mundi.“ Et certum est, quod huius hore XI. iam transacti sunt mille C. C. L. V. anni. Relinquitur ergo, quod novissimis temporibus sumus vel illis valde propinqui.

Preter has predictas causas ostendemus per octo signa, quod iam predicta pericula instant.

Primum est, quod iam sunt L. V. anni, quod aliqui laborabant „ad mutandum ewangelium [Christi in aliud evangelium, quod dicunt fore perfeccius, melius et dignius; quod appellant evangelium] sancti spiritus sive ewangelium eternum, quo adveniente „evacuabitur“, ut dictum est[a]), „ewangelium Christi“, ut parati simus ostendere in illo ewangelio maledicto. Hoc autem est signum manifestum, quod prope est tempus Antichristi, de quo in psalmo: „Constitue, domine, legislatorem“, Glossa: „Antichristum, legis prave latorem.“ Et in eodem: „Aufferentur iudicia tua, domine, a facie eius“, scilicet „Antichristi.“

Secundum signum est, quod illa doctrina, que predicabitur tempore Antichristi, videlicet ewangelium eternum predictum, Parisiis, ubi viget studium sacre scripture, posituri sunt vel positum fuit iam publice ad explicandum[b]) anno domini M[e] C. C. L. IIII. Unde certum est, quod iam predicaretur, nisi esset aliquid[c]), quod eam vel eum detineret. Quid autem eam vel eum deteneat, scitis, II. Tess. II., scilicet inperium Petri et eorum, qui tenent loca apostolorum, scilicet episcoporum, „nisi enim venerit dissensio primum, non revelabitur filius iniquitatis“, II. Tess. II. Unde caveant episcopi, ne dicti pseudopredicatores procurent „eorum percussionem“, id est „ablacionem potestatis eorum“, sicut significabitur in predicto ewangelio eterno.

Tercium signum est, quod sicut in Babilone reproba postquam visa est manus scribens „Mane, Thechel, Phares“, secuta est[d]) cito subversio eius, Dan. V° [f. 187[b]]: sic in Babylone, id est dilecta domini, Ysa. XXI., scilicet in ecclesia cum iam visa sit dicta scriptura, constat, quod prope sint pericula eius. Sed ista tria verba iam visa sunt scripta in ecclesia. Scripta enim sunt in illo maledicto libro, quem appellant ewan-

35) Tria verba *A*.

[a]) ut dicunt *ed.* [b]) iam publice posita fuit ad explicandum *tantum ed.* [c]) aliud *ed.* [d]) sicut *seq. in A.*

gelium eternum, quod in ecclesia iam prolatum est. Propter quod timendum est de subversione ecclesie. Primum verbum est „Mane“, id est „Numeravit deus regnum tuum et conclusit“, ut exponitur Dan. V; ibi enim numeratur regnum ecclesie secundum ewangelium Christi et concluditur in mille C. C. LX[a] annos ab incarnacione domini Jhesu. Ibi invenitur „Thechel“, quod est „Appensum est in statura et inventum est minus habens“ [a]), ut exponitur Dan. V. Nam ibi conparatur ewangelium Christi ad ewangelium eternum et invenitur minus perfeccionis habens et dignitatis, quam ewangelium eternum; quanto minus lucet luna quam sol, quanto minus valet testa quam nucleus, et multe tales conparaciones sunt ibi scripte, quibus comprobabitur [b]) minus [c]) valere ewangelium Christi quam ewangelium eternum. Item in scriptura illa, scilicet in ewangelio eterno, invenitur „Phares“, id est „divisum est regnum tuum a te“, ut exponitur Dan. V. Nam ibi invenitur, quod regnum ecclesie dividetur post tempus predictum ab illis, qui tenent ewangelium Cristi, et dabitur tenentibus ewangelium eternum. Sic ergo certum est, quod scriptura illa „Mane, Thecgel, Phares“ visa est in ecclesia. Unde nichil restat aliud „principibus ecclesie, qui sedent in mensa [domini“, et similiter „doctoribus, qui sedent in mensa] sacre scripture“, nisi ut surgant de mensa ad obviandum subversoribus ecclesie, secundum quod precipit dominus per Ysa. XXI°, ubi loquitur de eadem materia [d]), dicens: „Comedentes et bibentes“, Glossa: „Carnem et sangwinem domini.“ „Principes, surgite et arripite gladium“, Glossa: „Sumite armaturam apostoli et gladium spiritus sancti, quod [est] verbum dei, in quo possitis ignea dyaboli tela extingwere.“ Nichil eciam restat „speculatoribus ecclesie“, id est „prelatis“, nisi ascendere speculas, ut quodcumque viderint, anunccient, iuxta preceptum domini paulo post dicentis Ysa. XXI: „Vade, pone speculatorem, ut quodcumque viderit, anunciet“, quasi diceret: „Excita prelatos ad speculandum.“

Quartum signum est, quoniam apropinquante fine seculi et adventu Antichristi quidam, qui apparebunt in ecclesia sancciores et [e]) cum facient, quod displicet Christo, corrigentur per

---

24) Nota *A.*

a) et *seq. in A.* b) probatur *ed.* c) habere *seq. in A.* d) mensa *ed.*
e) *om. ed.*

aliquos, iuxta visionem beati Johannis de correcione ecclesiarum Apok. II. et III°. Ipsi autem correccionem sustinere nolentes, suos correctores tradent in tribulacionem et procurabunt, ut ab omnibus odio habeantur et ut eciam aliqui ex eis occidantur. Hoc est, quod dicitur Mt. XXIIII°: „Tunc tradent vos in tribulacionem et occident vos, et eritis odio omnibus propter nomen meum, et tunc prope erit consumacio seculi.“ Hoc enim signum et tria sequencia signa sunt vel erunt[a]) de propinquis [signis] ipsius consumacionis seculi et inicia dolorum, qui erunt tempore Antichristi. Unde sequitur ibidem: „Hec omnia sunt inicia dolorum“, scilicet „qui erunt tempore Antichristi.“

Quintum signum est, quoniam apropinquante consumacione seculi illi, qui videntur sancciores in ecclesia, reprehendentur de falsa sanctitate et de sua presumpcione. Propter quod multi, tam ipsi quam eorum fautores, scandalizabuntur. Et hoc dicitur consequenter Mt. XXIIII°: „Et tunc scandalizabuntur multi.“

Sextum est signum, quoniam apropinquante consumacione seculi surgent in ecclesia quidam predicatores commendantes semet ipsos contra apostolum dicentem II° Cor. I°[b]): „Non audemus nosmet ipsos inserere aut conparare quibusdam, qui semet ipsos commendant“, Glossa: „Sicut pseudo, qui seipsos commendant, non eos deus“, et extendentes se et „gloriantes ultra mensuram regule, quam mensus est eis deus,“ II. Cor. X, Glossa: „Ultra mensuratum sibi a deo populum“, quia gloriabuntur in predicando plebibus non suis. Et isti sub specie sanctitatis multos seducent, id est de consiliis prelatorum suorum ad sua consilia ducent. Et hoc est, quod dicitur Matth. XXIIII°: „Multi pseudoprophete surgent et seducent multos.“

Septimum signum est, quoniam apropinquante consumacione seculi quidam, qui videntur in ecclesia maximi zelatores fidei et maxime amare Christum, demittent ewangelium Christi et adherebunt ewangelio eterno, quod ex toto absorbet fidem Christi. Unde ex toto refrigescet caritas multorum, qua sermo dei custoditur, Jo. XIIII°: „Si quis diligit me, sermonem meum servabit.“ Et tunc implebitur signum Mt. XXIIII°[c])]: „Et quoniam habundabit iniquitas“, [Glossa] „id est [infidelitas“, „refrigescet caritas multorum.“

---

a) vel erunt *om. ed.* b) 2. Corinth. 10 *ed.* c) Matth. 24 *ed.*

Octavum signum est, quoniam apropinquante consumacione seculi anuncciabuntur in ecclesia signa propinqua consumacionis seculi, ut sic intelligant metuentes deum sive Christum prope esse consumacionem seculi et dolorem, qui erit tempore Antichristi, iuxta illud psalmi: „Dedisti timentibus te signum, ut fugiant a facie arcus.“ Illis autem signis anuncciatis veniet consumacio; unde dominus, postquam illa anuncciari precepit Matth. XXIIII°: „Et predicabitur hoc ewangelium regni in universo orbe“, statim subiunxit: „Et tunc veniet consumacio seculi.“ Cum ergo iam anuncientur predicta signa et necesse est [ea] nuncciari, quia iam apparent, satis apparet ex verbis domini, quod cito ventura est consumacio seculi. Qui hec signa non videret[a]) iam esse in ecclesia, dormire videtur. Unde acquiescat [f. 188[a]] consilio apostoli I. Tess. V.: „Non dormiamus, sed vigilemus“. „Evigilate ergo iusti“, I. Cor. XV., et per signa predicta, que iam apparent, videbitis consumacionem seculi prope esse et dolorem, qui erit tempore Antichristi, iam inchoari.

Patet ergo, quod non est amplius differenda speculacio et repulsio dictorum periculorum, precipue cum a tempore apostoli mandaverit ea apostolus predicari cum instancia tam volentibus quam nolentibus, tam repungnantibus quam recipientibus; et causam subiungit, quoniam scilicet futurum erat, ut multi sanam doctrinam non reciperent, sed vellent illa tantum sibi predicari, que libenter audiant. Et hoc videmus temporibus suis et istis, cum quidam homines sustinere non possint, ut dictorum periculorum veritas predicetur. Hoc est, quod dicit apostolus II° Thy. IIII°: „Testificor coram deo et Christo Jhesu“, id est „adjuro te teste deo patre et Christo, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, etc.“: „predica verbum, insta oportune inportune, argue, obsecra, increpa in omni paciencia et doctrina.“ Unde Glossa in prohemio supra sequitur: „Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt“, Glossa: „Quasi onus sit eis“. „Sed secundum sua desideria coarthabunt sibi multos magistros“, Glossa: „Qui ea doceant, que volunt.“ [Et hoc inquit Glossa:] „Prophecia est sancti Pauli apostoli, qui fuit prescius futurorum: in doctrina enim precepit instandum, [ut] contra hoc, quod futurum erat, preparetur ecclesia. Tales enim dicunt futuros, qui pro desideriis

a) videt *ed.*

suis doceri volunt, ut a magistris constantibus et veracibus ad hos convertantur, qui hec illos doceant, que libenter audiant, quia veritas eis aspera videbitur, ut relicta vera doctrina fabulis vacent.“ Et infra: „Et utinam talibus, quales in theatris cantantur, et non tales, quales adversus deum fingere potuissent, illam insipienciam dolemus et miramur audaciam.“ Sic ergo apparet ex predictis, quod non sunt remota longe, sed propinqua dicta pericula, et quod eorum speculacio, inquisicio et repulsio non sint amplius differende.

## Capitulum nonum[a]).

*[Quod prelatorum ecclesie est predicta pericula previdere, prenunciare et repellere].*

Circa nonum, videlicet quorum est requirere et previdere et repellere dicta pericula, sciendum, quod prelati, quibus dicturus est dominus in iudicio illud Jere. XIIII: „Ubi est grex, qui datus est tibi, pecus inclitum tuum?“, qui tenentur reddere dampnum gregis, [iuxta illud] Gen. XXXI: „Ego omne dampnum reddebam tibi, quidquid furto peribat, exigebas a me“, quibus eciam predicitur Proverbiorum XXIIII°: „Erue eos, qui ducuntur ad mortem, et eos, qui trahuntur ad interitum, liberare non cesses. Si dixeris: Vires non suppetunt, quia inspector est cordis, ipse intelliget [et] salvatorem anime tue nichil, inquam, fallit“, ipsi, inquam, prelati, qui eciam speculatores ecclesie sunt, ut dicitur Eze. 3: „Speculatorem dedi te domui Israhel“, debent ascendere speculas et speculari virum, [ut], [quicquid venturum sit, longe aspiciant, et si] talia pericula, qualia dicta sunt, in[b]) ecclesia sint. Nam sicut dicit Glossa interliniaris ibidem: „Speculator est, qui semper in alto est et stat, ut, quidquid venturum est, longe ante prospiciat“. Et si pericula previderint, debent premonere subditos de illis vitandis. Unde super illud Ysa. LII: „Vox speculatorum tuorum“, dicit Glossa: „Speculatores sunt, qui in specula sunt, ut omnia previdеant et subiectos premoneant.“ Et super illud Ty. IIII°: „In novissimis temporibus discedent quidam a fide“, dicit Glossa: „Contra quos tunc amplius vigilandum est, ut premonita ecclesia sollicita sit, ne ab huiusmodi

[a]) Cap. octavum *rubr. A false.* [b]) in — et si pericula *om. ed.*

hominibus circumveniatur." Episcoporum enim officium est pseudopredicatoribus resistere, ut dicit Glossa I. Thi. I. in principio hiis verbis: „Thimotheo relicto in Asia episcopo scribit apostolus de episcopali officio, scilicet quomodo pseudoapostolis resistatur." Unde Apok. II. de hoc commendatur apostolus Ephesinus hiis verbis: „Scio enim", id est „aprobo opera tua, id est tribulacionem et laborem tuum", [id est „tribulacionem." Et] „quoniam non potes sustinere malos", [Glossa] „quin emendes vel expellas." Et „probasti eos, qui se dicunt apostolos, et non sunt", id est „missos se a deo [se] dicunt[a]), ut facilius deciperent." Et „invenisti eos mendaces, et pacienciam habes", [Glossa] „in malis, que ipsi convicti per terrenas potestates ingerunt." Et „sustinuisti propter nomen meum", id est „non pro humana laude."

Item hec potestas episcoporum est, ut in diocesibus suis scelera inquirant, scilicet ut[b]) ulciscantur absque inpedimento alicuius et publice auxilium, si necesse fuerit, invocando. Extra. „de officio ordin.", ca° 1°: „Purgare enim debe[n]t suas dyoceses a malis hominibus, undecumque sint, ad instar presidis provincie", ff. Extra., de officio presidis, I. „Preses." Et hoc nullo obstante privilegio „Ergo", ubi de crimine agitur, vel „Qua in provincia". Maxime autem purgare debent suas provincias dyocesis ab heresibus vel ab hereticis et seminantibus errores; alioquin deponendi sunt et alii loco ipsorum episcoporum substituendi, qui hoc facere velint [et possint, Extra. de hereticis, cap. Excommunicamus, §] Adicimus. Et sic patet, quorum est predicta pericula inquirere et previdere et ab ecclesia repellere, videlicet prelatorum. Sequitur

## [f. 188b] **Capitulum decimum**[c]).

*[Quam penam incurrent prelati ecclesie, tam in presenti, quam in futuro, si circa predicta pericula fuerint negligentes].*

Circa decimum, quam penam incurrent prelati, si circa predicta pericula negligentes exstiterint, sciendum, quod si hec predicta non fecerint episcopi, sanguis illorum, qui in illis periculis peribunt, de ipsorum manibus requiretur, Eze. III: „San-

---

[a]) et *seq. in A.* [b]) vindicent et *ed.* [c]) Cap. nonum *false A in m. rubr.*

gwinem eius de manu tua requiram.“ Et preter hanc penam, que erit in futuro, punientur et in presenti, quia sicut Danieli, viro desideriorum et stanti in gradu suo, dictum est, Daniel. X: „Veni, ut doceam te, que ventura sint in novissimis diebus populo tuo“, ita [e] contrario episcopis non stantibus in gradu suo, id est negligentibus circa predicta, corda eorum excecabuntur, ut non possint intelligere dicta pericula, nec precavere, et ideo peribunt in illis. Hoc est, quod dicitur Ysa. VI: „Exceca cor populi huius et aures aggrava et oculos eius claude.“

Item in hoc eciam punientur speculatores ecclesie, quia si non steterint super speculas suas ad previdendum et prenuncciandum pericula ecclesie, quoniam cum propter negligenciam suam ipso facto videbuntur[a]) pacem indicere et securitatem, tunc repentinus interitus super illos veniet et subditos eorum, secundum quod dicit apostolus I. Thess. V., loquens de ultimis temporibus: „Cum enim dixerint pax et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus.“

Has ergo penas predictas incurrent tam prelati quam eorum subditi, si ipsi prelati fuerint in predictis negligentes.

## Capitulum undecimum[b]).

*[Quod licet predicta pericula fuerint prophetata, tamen poterunt repelli ad tempus, si eis viriliter resistatur].*

Circa undecimum, ne forte prelati, quorum est dicta pericula repellere, dicere possint, ex quo ita futurum esse prophetavit apostolus: [non possumus ista pericula repellere, ideo occurrit idem apostolus] II. Thy. III., dicens: „Qualia[c]) michi facta sunt Anthiochie, Yconii, Listris, quales persecuciones sustinui, ex omnibus eripuit me dominus.“ Igitur si prelati, quorum est defendere ecclesiam, viriliter se opposuerint, resistendo viriliter illis seductoribus, manifestabitur eorum seduccio et vince[n]tur. Sicut enim Moyses non obstante regis offensa et populi Egypcii, quorum favorem habebant magi predicti, scilicet Yamnes et Mambres, illis viriliter resistendo superavit eos (defecerunt enim in tercio signo Exodi VIII.), et sic insipiencia magorum, que

---

a) videantur dicere pacem et securitatem esse *ed.* b) Cap. decimum *false A in m. rubr.* c) Qualia — dominus *om. ed.*

prius ab Egypciis sapiencia reputabatur, manifesta fuit per Moysen, sic et prelati ecclesie, qui per Moysen figurantur, si viriliter restiterint illis seductoribus, non obstante offensa regum et principum et populi christianorum, (quorum favorem et graciam malis artibus sunt adepti, secundum quod dicit Seneca ad Lucillum: [„Malis artibus] popularis favor queritur"), procul dubio superabunt eos et manifestabunt insipienciam eorum, que prius sapiencia reputabatur. Et hoc predicit apostolus hiis verbis: „Sed ultra non proficient", Glossa: „Seducendo", quia in brevi deficient[a]) superati a katholicis[b]), supple prelatis, quorum est ecclesiam defensare. „Insipiencia enim eorum", Glossa: „Que enim modo putatur sapiencia." „Omnibus erit manifesta", Glossa: „per bonos", supple prelatos et adiutores[c]), „sicut et insipiencia eorum", scilicet magorum, „fuit manifesta per Moysen", scilicet qui gerit figuram prelatorum.

Ecce autem, quomodo[d]) manifesta fiet insipiencia eorum, que prius sapiencia putabatur. Cum enim christiani principes et populi, qui dictis seductoribus commiserant suas animas ad regendum et in eis ad ipsorum predicacionem et clamorem spem salutis sue posuerunt, „quasi essent eorum patres spirituales", per exhortacionem doctorum et prelatorum ecclesie advertent illos non habere potestatem regendi animas, quam sibi usurpabant, et ita congnoscent se deceptos, tunc relictis illis revertentur ad precepta et consilia suorum prelatorum, et tunc apparebit insipiencia predictorum seductorum, que prius sapiencia putabatur. Et hoc dicit Augustinus in Glossa ibidem, recitans auctoritatem Jeremie conparantis illos seductores perdici[e]), que ad clamorem suum congregat pullos alienos, quos non peperit, et facit eos divicias suas, id est vendicat eos quasi suos; sed tandem recognoscentes pulli, quod non est mater eorum, relinqunt eam, et tunc apparet insipiencia ipsius perdicis. Et hoc dicit Glossa hiis verbis: „Conparat seductores illos magis Pharaonis, quos Jeremias perdici insipienti avicule conparat, dicens: Clamavit perdix [et] congregavit, que non peperit, [et] fecit divicias suas, non cum iudicio, id est temere, in medio dierum eius derelinqunt[f]) eam et in novissimis suis erit insipiens ipsa perdix, id est apparebit insipiens ipsa perdix." Simi-

a) deficiendo *A.* b) *om. ed.* c) vel doctores *ed.* d) *ita ed.;* et ecclesie, quomodo *A.* e) insipienti avicule *add. ed.* f) derelinquent *ed.*

liter et isti per hunc modum manifestabuntur, id est[a]) apparebunt insipientes. Sic ergo apparet, quod predicta pericula repelli potuerint[b]) ad tempus, si prelati duxerint[c]) viriliter resistendum.

## Capitulum duodecimum[d]).

*[Qualiter procedendum sit in dictis periculis repellendis].*

Circa duodecimum, scilicet qualiter sunt dicta pericula ipsa vel illa repellenda, sciendum, quod sex sunt necessaria ad repellendum.

Primum est contemplari, qui sint, qui penetrant domos, et utrum iam venerint ad ecclesiam Christi. Hoc autem precipitur Ysa. XXI.: „Vade, pone speculatorem", id est „excita speculatores ad speculandum predicta pericula." Hoc boni speculatores faciunt diligenter[e]), secundum quod dicit Ysa. ibidem: „Super speculam domini ego sum stans iugiter."

Secundum est, ut cum hoc inventum fuerit, nescientibus indicetur. Unde Ysa. XXI°, postquam dictum est: „Pones speculatorem", statim subiungit: „Ut quodcumque viderit, anunciet"[f]).

Tercium est, ut cum indicati fuerint, precipiatur[g]), ut vitentur, ut dicit apostolus [f. 189[a]] II. Thy. II.[h]): „Et hos devita", ubi loquitur de talibus.

Quartum est illis inhibere docendi licenciam sive predicandi, quia ut dicitur [I] Cor. XV: „Corumpunt bonos mores colloquia prava", ipsi vero colloquia habent vel[i]) habebunt, quia sicut dicitur II. Thy. III: „Quemadmodum Yamnes et Mambres restiterunt Moysy, ita et hii resistunt veritati."

Quintum est precipere, ut qui[k]) sunt de secta illa, ut deserant eam, quia tales finaliter deserent Christum, II. Thy. III: „Homines reprobi mente, corrupti circa fidem."

Sextum signum est inhibere illis, qui non sunt de secta, ne de illa fiant, quia secta illa „non proficiet", discendo vel docendo, „sed insipiencia eorum omnibus manifesta fiet", II. Thy. III. — Si hec sex facta essent sufficienter, repulsa essent dicta pericula quantum ad „penetrantes domos."

---

[a]) et *ed.* [b]) poterunt *ed.* [c]) dixerint *A.* [d]) Cap. undecimum *false A in m. rubr.* [e]) libenter *ed.* [f]) *in ed. seq. una phrasis ulterior.* [g]) precipere *A et ed.* [h]) 2. Timoth. 3 *ed.* [i]) habent vel *om. ed.* [k]) illis, qui *ed. et:* deserunt.

Quantum vero ad omnes pseudo generaliter, sciendum est, quod necesse est eos similiter evitare. Unde de illis dicitur Ro. ultimo: „Rogamus vos, fratres, ut observetis eos“, Glossa: „Id est discernatis.“ „Quia dissensiones et offendicula [faciunt] preter doctrinam, quam didicistis“, [Glossa] „ab apostolis“. Et in hoc tangit pseudo, quos in tota epistola cavendos esse monet et declinare ab illis; huiusmodi[a]) [enim] „Christo domino non serviunt, sed suo ventri“, Glossa: „Aliis adulantur, aliis detrahunt, unde possint suum ventrem adinplere, et ita per dulces sermones et benedicciones seducent corda innocencium“, Glossa: „Conpositis verbis suam tradicionem commendant, quibus simplicium corda decipiunt.“

De ociosis autem, gyrovagis et curiosis evitandis, quoniam et ipsi frequenter pseudo sunt et ideo periculosi sunt toti ecclesie et contra doctrinam apostoli vivunt, notandum, quod dicit apostolus II° [ad] Tytum IIII°: „Denuncciamus vobis, fratres, in nomine domini nostri Jhesu Christi“, Glossa: „Per Christi auctoritatem vobis precipimus“, „ut subtrahatis vos ab omni fratre inordinate ambulante.“ Augustinus in libro De opere monachorum, ubi recitat hanc auctoritatem apostoli, ponit „inquiete“ pro eo, quod dicitur „hic ordinate[b])“. Et infra: „Et hoc non solum secundum tradicionem, quam acceperant a nobis, ipsi enim scitis, quod non inquieti fuimus inter vos“, Glossa: „Sicut illi, qui aliena negocia curant, vagantes hac et illac, neque gratis manduca[vi]mus panem ab aliquo, sed in labore et fatigacione, die ac nocte laborantes[c])“. Sic ergo patet, qualiter dicti periculosi homines sunt vitandi et qualiter predicta pericula, que per ipsos inminent, sunt repellenda.

Si autem breviori manu velint prelati ecclesie predicacionem a predictis et per consequens pericula, que ex eorum predicacione sequuntur, ab ecclesia ammovere, prevideant, ne ipsi aut exigere aut recipere sumptus possint, quia procul dubio, si non reciperent, non diu predicarent, ut dicit Glossa super illud II° Cor. XI: „Ut amputem occasionem hiis, qui volunt occasionem“, Glossa: „Occasionem sumendi[d]) sumptus auferebat apostolus pseudoapostolis; sciebat enim, quod si non reciperent, non diu predicarent.“ Duo enim sunt, que fomentum

---

[a]) *ita ed.;* huiusmodi *corr.* huius qui *A in m.* [b]) *recte* inordinate *ed.* [c]) operantes *ed.* [d]) mundi *false A.*

predicacioni ipsorum prestant, primum videlicet, quia manibus ociosis vivere volunt de ewangelio. secundum est, quod plerumque vivere volunt de curiositate, id est de procurando negocia aliena, quorum utrumque illicitum est eis.

Quod enim de ewangelio vivere non possint, qui non sunt apostoli[a]) aut eorum potestatem non habent, ex eo constat, quoniam super illud II. Thess. III: „Nocte et die operantes“, dicit Glossa: „Tunc isti pseudo magis vivere non[b]) debent de labore, qui non habent hanc potestatem“, scilicet „vivendi de ewangelio.“ Item I. Tess. III: „Neque aliquando fuimus in occasione avaricie, cum tamen possemus [oneri esse], sicud et omnes[c]) apostoli Christi“, Glossa: „Apostolice potestatis debitum vocat onus propter pseudo, qui illud onus indebitum inportune a plebibus exigebant.“ Hoc eciam expresse dicit Augustinus in libro De opere monachorum, loquens de quibusdam regularibus[d]), qui vivere volebant de ewangelio, sic dicens: „Isti autem fratres magis temere[e]) arrogant (quantum existimo), quod [eiusmodi] habeant potestatem, [scilicet] vivendi de ewangelio. Si enim ewangeliste sunt, si ministri altaris sunt, si dispensatores sacramentorum sunt, fateor, [habent].“ Quasi diceret: „si hec officia non habent, nec vivendi de ewangelio potestatem habent.“ Constat autem, quod hec officia non habent, nisi qui plebem habent subiectam, ut ostensum est supra. Item I. Tess. V: „Rogamus vos, fratres, ut noveritis“, id est „ut ostendatis vos nosse“ „eos, qui laborant inter vos“, id est „in regimine vestri et doctrina; et presunt vobis dignitate, et hoc in domino“, hoc est „in ordinacione domini.“ Illis ergo solis debentur sumptus, qui presunt in regimine animarum et officii dignitate.

Quod autem de curiositate sive de curando negocia aliena eis non liceat vivere, patet per apostolum dicentem II. Thess. III: „Non tamen inquieti fuimus inter vos“, Glossa: „Ut illi, qui aliena negocia curant, vagantes hac et illac.“ Et infra: „Audimus enim quosdam inter vos ambulare inquiete, nichil operantes, sed curiose agentes“, Glossa: „De negociis alienis, et sic pasci merentur; quod factum abhorret [a] disciplina dominica; eorum enim deus venter est, qui feda cura neces-

1) De labore et ocio *A*.

a) veri apostoli *ed.* b) non *add. A in m.* c) ut *loco* sicud et omnes *ed.* d) *in marg. A.* e) magis temere *in m. add. A.*

saria sibi provident." Isti vere dici possunt se inmiscere secularibus negociis, quoniam ex tali cura plerumque colligunt magnam pecuniam, contra apostolum dicentem II. Thy. II: „Nemo militans deo implicet[a]) se secularibus negociis", Glossa [f. 189[b]]: „Illa negocia sunt secularia, cum animus occupatur colligende cura pecunie sine labore corporis; cura enim non manibus operatur."

Item, quod tales vivere debeant de labore corporis, ymmo eciam omnes christiani, qui non habent aliunde, unde vivant, dum tamen sint validi corpore, non obstante, eciam si vacent operibus spiritualibus, que sunt meliora, dicit apostolus I. Thesal. IIII°: „Operemini manibus vestris, sicut precipimus vobis, [et ut honeste ambuletis ad eos, qui foris sunt], ut nullius aliquid desideretis", Glossa: „Ne derogetis"[b]); [et] II. Thes. III. repetit illud idem, dicens: „Nam ut cum essemus aput vos, hoc denuncciabamus vobis, quoniam si quis non wlt operari, nec manducet", Glossa Augustini: „Quidam dicunt de operibus spiritualibus hoc debere intelligi[c]). Alioquin si de opere corporali, ut agricultura, vel huius[modi] hoc intelligeret, videretur esse contrarius domino dicenti: Nolite solliciti esse, dicentes: Quid manducetis, etc. Sed superflue conantur sibi et ceteris caliginem obducere, ut quod utiliter caritas monet, non solum facere nolunt, sed nec intelligere, cum in multis aliis locis epistolarum suarum, quid hic[d]) apostolus senciat, manifestissime docet. Wlt enim servos sibi corporaliter operari, unde vivant, ne conpellantur egestate necessaria petere."

Si queratur: Cuiusmodi periculum sit in petendo necessaria, sive in mendicando?, respondemus, quoniam illi, qui de mendicitate vivere volunt, fiunt adulatores et detractores et mendaces et fures et a iusticia declinantes. Unde apostolus dicit II. Thes. III: „Super illud, ut nosmet ipsos daremus formam vobis ad imitandum nos", Glossa Augustini: „Seipsum dabat apostolus formam hiis, quibus tenuis erat substancia in plebe, ut discerent libertatem suam non amittere." Et infra: „Qui enim ad alienam mensam frequenter convenit ocio deditus, aduletur, necesse est, pascenti se, cum religio nostra ad

5) De mendicitate *A in m. fol. super.*

[a]) implicat *ed.* [b]) Nedum rogetis *ed.* [c]) hoc apostolum praecepisse *ed.; etiam infra voces aliae ac in ed. sunt.* [d]) huic *A.*

libertatem advocet homines.“ Ecce, periculum adulacionis. Item super illud II. Thes. I[a]): „Rogamus vos, fratres, [ut] congnoveritis eos, qui laborant in ewangelio“, dicit Glossa: „Sicut divicie negligenciam salutis pariunt, ita egestas, dum saturari querit, a iusticia declinat.“ Et Proverbiorum XXX: „Mendicitatem et divicias ne dederis michi.“ Et infra: „Ne egestate conpulsus furer et periurem nomen dei mei“. Glossa: „Ne copia vel inopia rerum transeuncium in oblivionem decidam eternorum.“

Sed dicet quis: Nonne opus perfeccionis est relinquere omnia pro Christo, et postea pro Christo mendicare? Respondemus: Omnia pro Christo relinquere et sequi Christum, [eum] imitando in bonis operibus, opus perfeccionis est. Luce XVIII: „Vende omnia, que habes, et da pauperibus, et sequere me“, Glossa: „Bene operando“. Non dicit mendicando, nam hoc prohibetur ab apostolo, ut dictum est supra.

Qualiter autem vivendum est viro perfecto, postquam reliquerit omnia? Respondemus: Aut operando corporaliter manibus, aut intrando monasterium, ubi habeat necessaria vite. De primo dicitur Luce XII°: „Vendite, que possidetis, et date elemosinam“, Glossa: „Ut omnibus nostris simul pro deo consumptis[b]), postea operemini vestris manibus, unde vivatis.“ De secundo dicitur Actuum IIII°: „Erant illis omnia communia et nullus egebat inter illos.“ Super quo edita est constitucio ecclesiastica XII. questione II. cap.: „Videntes“, ubi dicitur de rebus ecclesie: „Episcopi et fideles dispensatores eorum omnibus communi vita degere volentibus ministrare cuncta necessaria debent, prout melius poterint, ut nemo egens inter eos inveniatur.“ Et infra: „Si quis inveniatur modernis aut futuris temporibus, qui hoc evellere nitatur, iam dicta dampnacione feriatur.“

Hoc eciam constat verum esse „exemplo domini, [qui loculos habebat“], Jo. XII., [ubi] dicitur de Juda, quod fur erat et loculos habebat. Glossa: „Loculorum domini custos.“ Augustinus XII. q. I. [cap. 17]: „Habebat dominus loculos [et] a fidelibus oblata conservans et suorum necessariis, et aliis indigentibus tribuebat.“ Item tam dominus, quam omnes apostoli mulieres christianas circumducebant, que illis servicia exhibebant et necessaria ministrabant, sicut dicit Glossa I. Cor. IX.

---

a) 1. Thessal. 5 *ed.* b) vestris semel . . . spretis *ed.*

super illud: „Nonne potestatem habemus mulierem sororem circumducendi", etc. Postquam vero dominus, qui apostolis [de loculis] suis necessaria ministrabat, ut dictum est, cum ab ipsis apostolis corporaliter recessit per mortem et resurreccionem, ipsi non ad mendicandum se converterunt. Sed licet apostoli et predicatores essent et sumptus habere deberent ab illis, quibus predicabant, tamen nichil ab eis querebant nec mendicabant, sed arte sua licita victum querebant, quando unde viverent, non habebant. Unde super illud Jo. XXI: „Dicit eis Symon Petrus: Vado piscari", dicit Glossa: „Postquam acceperunt insufflacionis spiritum post verba eius: Sicut misit me pater, et ego mitto vos, subito fiunt apostoli, qui fuerunt piscatores non hominum, sed piscium. Et sciendum est non prohibitos fuisse arte sua licita victum querere, apostolatus integritate servata, cum unde viverent, non haberent, et sic illis laborantibus adiecit deus necessaria, que promisit." Oblata vero recipiebant. Sciebant enim [f. 190[a]] apostoli, quod non est dandum ex necessitate vel tristicia, et ideo nichil querebant. II. Cor. IX: „Unusquisque, prout destinavit in animo suo, non ex tristicia vel necessitate, hylarem enim datorem diligit deus", Glossa: „Qui dat propter presentem pudorem, [aut] ut tedio interpellantis careat, et rem et meritum perdit." Et ideo contenti erant oblatis, et reliqua necessaria labore manuum querebant. Unde Luce X. super illud: „Edentes et bibentes, que aput illos sunt", Glossa: „Sumptus ex predicacione concedit, sic tamen, ut oblatis, cibo et potu, sint contenti." Panis[a]) enim apostolorum debet esse gratuitus, ymmo eciam rogati apostoli recipere nolebant, timentes, ne ipsos offerentes gravarent. [Unde] II. Cor. VIII°. dicit apostolus: „Cum multa obsecracione obsecrantes nos, cum multa exhortacione observantes nos." Glossa: „Cum timens eis non asentire[m], [ut eos permitteremus habere] graciam et communicacionem ministerii, quod fit in sanctos, id est obsecraba[n]t nos, ut liceret eis sua dare, non tamquam propria, sed quasi communia." Unde super illud I. Cor. IX: „Quis pascit gregem, et de lacte gregis non manducat?", Glossa: „Lac gregis dicitur, quidquid a plebe prepositis datur. Hiis verbis satis indicat apostolus non sibi usurpare ultra debitum suum et coapostolos

---

17) De mendicitate *A in marg. folii super.*

[a]) Panis — gratuitus *om. ed., sed legitur inferius.*

suos, sed[a]) sicut constituit dominus: De ewangelio viventes panem gratuitum manducabant [ab eis sumptum, quibus gratuitam graciam predicabant." Quin] et in hoc, quod recipiebant, non querebant comoda sua, sed merita et fructum donancium, Phili. IIII°: „Non quero datum, sed fructum", dicit apostolus.

Quod autem dominus mendicaverit vel eius apostoli, nusquam reperitur. Nam quod aquam peciit a muliere Samaritana, Jo. IIII°: „Da michi bibere", non fuit mendicitas, cum sit usus communis aquarum; nec bibere volebat aquam corporalem, cum nondum comedisset; sed miserat discipulos in civitatem, ut emerent cibos, ut[b]) dicitur ibidem; sed[c]) petebat ab ea „aquam spiritualem", id est „fidem", et ammonebat, „ut ipsa peteret spiritum sanctum", ut dicit Glossa ibidem.

Item, dominus Christus quod non poterat mendicare ab illis, quibus predicabat, patet sic: Constat enim, quod ipse „pastor erat", Jo. X: „Ego sum pastor bonus." Item „missus erat ad oves, que perierant domus Israhel." Sed „pastorem" sive „predicatorem sumere sumptus ab eis, quos tamquam gregem pascit, non est mendicitas, sed potestas", ut dicit Glossa [super illud] II. Thy. II.: „Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere." Ergo cum Christus esset „pastor et missus ad predicacionem", relinquitur, quod ab illis, quibus predicabat, non poterat mendicare. Immo, qui dicit eum mendicasse, non dicit eum fuisse pastorem, nec fuisse missum a patre, et per consequens non Messiam promissum in lege nec filium dei. Unde qui hoc dixit vel[d]) dicit, destruit fundamentum fidei christiane et non est tantum hereticus, sed eciam heresiarcha.

Item, quod dicit dominus Luce XV[e]): „Zachee, festinans descende", etc., [non fuit mendicitas, sed urbanitas.] Sciebat enim dominus, quod Zacheus, etsi nondum invitaverat eum, tamen invitandi animum gerebat. Unde Glossa ibidem: „Non invitatus invitatur[f]), quia etsi nondum audierat vocem invitantis, audiebat[g]) tamen affectum."

Quod autem mendicare non liceat validis corpore, tactum est expresse in jure humano, capitolum de mendicantibus validis L. „Unica" et XXXI. q. I. [cap.] „Quomodo virginibus."

---

a) si *ed.* b) sed *ed.* c) quod *ed.* d) dixit vel *om. ed.* e) Lucae 19 *ed.* f) invitat *ed.* g) audierat *ed.*

Jnde dicit Jeronimus[a]) et apostolus ad Thimo. V: „Vidua enim ligatur, non minus XL[a] annorum." „Sed[b]) ad hoc, ut de elemo- inis pauperum sustentetur." Et infra: „Idcirco etas prescribitur, it ille tantum accipiant cibos pauperum, que iam laborare ıon possunt." [Et LXXXII. cap. 1 dicitur]: „Ut episcopus pau- eribus vel infirmis, qui debilitate faciente suis manibus la- orare non possunt, victum et vestitum, in quantum sibi pos- ibile fuerit, largiatur." Igitur validis vel potentibus laborare ıon debent dari elemosine pauperum mendicorum, precipue uoniam[c]) contempnendo preceptum apostoli, I. Thess. IIII°: Operemini manibus vestris, sicut precepimus vobis", iniuste etunt, et non debemus eis dare, quod petunt, sed pocius cor- eccionem, Mt. V: „Qui petit a te, da ei", Glossa: „Et si non, uod petit, sed melius, cum iniuste petentem correxeris. Utilius nim esurienti panis tollitur, si de cibo securus iusticiam negli- at, quam eidem panis frangitur, ut iniusticie seductus acquiescat"; /. q. V. [cap.] „Non omnis." Item clericus sive qui sustentari otest de operibus parentum, si elemosinas pauperum recipit[d]), acrilegium committit et per abusionem talium iudicium sibi nanducat et bibit, ut legitur XVI. q. I. [cap.]: „Quoniam quid- uid"; ita videtur, quod validus corpore, qui de labore suo vel liunde sine peccato vivere potest, si elemosinas pauperum men- licorum recipit, sacrilegium committit.

Sed dicet quis: Quidam sunt regulares, qui licet validi int corpore, tamen ecclesia diucius illos mendicare permisit, el saltem dissimulavit[e]). Numquid tales permittendi sunt per- etuo mendicare?

Respondemus, quod non, cum faciat contra apostolum et lias scripturas predictas et „diuturnitas temporum non minuat eccata, sed auge[a]t", Extra. „De symonia", [cap.] „Non satis." Quapropter si eciam confirmatum esset ab ecclesia per errorem, ichilominus conperta tamen veritate [f. 190[a]] revocari debe[re]t. Jam „sentenciam Romane sedis non negamus in melius posse onmutari", XXXI. q. IX. [cap.] „Sentenciam". Et sicut „veritas xagitata sepius magis splendescet in lucem", ita [et] „perni- ies in iudicium revocata gravius et sine pena", id est cum

17) P(ie)ndicku s(u . . .) *A*.

a) Hieronimus explicans illud apostoli 1. ad Timoth. 5 *ed.* b) *aliter* *ı ed.* c) quando *ed.* d) receperit *ed.* e) permittit — dissimulat *ed.*

maiori gravitate, ita quod non oporteat deinceps penitere, „condempnatur. Nam fructus divinus est iusticiam sepius recenseri“ ita legitur XXXV. q. IX. [cap.] „Grave.“

Et quod dicunt aliqui maioris perfeccionis esse nichi habere, neque in proprio neque in communi, quam nichil habere proprium, sed habere aliquid in communi, sicut habent monachi contrarium est veritati, cum dicat Prosper XII. q. I. [cap. 13.] „Expedit ecclesie facultates possideri“ [a]). Et infra: „Quo facto satis ostenditur et propria propter perfeccionem habere [b]) debere contempni, et sine inpedimento perfeccionis [posse] ecclesie facultates, que sunt profecto communes, [possideri.“ Igitur ecclesiam regularem habere possessiones communes] non inpedit nec diminuit regularium [c]) perfeccionem.

Sic ergo manifeste apparet ex hiis dictis, quod nec predicatori nec alteri christiano licet mendicare perpetuo, si aliunde potest habere vite necessaria sine peccato. Patet eciam, quod per subtraccionem mendicandi vel necessaria vite querendi subtrahitur pseudopredicatoribus usurpacio predicandi. Et sic patet qualiter pericula, que instant ecclesie per illos pseudo, qui penetrant domos, et per alios pseudo et per ociosos, curiosos, girovagos, possunt ab ecclesia pelli [d]).

## Capitulum decimum tercium [e]).

*[Quomodo isti seductores congnoscantur, ut arceri possint a prelatis et evitari ab hominibus].*

Circa tercium decimum capitolum, ne dicat aliquis, quomodo possunt isti seductores arceri a prelatis et evitari ab hominibus, nisi congnoscantur?, quomodo autem congnosci potuerint [f]), aut ubi inveniuntur aut unde venient isti seductores? ideo nos, professores predicti, prelatos hoc volentes inquirere ne deviare possint, iuvabimus per scripturas, domino concedente, hoc modo.

Certum est, quod isti seductores non erunt de barbaris genti[li]bus aut Judeis, sed erunt de christianis, cum dicit [g]) apo

25) Nota totum diligenter *A.*

a) habere possideri *ed.* b) *om. ed.* c) ipsius *ed.* d) repelli *ed.*
e) *ita ed.* Cap. undecimum *false A rubr.* f) potuerunt - invenientur *ed.*
g) dicat *ed.*

stolus de illis II. Thi. III: „Habentes speciem pietatis“, Glossa: „Id est christiane religionis.“ Ergo constat, quod erunt de christianis.

Item sciendum est, quod cum inter christianos sint aliqui aperte mali, [aliqui occulte mali], qui videntur esse boni, non reperientur isti [seductores] inter [aperte malos, sed inter] illos, qui boni [esse] videntur, cum dicat Glossa super illud Mt. VII.: „Attendite a falsis prophetis“, Glossa: „Qui in humilitate ambulant et falsa religione.“ Et super illud II. Corin. VI: „In caritate non ficta“, dicit Glossa: „Pseudo simulant caritatem, ut decipiant.“ Relinquitur ergo, quod erunt de apparentibus bonis, aliter seducere non possent.

Item cum inter occulte malos apparentes bonos quidam sint semper vacantes studio literarum, quidam non semper vacantes, seductores isti reperientur inter illos, qui semper vacant studio literarum. Unde apostolus dicit de illis ibidem II. Thi. III: „Qui erunt semper discentes.“ Et quod sequitur, „numquam tamen ad scienciam veritatis pervenientes“, intelligendum est de veritate vite et bone operacionis, ducente ad vitam eternam, ad quam finaliter non pervenient, quoniam etsi multa sciant [de] vera veritate significacionis[a]) aut annuncciacionis, non tamen ad eam pervenient, id est finaliter non[b]) venient [ad] veritate[m][c]) vite et bone accionis, de qua dicit dominus Jo. III: „Qui facit veritatem, venit ad lucem“, secundum quod distingwit Augustinus[d]) veritatem in libro De veritate. Ymmo finaliter „resistent veritati, sicut Yamnes et Mambres restiterunt Moysy“, ut sequitur ibidem. Scienciam enim veritatis appellavit apostolus viam, que ducit ad vitam. Unde super illud: „Numquam ad scienciam veritatis pervenientes“, dicit Glossa: „Semper ambulabunt, et numquam ad vitam perveniunt. Nos autem semper ambulemus in via, donec perveniamus ad vitam eternam, eo quo ducit via.“ Sic ergo apparet, quod inter illos inveniuntur, qui semper vacant studio literarum.

Item, quod inter literatos inveniantur[e]), dicit Gregorius[f]) XIII. Moralium super illud Job: „Hostis meus terribilibus oculis intuitus est me“, dicit Gregorius: „Sicut incarnata veritas in predicacione sua pauperes et ydiotas et simplices elegit, sic e

---

a) cognitionis aut enuntiationis *ed.* b) *om. ed.* c) veritate *A.* d) Anselmus *ed.* e) invenientur *ed.* f) Glossa Gregorii *ed.*

contrario Antichristus ad predicandum falsitatem suam astuto et dupplices et huius mundi scienciam habentes electurus est id est „tales, qui scienciam, quam habent, ad astuciam huiu mundi convertent."

Item inter literatos querendi sunt, non inter quoscumqu sed inter illos, quorum consilium reputatur preciosum et ma ximum et optimum, quasi si quis consulat deum, sicut dicitu de Achitofel II. Reg. XVI: „Consilium autem Achitofel, quo dabat in diebus suis, quasi si quis consuleret dominum, et cu esset cum David et cum esset cum Absolon." Isti autem rect significantur per Achitofel, qui prius fuit cum David et poste Absolon adhesit; ita isti prius adherebant Christo, II. Thi. II „Habentes speciem pietatis", Glossa: „Eadem sacramenta no biscum recipient"; in fine vero contrarii erunt Christo, quonia a Christo recedunt[a]) et a fide ipsius. II. Thes. III. „Homine corrupti[b]) circa fidem, reprobi mente."

Item inter vacantes studio literarum quidam sunt obliga tantum ad precepta [f. 191[a]] domini, et non ad consilia; quida vero ad precepta et ad consilia, utpote qui summam paupe tatem, summam humilitatem, summam continenciam profitentu Et isti inter membra ecclesie, electa membra videbuntur[c]). Inte istos autem invenientur seductores predicti, qui ecclesiam pe secuntur[d]), potestatem ecclesie sibi usurpando, et tandem fidele Christi in errorem mittendo, ut dictum est supra. Et hoc dic Gregorius super illud Job XXX°: „Ad dexteram orientis illic calamitates mee insurrexerunt", Gregorius: „Ad dexteram orien tis illico calamitates insurgunt, quia hii ad persecucionem ec clesie prosiliunt[e]), qui electa membra redemptoris esse crede bantur". Sic ergo [quoniam] illi, qui ad consilia se obligaru [et illa tria, que predicta sunt, profitentur, electa membra ec clesie esse creduntur, relinquitur secundum Gregorium, quo isti seductores inter illos invenientur, qui ad consilia se obli gaverunt] et qui altissimam paupertatem et continenciam e humilitatem profitentur.

Item quod isti seductores inveniri videantur[f]) inter illo qui sancciores et sapienciores in ecclesia apparebunt, potest ha

---

33) Mnissi trpii *A.*

[a]) recedent *ed.* [b]) corrupti mente, reprobi circa fidem *ed.* [c]) v dentur *ed.* [d]) persequentur *ed.* [e]) prosilient *ed.* [f]) debeant *ed.*

beri per illud, quod dicit Glossa super illud Math. III[a]): „Futurum est, ut Herodes querat puerum ad perdendum eum,“ Glossa: „Quam cito Christus apparuit in mundo, incepit in eum persecucio, que figuravit persecucionem sanctorum.“ Secundum Glossam istam, sicut illi, qui in primo eius adventu se opposuerunt Christo, sancciores et sapienciores aliis videbantur, scilicet scribe et Pharisei, sic illi, qui in fine resistent testibus Christi et[b]) predicatoribus veritatis, sapienciores et sancciores aliis, qui erunt in ecclesia, apparebunt.

Inveniuntur ergo seductores isti inter christianos apparentes pios, studio literarum semper deditos et astutos et sciolos, in consiliis dandis semper famosos, non tantum ad precepta domini, sed eciam ad consilia obligatos; et tales, qui sancciores et sapienciores apparebunt in ecclesia, propterea electa membra Redemptoris esse credentur. Et ideo vehementer et subito nocebunt ecclesie, quia non sunt ab ea extranei, sed quasi in visceribus ecclesie reputacione omnium[c]) constituti. Et hoc est, quod Gregorius subiungit in Glossa predicta [super] Job XXX., dicens: „Recte asserit illos contra ecclesiam illico surgere, quia dum non sunt extranei, qui persecuntur ab eis repente, et illico mala fiunt.“ Nunc autem paulatim congregantur homines ficti in ecclesia et ypocrite sub specie religionis, ut pariant magnum populum de seipsis et aliis sequacibus eorum Antichristo venienti. Unde super illud II. Thes. II: „Jam misterium operatur iniquitatis“, dicit Glossa: „Augustinus sumpta in[d]) libro De civitate dei [cap. 19]: „Quidam putant hoc dictum esse de malis et fictis, qui tam diu sunt in ecclesia, donec perveniant ad tantum numerum, qui Antichristo magnum facia[n]t populum. Et hoc dictum videtur esse misterium iniquitatis, quia videtur esse occultum.“ Sic ergo apparet, inter quos querendi et inter quos inveniendi sint seductores predicti, id[e]) est pseudo, et cetera.

---

[a]) Matth. 2 *ed.* [b]) id est *ed.* [c]) hominum *ed.* [d]) ex *ed.*
[e]) id — cetera *om. ed.*

## Capitulum decimum quartum[a]).

*[Signa plurima, quedam infallibilia, quedam vero probabilia, per que poterunt predicti homines cognosci].*

Circa quartum decimum capitulum preter seduccionem iam factam, quoniam seductores predicti sunt dicturi se esse apostolos [sive] a deo missos ad predicandum et salvandum animas per ministerium suum, iuxta illud apostoli II. Corin. XI: „Nam huius[modi] pseudoapostoli operarii subdoli sunt, transfigurantes se in apostolos Christi", ideo ostendemus quedam signa infallibilia, quedam vero probabilia, per que discerni possunt[b]) pseudoapostoli a veris apostolis[c]).

Primum signum est, quoniam veri apostoli non penetrant domos nec captivas ducunt mulierculas honeratas peccatis, sicut faciunt quidam pseudo, II. Thi. III: „Ex hiis sunt, qui penetrant domos", etc. Et hoc expressum[d]) est supra, et II° et V° capitolis. Illi ergo predicatores, qui penetrant domos et captivas ducunt mulierculas honeratas peccatis, non sunt veri apostoli, sed pseudo.

Secundum signum est, quod veri apostoli non decipiunt corda fidelium verbis compositis, tradiciones suas commendantes, sicut faciunt pseudo. Ro. ultimo: „Per dulces sermones et benedicciones seducunt corda innocencium", Glossa: „Verbis compositis tradiciones suas commendant, quibus simplicium corda decipiunt." A deo autem seducunt corda simplicium, quod faciunt eos ingredi in sectam suam, quam religionem appellant; et qui prius in simplicitate vivebant, post ingressum fiunt astuti, ypocrite et pseudoprophete et penetrantes domos una cum aliis et quandoque fiunt illis peiores. Unde Mt. XXIII: „Ve vobis, scribe et Pharisei ypocrite, qui circuitis mare et aridam, ut faciatis unum proselitum; et cum fuerit factus, facitis eum filium yehenne duplo quam vos." Illi ergo, qui hoc faciunt, non sunt veri apostoli, sed pseudo.

Tercium signum est, quoniam veri apostoli, si arguantur, pacienter sustinent. II. Corin. XII: „Signa apostolatus mei facta

---

4) De pseudopredicatoribus *A*. 12) Primum signum *A*. 19) Secundum *A*. 33) $3^{m}$ signum *A*.

a) *ita ed.* Cap. decimum tercium *A rubr.* b) poterunt *ed.* c) Christi *add. ed.* d) expositum *ed.*

sunt super vos in omni paciencia", etc., [f. 191$^{b}$] Glossa: „Pacienciam commemorat apostolus, que ad mores predicatorum pertinet." Qui ergo non sustinent correccionem, veri apostoli non sunt, ymmo ostendunt se non esse veros christianos. I. Cor. XII: „Nemo potest dicere dominus Jhesus Christus, nisi in spiritu sancto", Glossa: „Humiliari debent christiani, ut pacienter se argui sinant, non adulacionibus deliniri." Item tales ostendunt se esse carnales, licet simulent se esse spirituales. Gall. IIII°[a]): „Ergo ego factus sum inimicus vobis, verum dicens"; dicit Glossa: „Nemo carnalis wlt argui se errantem." Illi ergo predicatores, qui non sustinent correccionem, non videntur esse veri apostoli, sed pseudo.

Quartum signum est, quoniam veri apostoli non commendant seipsos. II. Cor. IIII°: „Non enim predicamus nosmet ipsos." II. Cor. X: „Non enim audemus nos inserere aut comparare quibusdam, qui seipsos commendant", Glossa: „Sicut pseudo, qui seipsos commendant quibus[dam] actibus, non deus commendat eos." Item veri apostoli, etsi per bona opera sua reddant se commendabiles ad omnem conscienciam hominum, non ad oculos tantum, ut dicit apostolus II. Cor. IIII°: „Commendantes nosmet ipsos ad omnem conscienciam hominum [coram deo]", non tamen commendant se in conparacione ad alios. Unde Glossa ibi dicit: „Commendabiles vos facientes sine conparacione aliorum." Ymmo preferunt sibi aliorum virtutes. Unde II. Pe[tri] ultimo: „Sicut et karissimus frater noster Paulus secundum datam sibi a deo sapienciam scribit nobis." Glossa: „Primus apostolorum oblitus sui primatus et datarum sibi clavium, datam Paulo miratur sapienciam; qui mos est electorum, ut magis electorum aliorum[b]) quam suas mirentur virtutes." Et Phil. II: „In humilitate superiores sibi invicem arbitrantes." Qui ergo contrarium faciunt, dicentes statum suum aut tradiciones suas esse meliores aliis, si sunt predicatores, non sunt veri apostoli, sed pseudo, etc.

Quintum signum est, quoniam veri apostoli non indigent commendaticiis literis nec faciunt se ab hominibus ad homines commendari literis. II. Cor. III. dicit apostolus: „Non[c]) indigemus commendaticiis literis, sicut quidam." Glossa: „Sicut

---

13) 4$^{m}$ *A*. 34) [5$^{m}$ *A*].

a) III. al. IIII° *A*. b) electorum *ed.* c) Numquid *ed.*

pseudo." Igitur qui se comendari faciunt[a]), non sunt veri apostoli, sed pseudo.

Sextum[b]) signum est, quod pseudoapostoli pocius gauden se commendari quam dei doctrinam, veri autem apostoli e contrario. I. Thes. II: „Neque querentes ab hominibus gloriam." Glossa: „Tangit pseudo, qui se pocius quam dei doctrinam volebant commendari. Apostolus autem, qui non ad presens, sed in futuro gloriam querit, se humilem faciebat, ut dei predicacio exaltaretur. Illi ergo predicatores, qui se pocius quam dei doctrinam commendari volunt, non sunt veri apostoli.

Septimum signum est, quod [veri apostoli] non predicant nisi missi. Jo. X[c]): „Quomodo predicabunt, nisi mittantur." Glossa: „Non sunt veri apostoli, nisi missi, nulla enim signa virtutum eis testimonium perhiberent." Qui autem sint missi, dictum est supra II° ca°. Qui ergo non missi predicant, pseudo sunt.

Octavum signum est, quod cum pseudo auctoritatem a deo non habeant, nomini suo vendicant auctoritatem. Unde II Cor. X. super illud: „Non enim audemus nos inserere aut comparare quibusdam", etc., Glossa [dicit]: „Pseudo non accepta potestate a deo, sed usurpata dominari volunt, nomini suo vendicantes auctoritatem." Et ideo licet forte dicant se a deo missos per inspiracionem, sicut dicunt omnes heretici, tamen nisi probaverint suam missionem aut per spiritualem propheciam sicut Johannes Baptista, dicens: „Ego vox clamantis in deserto sicut ait Ysaias propheta", [Joan. I], aut per miraculum, sicut Moyses, qui virgam convertit in colubrum, aut e contrario Exo. VII., excommunicari debent, donec cessent a predicando Extra. „De hereticis", [cap.] „Cum [ex iniuncto]". etc. [Et quamvis] miracula [facerent], tamen non essent sufficiens testimonium missionis, cum fiant frequenter a malis. I. q. I. c. „Teneamus"; et maxime in finali ecclesie, [ubi] suspecta deben esse miracula, cum dicat dominus Mt. XXIII: „Surgent pseudo prophete et dabunt signa magna et prodigia." Illi ergo, qu

---

3) 6m *A.* 11) 7m *A.* 17) 8m *A.*

a) qui contrarium faciunt *ed.* b) *Sextum signum in ed. totum omissum est; qua de causa signa sequentia usque ad signum XV. in editione alite numerantur.* c) Rom. 10 *ed.*

nomini suo vendicant auctoritatem, cum a deo non habeant, non sunt veri apostoli, sed pseudo.

Nonum signum est, quod pseudo, pretendentes sapienciam in supersticione et humilitate, tradiciones suas religiones appellant, que pocius sunt sacrilegium, quoniam aliorum iura sibi usurpant, gloriando scilicet in plebibus alienis. Unde Col. II. loquens apostolus de pseudo, dicit: „Secundum precepta et doctrinas hominum, [que sunt] racionem quidem habencia sapiencie in supersticione et humilitate." Glossa: „Id est in simulata religione, quia tradicioni humane nomen religionis applicant, ut religio appelletur, cum sit sacrilegium, quia quod contra auctoritatem est, sacrilega mente inventum est." Certum est autem, quod contra auctoritatem[a], id est contra deum est velle regere populum alienum sine mandato[b] plebani. Deutero. XXIII: „Ingressus vineam proximi tui, commede uvas, quantum tibi placuerit: foras autem non auferas tecum." Glossa: „In ecclesia alterius episcopi potest alter aliquos corrigere vel monere, totam vero plebem non licet ei corrigere vel magna negocia tractare; et quod non licet episcopo in dyocesy aliena, constat [f. 192[a]], quod non licet ei, qui nondum[c]) preest iurisdic[c]ioni." Ad hoc facit, quod legitur VI. q. III. c. „Scriptum est" et IX. q. II. per totum. Illi ergo predicatores, qui tradiciones suas contra deum sive contra scripturas divinas factas religionem appellant, non sunt veri apostoli, sed pseudo.

Decimum signum est, quoniam cum pseudo ex potestate, quam habent, non sunt[d]) ewangeliste vel dispensatores sacramentorum, tamen vivere volunt de ewangelio, non de labore manuum; contra illud apostoli II. Thess. III: „Neque gratis manduca[vi]mus panem ab aliquo", etc. Glossa: „Tunc isti pseudo magis vivere debent de labore, qui non habent potestatem hanc, quam habemus", scilicet „potestatem vivendi de ewangelio." Et hoc expressius dicit Augustinus in libro De opere monachorum in hiis verbis: „Isti autem fratres nostri temere sibi arrogant, quantum existimo, quod eiusmodi habeant potestatem, scilicet vivendi de ewangelio. Si enim ewangeliste sunt, si ministri altaris sunt, si dispensatores [sacramentorum]

3) 9[m] *A.* 25) X[m] signum *A.*

a) authorem *ed.* b) sine mandato aut authoritate illius, qui plebanus est *ed.* c) nulli *ed.* d) sint *ed.*

sunt, fateor, habent." Quasi dicat[a]): „Si tales non sunt, [non] habent potestatem vivendi de ewangelio." Illi ergo predicatores, qui, cum non habeant potestatem vivendi de ewangelio aut dispensandi sacramenta[b]), vivere volunt de ewangelio, non sunt veri apostoli, sed pseudo.

Undecimum signum est, quod pseudoapostoli pocius se gaudent commendari quam dei doctrinam, veri autem apostoli e contrario. I. Thess. II: „Neque querentes ab hominibus gloriam." Glossa: „Tangit pseudo, qui se pocius quam dei doctrinam volebant commendari; apostolus autem, qui non ad presens, sed in futuro gloriam querit[c]), se humilem faciebat, ut dei predicacio exaltaretur." Illi ergo predicatores, qui se pocius quam dei doctrinam commendari volunt, non sunt apostoli, sed pseudo.

Duodecimum signum est, quod veri apostoli propter deum et salutem animarum tantum predicant, non propter temporale lucrum. II. Cor. III: „Non predicamus nosmet ipsos." Glossa: „Predicacio nostra non tendit ad gloriam nostram vel in lucra nostra, sed ad gloriam Christi." Sed predicacio pseudo ad contrarium tendit. Unde super illud Phill. I: „Sive per occasionem, sive per veritatem Christus anunccietur", dicit Glossa: „Pseudo ex occasione ewangelizant, querentes comoda sua vel pecuniaria vel honorum vel laudis humane, quomodolibet volentes accipere munera, non tam salutem querentes eius, cui nuncciant, quam commodum suum." Et infra[d]): „Quisquis a deo preter deum aliquid querit, non caste querit deum." [Unde] II. Cor. XIII[e]): „Non quero, que vestra sunt." Glossa: „Scilicet [non] divicias vestras[f]) in auro vel argento, sed vos." Glossa: „Quod aliter non fieret, nisi a sumptibus pecunie abstineret"[g]). [Et infra:] „Ut intelligentes, quia pecunie preponit eos, ut tandem congnoscerent affectum illius erga se." Illi ergo predicatores, qui propter lucrum temporale aut propter honorem mundanum aut propter laudem humanam predicant, non sunt veri apostoli, sed pseudo. Sed quomodo scietur, qui aut[h]) quando predicant ad

---

6) XI$^{m}$ *A.* I$^{a}$ *A et alia manu:* Hoc signum habetur ante in 6$^{to}$.
15) XII$^{m}$ *A.*

a) diceret *ed.* b) ecclesiastica (utpote, qui plebem non habent et non praesunt regimini animarum) *add. ed.* c) quaerebat *ed.* d) *ita ed.;* ita *A.* e) 12 *ed.* f) nostras *A.* g) abstinerem *ed.* h) qui aut *om. ed.; similiter phrasis* cum — deum *om.*

gloriam suam, cum ipsi laudant deum? Respondemus, quando predicant non vocati, II. Cor. XII[a]): „Qui gloriatur, in domino glorietur.“ Glossa: „Quod non potest ille, qui non habet a domino potestatem.“ Talis[b]) enim si predicat, gloriam suam querit, et constat, quod a domino potestatem non habet, quia[c]) a deo vocatus non est, id est ab ecclesia. Hebr. V°: „Nec quisquam asumit sibi honorem, sed qui vocatur a deo tamquam Aron.“ [Glossa:] „A deo vocatur, qui ab ecclesia recte vocatur“[d]).

Tercium decimum signum est, quoniam pseudo simulant se habere maiorem zelum animarum, quam ecclesiarum rectores et pastores, cum tamen earum curam non habeant, contra illud, quod dicit Glossa super illud I. Thes. II: „Facti sumus parwli inter vos, tamquam si nutrix foveat filiolos suos“, Glossa: „Alienos filios nutrit mulier pro mercede, non ex amore, proprios vero ex dileccione.“ Illi ergo predicatores, qui simulant se maiorem zelum habere animarum quam earum rectores, non videntur esse veri apostoli, sed pseudo.

Quartum decimum signum est, quod veri apostoli non student eloquencie aut conposicioni verborum, pseudo autem e contrario. II. Cor. XI: „Nam etsi inperitus sum[e]) secundum nomen, sed non in sciencia“, [Glossa:] „Non erant eloquentes apostoli, sed pseudo verba conponebant.“ Item super eodem alia Glossa: „Corinti[i] preferebant pseudo apostolis veris causa accurati sermonis.“ Item I. Cor. I: „Non in sapiencia verbi, ut non evacuetur crux Christi.“ Glossa: „Non in lepore aut in ornatu verborum, quia religio christiana non indiget pompa et cultu sermonis.“ Item I. Cor. II[f]): „Que et loquimur, non in doctis humane sapiencie verbis.“ Glossa: „Sicut faciebant pseudo.“ Malebat enim apostolus illa, scilicet verba sua sola puritate veritatis ostendere, quam eloquencia fuscare[g]). Illi ergo, qui student eloquencie aut conposicioni verborum, non sunt veri apostoli, sed pseudo.

Decimum quintum signum est, quod veri apostoli non adulantur hominibus, sed[h]) pseudo adulantur questus causa. De

---

9) XIII$^{m}$ *A.* 18) XIIII$^{m}$ *A.* 33) XV$^{m}$ *A.*

[a]) 11 *ed.* [b]) Talis — constat, quod *om. ed.* [c]) qui *ed.* [d]) eligitur *ed.* [e]) sum *in m. add. A; item:* sed non in sciencia *om. ed., quae habet tantum:* Nam si imperitus sermone. [f]) 2 Corinth. 1 *ed.* [g]) orationem fuscare *ed.* [h]) sicut *ed.*

quibus Ezech. XIII: „Ve, qui consuunt pulvillos sub omni cubitu manus et faciunt cervicalia sub capite universe etatis.“ Glossa: „Id est suavem adulacionem.“ „Et violabant me ad populum meum propter pugillum ordei et fragmen panis“, [Glossa:] „Id est pro refeccione ventris.“ „Ut interficerent animas, que non moriuntur“, Glossa: „Mortuas dicentes, si non datur quidpiam[a]) more ipsorum.“ „Et vivificant[b]) animas, que non vivunt“[c]). [Item] II. Cor. VI: „In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros.“ Glossa: „Dei ministri non [f. 192[b]] adulantur hominibus, sicut faciunt pseudo“[d]). Et ideo veri apostoli non conversantur in curiis principum et magnatum, scientes illud Mt. VI[e]): „Ecce, qui mollibus induuntur et vestiuntur, in domibus regum sunt.“ Glossa: „Rigida vita et predicacio debet declinare mollium pallacia, que frequentant induti mollibus adulantes.“ Illi ergo predicatores, qui in curiis commorantur et alibi adulantur, non sunt veri apostoli, sed pseudo.

Quintum decimum[f]) signum est, quod veri apostoli non circumveniunt homines, ut dent eis bona sua temporalia sive in vita, sive in morte, ymmo rogati noluerunt recipere. [Unde] II. Cor. VIII°: „Cum multa obsecracione obsecrantes vos.“ Glossa: „Cum timens eis non asentirem, [ut eis permitteremus habere] graciam [et] communionem[g]) ministerii, id est ministratorii, quod scilicet ministerium fit in sanctos.“ Glossa[h]): „Id est obsecrantes nos, ut liceret eis sua dare, non quasi propria, sed quasi communia.“ Pseudo autem e contrario vel inportune petunt[i]), ut saltim blande auferant. II. Cor. VIII: „Neminem enim circumveniemus.“ Glossa: „Fraudulenta rerum suarum ablacione, ut pseudo faciunt, quia vestra blande auferunt.“ Item Matth. XXIII[k]): „Ve vobis, scribe et Pharisei ypocrite, qui comeditis domos viduarum, oraciones longas orantes.“ Glossa: „Qui vestra supersticione nichil intenditis, nisi ut predam de plebibus faciatis.“ Et Luce XX: „Qui devorant domos viduarum, simulantes longam oracionem.“ Glossa: „Qui ut religios[i]ores appareant, prolixius orant, ut ab infirmis quibuscumque[l]) et peccatorum ṣuorum consciencia turbatis, quasi patroni, laudes et

---

[a]) quidpiam in ore *ed;* quispiam *A.* [b]) vivificarent *ed.* [c]) *in ed. sequitur Glossae explicatio.* [d]) studentes lucro *add. ed.* [e]) 11 *ed.* [f]) *ita A; in marg. etiam* XV[m] *legitur, sed add.* 16. [g]) communicationem *ed.* [h]) *in ed. tantum:* Obsecrabant nos ɔc. [i]) vel — auferunt *om. ed.* [k]) 24 *ed.* [l]) quibuscumque — turbatis *om. ed.*

ecunias accipiant, quorum fit oracio in peccatum. Qui[a]) nec liis nec sibi possunt proficere ad salutem, ymmo pro ipsis racionibus, cum per eas alios deceperint, magis dampnabunur." Per hoc autem, quod aurum et argentum recipiunt, aparet, quod non causa salutis predicant, sed causa lucri. Matth. X: „Nolite possidere aurum vel argentum." Glossa: „Si iec habeant, videntur non causa salutis predicare, sed lucri." tem dicit Jeronimus super Malachiam: „Quod quidam prophete ecunias accipiebant, prophecia eorum facta est divinacio", id st [„prophecia eorum declarata est non esse prophecia, sed divinacio", id est] „non esse a deo, sed a dyabolo". Et hoc legitur I. q. I. „Numquam divinacio." Illi ergo predicatores, qui ircumveniunt homines, ut dent eis bona sua temporalia, sive n vita, sive in morte, non sunt veri apostoli, sed pseudo.

Sextum decimum signum est, quod pseudo, quando preicatur aliqua veritas eisque[b]) insolita et aspera videtur, irritantur et latrant in contrarium. Unde de illis dicit apostolus Phil. III: „Videte canes." Glossa: „Id est congnoscite illos esse canes, non racione, sed consuetudine contra insolitam veritatem latrantes." [Et infra:] „Bene ergo canibus conparantur, quia sicut canes magis consuetudinem secuntur, quam racionem, ita pseudoapostoli consuetudinis legem tenent et contra veritatem irracionabiliter latrant et mordent." Item II. Thy. IIII: „Secundum desideria sua coacervabunt sibi magistros." Glossa: „Qui ea docent, que libenter audiant, quia veritas aspera eis videbitur." Illi ergo predicatores, qui latrant contra veritatem insolitam et eis asperam, et procurant, quod illa veritas taceatur, non sunt veri apostoli, sed pseudo.

Decimum septimum signum est, quod veri apostoli nolentibus recipere illos nullam molestiam inferunt, sed eos dimittunt, ne videantur aliquid querere terrenum. Matth. X: „Quicumque non receperint vos, exeuntes foras de civitate, excutite pulverem de pedibus vestris." Glossa: „Ut ostendatis appetitum terrenorum non esse in vestris affectibus." Illi ergo predicatores, qui, ut recipiantur ab hominibus, per lites contendunt, veri apostoli non sunt, precipue cum dicat apostolus I. Cor. XI: „Si

15) XVI^m^ *A.* 29) XVII^m^ *A.*

[a]) quia *ed.* [b]) — que *et* videtur *om. ed.*

quis videtur inter vos contenciosus esse, nos talem consuetudinem non habemus nec[a]) ecclesia dei."

Decimum octavum signum est, quod veri apostoli principes, quorum favorem sunt adepti, non provocant contra illos qui eos recipere nolunt. Secundum quod legitur in vita Symonis et Jude apostolorum, ubi dicitur: „Tunc iratus dux iussit ignem copiosum accendi, ut ibi pontifices precipitarentur et alii omnes, qui apostolos Christi obfuscare nitebantur; apostoli autem prostraverunt se ante ducem, dicentes: Obsecramus, domine, ne efficiamur causa interitus eorum, neve[b]), qui pro salute hominum huc missi sumus, ut vivificaremus mortuos, viventes occidere videamur." Illi ergo predicatores, qui principes eis favorabiles[c]) provocant contra illos, qui eos non recipiunt aut quos odiunt, veri apostoli Christi non sunt, sed pseudo.

Decimum nonum signum est, quod apostoli Christi non solum habent congnicionem de hiis, que fecit deus, sed eciam de hiis, que facturus est [in fine mundi]. Unde Apok. III: „Animalia erant plena oculis ante et retro." Glossa: „Habendo congnicionem de hiis, que fecit dominus et facturus est in fine mundi." Illi ergo, qui dicunt se ignorare pericula finalis ecclesie, que predicta sunt, aut non curant de hiis vel de illis, ac si ignorarent, non habent oculos ante et retro. Unde non sunt veri apostoli. Ergo cum dicant se apostolos, pseudo sunt.

Vicesimum signum est, quod veri apostoli non cupiunt[d]) temporalia bona illorum, quibus [f. 193[a]] predicant; per quod discernuntur a lupis, id est a pseudoprophetis. Unde Act. XX: „Argentum et aurum aut vestem nullius concupivi." Glossa: „Per hoc congnoscuntur lupi, quod talia concupiscunt." Et infra: „Ad ea, que michi opus erant, et hiis, qui mecum sunt, ministraverunt manus iste." Glossa: „Exemplum operandi et[iam episcopis] signum, quo discernuntur a lupis." Tales enim, qui petunt ab eis, quibus predicant, aut alius petit nomine ipsorum, videntur committere symoniam ad instar Gezy, de quo legitur III. Reg. XVI, quod peciit vestes a Naaman Syro, cui dominus eius et magister, scilicet Elizeus, dederat graciam sanitatis: et pro tanto dicitur Gyezy vendidisse graciam sanitatis Naaman

---

3) XVIII[m] *A.* 15) XIX[m] *A.* 24) XX[m] *A.*

[a]) in *ed.* [b]) *ita corr. ab ed.;* et *A et ed.* [c]) favorabiliores *ed.* [d]) capiunt *ed.*

Syro, licet peciisset illas vestes, domino ignorante, ut dicit Gregorius Naz[i]anzenus I. q. I. [caput] „Qui studet.“

Sed dicet quis: Nonne potest predicator ab illis, quibus predicat, sumptus petere, saltem mendicando?

Respondemus: Si predicat ex potestate, ut tamquam verus pastor pascat gregem suum pabulo verbi dei, sumptus potest recipere, sed tunc non est mendicitas, sed potestas. II. Thi. II: „Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere.“ Glossa: „Castum ewangelistam securum facit et wlt, ut intelligat, quod necessaria sibi sumere ab eis, quos tamquam gregem pascit, non est mendicitas, sed potestas.“ Sed quod predicator valeat mendicare, nusquam in sacris literis reperitur. Sed mendacitas omni christiano ab apostolo prohibetur et a Salomone abhorretur et ab Augustino et aliis sanctis expositoribus reprobatur, ut ostensum est supra XII. capitulo. Sic ergo patet, quod veri apostoli bona temporalia eorum, quibus predicant, non cupiunt, nec eciam ea mendicant. Qui ergo petunt ab illis, quibus predicant, aut alius petit pro ipsis, non videntur veri apostoli esse, sed pseudo.

Vicesimum primum signum est, quod veri apostoli in tribulacionibus pacientes sunt nec reddunt malum pro malo. Unde Mt. X: „Ecce, ego mitto vos, sicut oves inter lupos.“ Glossa: „Qui locum predicacionis suscipit, mala inferre non debet, sed tollerare“[a]). Ergo qui[b]) [malum] non tollerant, sed pocius inferunt, non sunt veri apostoli, sed pseudo.

Vigesimum secundum signum est, quod veri apostoli in primo adventu suo male recipiuntur, sicut dicit dominus Matth. 23: „Odio eritis omnibus hominibus propter nomen meum“, sed postea vincunt iuxta illud I. Joan. 5: „Omne, quod est ex deo, vincit mundum.“ Illi vero, qui e contrario in principio letantur et bene suscipiuntur, in fine autem respuuntur, non videntur esse veri apostoli, sed pseudo.

Vicesimum tercium signum est, quod veri apostoli non vadunt ad predicandum illis, qui habent alios apostolos, qui[a]

20) XXI$^{m}$ *A.* 26) XXII$^{m}$ *A.* [33 XXIII$^{m}$].

a) *post hanc vocem sequitur in A:* Et hoc exemplo domini, de quo I. Petri 2: „Qui cum malediceretur, non maledicebat; tradebat autem se iudicanti iniuste.“ b) *in marg. add. A.*

nolunt gloriari in plebibus alienis. Rom. penultimo: „Si[c] autem predicavi hoc ewangelium, [non] ubi anunciatus est Christus, ne super alienum fundamentum edificarem.“ Et II. Cor. X. dicit apostolus: „Non sumus in inmensum gloriantes in alienis laboribus.“ Glossa: „Ubi alius fundamentum [fidei] posuisset.“ Item in eodem: „Non habentes spiritum gloriari in aliena re“, id est „in commissos alterius regimini.“ Precipue cum dicat Gregorius in Moralium: „Cum locus superior inperatur, is, qui ad percipienda[a]) hec obedit, obediencie sibi meritum evacuat, si ad hoc ex proposito anhelat.“ Item Augustinus: „Honorem dei quere, non tuum“[b]). Item Crisostomus: „Primatus fugientem desiderat, desiderantem horret.“ Illi ergo, qui non invitati procurant et gaudent predicare plebibus alienis, quod est officium honoris, precipue in conciliis et synodis et conventibus magnis nec non in curiis regum et principum et prelatorum, non sunt veri apostoli[c]).

Vicesimum quartum signum est, quod veri apostoli, etsi[d]) quando ex causa magnum profectum faciunt in ecclesia, non extolluntur intra[e]) se, nec volunt extolli. Ezechiel. III: „Fili hominis, dedi faciem tuam, ut adamantem.“ Adamas est despecte forme[f]), cum attrahit ferrum, et non inde mutatur nec extollitur. Similiter verus apostolus, quando predicacione sua attrahit peccatores et durissimos homines, sicut ferrum, non inde extollitur. Item Luce XVI: „Cum omnia bene feceritis, [que precepta sunt vobis], dicite: Servi inutiles sumus.“ Psalmus: „Non nobis, domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.“ Qui ergo de fructu, quem in ecclesia dei debent facere, arroganter se iactant, dicentes: „Nos illuminavimus ecclesiam universam, que ante tempora nostra ceca erat, et extinximus flammam peccatorum in ecclesia dei“, cum forsan magis promoverint ypocrisim quam veras virtutes, non sunt veri apostoli, sed pseudo, de quibus David[g]): „Os eorum locutum est superbiam.“

Vicesimum quintum signum est, quod veri apostoli non

---

17) XXIIII^m *A.* 34) XXV^m *A.*

[a]) participanda *ed.* [b]) *in ed.* Honor debet quaerere te, non tu honorem. [c]) sed pseudo *add. ed.* [d]) etiam *rectius ed.* [e]) intra . . . extoll *om. ed.* [f]) est d. f. *om. ed.; etiam inferius voces aliquae aliter leguntur in ed. et aliter in A.* [g]) in canonica Judae *ed.*

querunt favorem mundi nec placere hominibus. [Ad] Galatas primo: „Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem.“ Glossa: „Id est placere vellem, servus Christi non essem.“ Unde I. Thess. II: „Non quasi hominibus placentes.“ Glossa: „Id est placere querentes [f. 193$^b$], quia nec speciem placentis habemus.“ Species[a]) placentis est esse delicatum. Illi ergo predicatores, qui querunt favorem mundi et ad hoc laborant, ut[b]) hominibus placeant, non sunt veri apostoli, sed pseudo.

Vicesimum sextum signum est, quod apostoli oblatis [sibi] cibo et potu sunt contenti nec querunt cibaria lauciora iuxta illud Luce X: „Comedentes et bibentes, que aput illos sunt“, Glossa: „Sumptus ewangelium[c]) concedit, ita tamen, ut oblatis cibo et potu sint contenti“: illi vero predicatores, qui licet sint non habentes potestatem, tamen offenduntur, quando non ministrantur eis cybaria lauciora, et sic non sunt veri apostoli, sed pseudo.

Vicesimum septimum signum est, quod veri apostoli plus diligunt legem Christi quam proprium honorem iuxta illud Proverbiorum VIII$^o$: „Serva legem meam quasi pupillam oculi tui; liga eam in digitis tuis et describe eam in tabulis cordis tui.“ Et super illud psalmi: „Bonum michi lex oris tui super millia auri et argenti“, Glossa: „Caritas plus diligit legem Christi quam cupiditas milia auri et argenti.“ Qui ergo viderit legem Christi conculcari et tolli ewangelium illud maledictum, quod appellant Ewangelium Eternum, negligit et contempnit, vel forsan dissimulando consentit, et tantum pro honore suo temporali conservando vel querendo lites suscitare[d]) et scandala incurrere non horrescit, non videtur verus esse apostolus, sed magis pseudo, si est vel[e]) fuerit predicator.

Vicesimum octavum signum est, quod veri apostoli non querunt hospicia opulenciora, sive ubi melius pascantur[f]), sed honestiora, [et] ubi gratulancius eis detur. Et ab illis tantum recipiunt, quos credunt reputare sibi maiorem graciam fieri, si recipiatur munus eorum, quam si eis munus daretur iuxta illud Mt. V: „In quamcumque civitatem aut castellum intraveritis, interrogate, quis in ea sit dignus. Et ibi manete, donec exeatis.“

---

9) XXVI$^m$ *A.* 17) XXVII$^m$ *A.* 30) XXVIII$^m$ *A.*

a) Species . . . delicatum *om. ed.* b) ut h. pl. *om. ed.* c) ex ewangelio *ed.* d) suscipere *ed.* e) est vel *om. ed.* f) procurentur *ed.*

Glossa: „Testimonio vicinorum eligendus est hospes, ne eius infamia predicacio ledatur.“ Nec est cursitandum per domos, sed [statim ad eum divertendum], qui[a]) est dignus, [Glossa:] „qui scit se magis accipere graciam, quam dare.“ Hoc est, qui libenter dat pro Christo, et non pro aliquo alio commodo. Item veri apostoli non recipiunt ab illis, qui in peccatis suis adhuc iacent, sed ab emendatis. [Unde] II. Cor. VIII°: „Sed semet ipsos dederunt primum domino“. Glossa: „[Qui] emendantes errores pristinos ac morum vicia deo se voverunt, deinde fratribus [munera] sua obtulerunt. Aliter enim non erat accipiendum ab eis, quia [et] munera excecant oculos et vim[b]) auctoritatis inclinant. Qui vero dant, si[c]) arguantur furti, dandi potestatem[d]) non habent.“ Illi ergo predicatores, qui querunt hospicia, vel ut[e]) melius pascantur, et recipiunt munera malorum divitum, ut eorum vicia tegant; vel illorum munera recipiunt, qui magis dant propter inportunitatem tollendam vel propter presentem verecundiam quam propter deum, non sunt veri apostoli, sed pseudo iuxta illud II. Cor. IX: „Hilarem datorem diligit deus.“ Glossa: „Qui propter presentem pudorem dat, aut[f]) ut tedio interpellantis careat, et rem et meritum perdit.“ Unde qui a tali recipit, non querit fructum, sed datum contra illud Phil. IIII°: „Non quero datum, sed fructum.“

Vicesimum nonum signum est, quod veri apostoli non laborant procurare negocia aliena, ut exinde paschantur, quia talium deus venter est iuxta illud[g]): „Audivimus quosdam inter vos ambulare in quiete, nichil operantes, sed curiose agentes.“ Glossa: „A negociis alienis et [hoc modo] pasci merentur, quod factum abhorret disciplina dominica; eorum enim deus est venter, qui feda cura sibi necessaria provident.“ Illi ergo, qui talia faciunt, non sunt veri apostoli, sed pseudo.

Tricesimum signum est, quod veri apostoli non gaudent de miraculis vel aliis factis elegancioribus, que facit dominus per eos, ut de illis cupiant honorari, sed pocius gaudent de salute, quam a domino expectant, iuxta illud Luce X: „In hoc nolite gaudere, quod spiritus subiciuntur vobis; verum tamen in hoc gaudete, quod nomina vestra scripta sunt in celis.“ Illi

---

23) XXIX^m^ *A*. 31) XXX^m^ *A*.

a) quis *A et ed.* b) iura *ed.* c) ut non *ed.*, furti *om.* d) fructum *ed.* e) ubi *loco* vel ut *ed.* f) *om. ed.* g) 2. Thess. 3 *ed.*

ergo, qui gloriantur de miraculis suis vel suorum et de hoc, quod per eorum ministerium salvantur multi, ut dicunt, non videntur esse apostoli, sed pseudo.

Tricesimum primum signum est, quod veri apostoli nunquam querunt gloriam suam in hac vita, sed gloriam Christi iuxta illud Jo. VII: „Qui a semet ipso loquitur, gloriam suam querit; qui autem querit gloriam eius, qui misit illum“, id est, a quo dicit se missum, „verax est.“ Illi ergo, qui querunt ea, que pertinent ad gloriam huius mundi, quorum unum est regnantibus assistere iuxta illud Boecii De consolacione: „Qui ex persona extolli cupiunt aut ipsi regnant aut regnantibus adherere conantur.“ Alterum vero est velle vincere, ubi non est premium apud deum. Unde super illud Gal. V: „Non efficiamur inanis glorie cupidi“, Glossa: „Inanis gloria est velle vincere, ubi non est premium.“ Qui inquam talia querunt, non videntur veri apostoli, sed [f. 194$^{a}$] pseudo.

Tricesimum secundum signum est, quod veri apostoli fugiunt sollempnitates hominum et salutaciones et officia et convivia iuxta illud Jeromini IIII$^{o}$ ad Nepocianum: „Obsecro te, sive hic, sive ibi fueris, multitudinem hominum, salutaciones et officia et convivia quasi quasdam cathenas voluptatis fuge.“ Illi ergo, qui amant et querunt consorcia et convivia et officia potentum secularium et divitum, non videntur veri apostoli, sed pseudo.

Tricesimum tercium signum est, quod veri apostoli non frequenter conveniunt$^{a}$) ad alienam mensam, ne adulatores fiant, secundum quod dicit apostolus II. Thess. III: „Ut nos ipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.“ Glossa: „Qui frequenter ad alienam mensam convenit ocio deditus, ut aduletur, necesse est, pascenti se, cum [tamen] religio nostra“, scilicet christiana, „ad libertatem nimiam homines advocet.“ Illi ergo, qui ad alienam mensam libenter et frequenter conveniunt cum ocio corporali, non videntur esse veri apostoli, sed pseudo.

Tricesimum quartum signum est, quod veri apostoli non odiunt homines, ec[iam] inimicos et odientes eos, iuxta doctrinam domini Mt. V$^{o}$: „Diligite inimicos vestros, benefacite hiis

[4) XXXI$^{m}$]. 17) XXXII$^{m}$ *A.* 25) XXXIII$^{m}$ *A.* 35) 34$^{m}$ *A.*

$^{a}$) convivant *ed.*

qui vos oderunt.“ Pseudo vero prophete proximos ledunt et diffamant. Unde super illud Jeremie XXIII: „A prophetis Jerusalem egressa est pollucio super omnem terram“, dicit Glossa: „Non sufficit eos proximos ledere, sed quos semel oderunt, per totum orbem conantur diffamare.“ Illi ergo predicatores, qui odiunt illos, quos inimicos reputant et eos diffamant, non videntur veri apostoli, sed pseudo. Cum[a]) igitur veritas divine scripture sit infallibilis, Mt. XXIIIº: „Celum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt“, et spiritus sanctus, qui locutus est in apostolo prophetante, ut ostensum est supra c. |1|, mentiri non possit, — non enim voluntate humana allata est aliquando prophecia, sed spiritu sancto[b]) inspirati locuti sunt sancti dei omnes, ut legitur II. Petri primo: restat, ut omnes, qui ecclesiam defensare tenentur, surgant ad eius defensionem iuxta illud Proverbiorum XXIII: „Erue eos, qui ducuntur ad mortem, et eos, qui trahuntur ad interitum, liberare non cesses“ — nec pretendant frivolas excusandas excusaciones, quia sicut dicitur ibidem: „Si dixeritis: vires non suppetunt, qui inspector est cordis, ipse intelligit et salvatorem anime, quem nichil fallit et reddit unicuique secundum opera sua.“ Quidquid enim perit in ecclesia dei propter defectum pastorum, totum ab eis exigetur in iudicio, sicut confitetur Jacob ad Laban, cuius oves pascebat, Gen. XXI: „Ego omne dampnum reddebam tibi, quidquid furto peribat, a me exigebas“. Exo. III: „Sanguinem eius de manu tua requiram“, dicitur pastori sive prelato. Si autem cetera predictorum prelatos carnales non moveant, hoc debet saltem movere, quoniam cum spiritualis potestas ecclesie, que in predicacionibus exercendis, in confessionibus audiendis, in penitenciis iniungendis maxime consistit, eis pedetentim subripiatur, „frustratim enim lupus comedit agnum“, XIII. q. I., id est, postquam ex toto translata fuerit ab ipsis prelatis ad illos, qui iam racione ordinis sui vel concessionis apostolice illam sibi arrogant potestatem, ipso facto iurisdiccio negociorum forensium, que ipsis prelatis lucrosa existit, necnon et possessio bonorum ecclesie temporalium aput illos prelatos diucius non manebit. Cur enim habebunt carnalia bona ecclesie, qui spiri-

---

24) Exo. (?) *A.*

a) Cum — *usque ad vocem ultimam huius signi* obiecit *om. ed. (cf. infra p. 314, n. a).* b) spiritus sancti *A.*

tualia non ministrant? I. Cor. IX: „Nescitis, quoniam qui in sacrario laborant, de sacrario edere debent, et qui altari deserviunt, de altari participantur?“ Sicut corpus sine anima non vivit, ita nec bona ecclesie temporalia sine spiritualibus diu stabunt, I. Cor. III: „Si quis obiecit.“

Tricesimum quintum signum est, quoniam pseudo, cum examinantur sive probantur, utrum sint veri apostoli vel mendaces, non pacienter sustinent[a]), sed pocius illos, qui sic probare eos volunt, persecuntur [et] se iungunt ad persequendum illos eis, qui per terrenas potestates veritatem persecuntur, sicut quidam fecerunt pseudo in primitiva ecclesia contra episcopum Ephesinum, cui dicit dominus Apok. II: „Scio“, id est approbo, „opera tua et laborem tuum“, id est tribulacionem, „et quoniam non potes sustinere malos.“ Glossa: „Quin emendes et expellas“. „Et probasti eos, qui dicunt apostolos se esse, et non sunt.“ Glossa: „Id est [eos, qui] missos se a deo dicunt, ut facilius decipiant.“ „Et invenisti eos mendaces, et pacienciam habes.“ Glossa: „Id est in hiis, qui convicti[b]) per terrenas potestates vim ingerunt“. Non[c]) sunt veri apostoli, sed pseudo.

Tricesimum sextum signum est, quod veri apostoli non vadunt predicatum eis, qui per alios sunt conversi, sed pocius [sese accingunt] ad alios convertendos, qui nondum sunt conversi, „ne super alienum edificium[d]) edificent“, sicut fecit beatus Paulus, Rom. XV[e]): „Ita laboravi, ut ab Jerusalem per circuitum usque [ad] Illiricum [mare] repleverim ewangelium Christi.“ Glossa: „Id est plene predicaverim.“ „In quo magna spiritus sancti apparet virtus, quod[f]) tot gentiles per me ewangelium receperunt.“ [Et infra:] „Sic autem [f. 194[b]] predicavi ewangelium, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum edificarem.“ Glossa: „Ne predicarem iam per alios conversis.“ Item II. Cor. X: „Non sumus in inmensum gloriantes in alienis laboribus.“ Glossa: „Ubi alius fundamentum posuisset. Hoc enim [facere] esset gloriari in inmensum.“ Item in eodem: „Non habentes spem gloriari in aliena regula“, [scilicet] „in hiis, que preparata sunt.“ Glossa: „Ab aliis predica-

6) 35[m] *A.* 20) 36[m] *A.*

a) quod faciunt veri apostoli *add. ed.* b) In malis, quae ipsi coniuncti *ed.* c) Non — pseudo *om. ed.* d) fundamentum *ed.* e) Rom. 15 *ed.* f) *ita ed.;* et *A.*

toribus, quia hiis predicabat apostolus, quibus non erat anunciatum, ut gloriam suo labore quereret.“ Illi ergo predicatores, qui non vadunt ad convertendos, sed pocius ad conversos, habentes proprios apostolos, id est proprios episcopos et sacerdotes proprios, et ita gloriantur in plebibus alienis, non sunt veri apostoli, sed pseudo[a]).

Tricesimum septimum signum est, quod veri apostoli, quando mittuntur, vadunt in suam legacionem, non ad alienam, sicut Paulus ad gentiles missus, ivit predicaturus ad illos. Act. XIIII[b]): „Segregate michi Paulum et Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos.“ Glossa: „Juxta edictum Jacobi Cephe et Johannis ad magist[eri]um gencium profectus est.“ Sed illos predicatores, quos[c]) prius spiritus sanctus constituit supra pedes suos, (in qua specie situs minus tangitur terra), [id est illos predicatores, qui minus habent de bonis terrenis, propter quod expediciores sunt ad mittendum, quocumque domino placet, illos inquam misit dominus ad predicandum, non orthodoxis, sed infidelibus], sicut Ezechielem prius[d]) spiritus domini constituit super pedes suos[e]), tunc primo dixit ei: „Fili hominis, ecce, ego mitto te ad gentes apostatrices, que recesserunt a me“, id est „ad Judeos, ad hereticos et illos gentiles, qui aliquando fuerunt christiani, sicut sunt Egypcii et Babylonii, et omnes, qui tenent legem Macometi.“ Tales vero si vadant[f]) ad orthodoxos, qui proprios habent apostolos, scilicet episcopos suos et presbiteros suos, non vadunt in suam legacionem, sed in alienam. Unde non sunt veri apostoli, sed pseudo. Et summe timendum est, ne per tales periclitetur ecclesia, nisi expellantur ab ea, sicut accidit de Yona, qui cum a domino missus fuisset Nyniven, que interpretatur „spaciosa“, non ivit illuc; sed fugere voluit a facie domini in Tharsum, que interpretatur „exploracio gaudii.“ Et ideo navis, in qua transfretare[g]) voluit in Tharsyn, periclitabatur, donec inde eiectus est ipse Jonas, Jonae I. et II. Ita isti missi ad predicandum „Nynivitis“, id est illis, qui ambulant in spaciosa, que ducit ad mortem, id est infidelibus

---

7) $37^{m}$.

a) seu pseudo *add. in m. A.* b) Act. 13 *ed.* c) qui stant super pedes suos *ed.* d) Unde Ezech. 2 „Postquam“ *ed.* e) in qua specie situs minus tangitur terra *uncis repetitur in ed.* f) vadunt *ed.* g) in quam ascenderat, ut transfretaret in Tharsin *ed.*

supradictis, non vadunt ad eos iuxta preceptum domini, sed aliorsum convertuntur, fugientes a facie domini „in Tharsin“, que interpretatur „exploracio gaudii“ sive „leticie“, [id est] vadunt ad illos, qui recipiunt eos letanter et cum gaudio et bene procurant eos, id est ad bonos et ad devotos christianos. Et ideo timendum est valde, ne navis, in qua sunt, id est ecclesia, periclitetur, nisi ipsi eiciantur aut nisi eant in suam legacionem. Et ideo non sine causa dixit apostolus de talibus pseudo II. Thi. III: „Et hos devita.“ Glossa: „Tales“, quasi diceret, dum sunt tales, id est pseudo, devita eos.

Tricesimum octavum signum est, quoniam veri apostoli non iactanter[a]) locuntur, nec sibi attribuunt, nisi que facit dominus per eos; Ro. XV. dicit Paulus: „Non audeo enim aliquid loqui eorum, que per me non effecit deus.“ Glossa: „Id est loquor tantum, que per me“, id est „ministerio meo Christus effecit.“ Illi ergo, qui multa iactanter loquntur et nisi sibi attribuunt, que per eos fiunt[b]), non sunt veri apostoli, sed pseudo.

Tricesimum nonum signum est, quod veri apostoli non intendunt nec nituntur racionibus loycis aut sophisticis, I. Cor. II: „Veni non in sublimitate sermonis aut sapiencie.“ Glossa: [„Non veni], ut racionibus loycis aut sophisticis illud confirmarem.“ Illi ergo predicatores, qui huiusmodi racionibus intendunt et innituntur, non sunt veri apostoli, sed pseudo. Exemplum[c]) de Clemente obiciente Petro de pulice et camelo.

Quadragesimum signum est, quoniam veri apostoli non amant carnaliter[d]), sed odio habent, quidquid obsistit eis in servicio dei, Luce XIIII: „Qui non odit patrem suum et matrem suam et sorores et fratres, adhuc autem animam suam propter me, non potest esse meus discipulus.“ Glossa: „Id est, qui non odit, quidquid ei obsistit in servicio dei, non est dignus meo apostolatu vel[e]) discipulatu, nec potest in eo permanere, sicut Judas“[f]). Cum ergo veri apostoli sint veri discipuli domini, relinquitur, quod illi predicatores, qui nepotes et consangwineos, quamvis indignos, promovent ad proventus et honores eccle-

11) $38^{m}$ *A.* [18) $39^{m}$]. [25) $40^{m}$].

[a]) iactantur *A; ita et infra.* [b]) non fiunt *false A et ed.* [c]) Exemplum — camelo *om. ed.* [d]) carnalia *ed.* [e]) apostolatu vel *om. ed.* [f]) sicut Judas *om. ed.*

siasticos contra dei voluntatem, vel aliud faciunt, quod eis obsistit in servicio dei, non sunt veri apostoli, sed pseudo.

Quadragesimum primum signum est, quod veri apostoli non procurant sibi amicicias huius seculi, Jacobi IIII: „Qui wlt amicus fieri huius seculi, inimicus dei constituitur", id est statuetur. Illi ergo predicatores, qui sibi procurant amicicias huius seculi, non sunt veri apostoli, sed pseudo[a]).

Quadragesimum secundum signum[b]) est, quoniam cum pseudo ex potestate, quam habent, non sunt[c]) ewangeliste aut dispensatores sacramentorum, tamen vivere volunt de ewangelio, non de labore manuum, contra illud apostoli II. Thy. III: „Neque gratis manduca[vi]mus panem ab aliquo", etc. Glossa: „Tunc isti pseudo multo magis vivere debent de labore, qui non habent potestatem aut auctoritatem, quam habemus", scilicet potestatem „vivendi de ewangelio." Et hoc expressius dicit Augustinus in libro De opere monachorum in hiis verbis: „Isti autem fratres nostri temere sibi arrogant, quantum estimo, quod [eiusmodi habeant potestatem, scilicet vivendi de evangelio. Si enim] ewangeliste[d]) sunt, si ministri altaris sunt, si dispensatores sacramentorum sunt, fateor, habent." Quasi dicat, „si tales non sunt, non habent potestatem vivendi de ewangelio." Illi ergo predicatores, qui cum non habeant potestatem vivendi de ewangelio aut dispendendi sacramenta ecclesiastica, utpote quia[e]) plebem non habent nec presunt regimini animarum, vivere volunt de ewangelio, non sunt veri apostoli, sed pseudo, et cetera.

---

3) $X^aLI^m$ *A.* 8) $XL^nII^m$ *A.* Hoc signum habetur ante in 10 *[recte* 9] *A alia manu.*

a) *post hanc vocem sequuntur in ed. duae sententiae, quarum prima incipit hisce vocibus:* Cum igitur veritas divinae scripturae sit infallibilis; *explicit autem altera hoc modo:* Igitur sicut corpus sine anima non vivit, ita nec bona ecclesiae corporalia sine spiritualibus diu stabunt, I. q. I. cap. „Si quis obiecerit" *(vide supra p. 310, lin. 7 sq.). Hic est etiam finis totius tractatus „De periculis novissimorum temporum", ut in editione Constantiensi legitur (p. 72).* b) *hoc signum ponitur in editione prout signum nonum (p. 60).* c) sint *ed.* d) dei ew. *A;* sicut *A et ed.* e) qui *ed.*

## Capitulum decimum quartum.

*[Sermo Magistri Guillielmi de Sancto Amore in die sanctorum apostolorum Jacobi et Philippi]*[a]).

„Qui amat periculum, peribit in illo. [Factus] iste est sermo domini in corde meo quasi ignis exestuans.“

Verbum secundum[b]) propositum scribitur III° Jeremie[c]), qui propter verbum domini, quod anuncciabat, multa obprobria sustinuit et tribulaciones[d]), et tandem prorupit in hec verba, dicens: „Factus est sermo domini“, etc. Et subdit: „Audivi multorum contumelias et terrores. Dominus autem mecum est, tanquam bellator fortis.“

Hec verba sunt ipsius prophete et hec verba pro me possum dicere. Ego scio quedam pericula ecclesie inminere, et non potest esse[e]), quin eveniant. Unde non possum tacere, sed oportet, quod [ea] manifeste[f]), secundum quod possum ex scripturis elicere, scilicet[g]) quia non placet omnibus audire huiusmodi pericula, ideo quidam audientes me de hiis [loqui], derident[h]). Sed[i]) hoc est ad utilitatem meam, et ideo non obmittam veritatem dicere, que est toti ecclesie utilis. Et ut possim ardencius et diligencius stare[k]), in principio rogemus dominum, etc.

„Qui amat periculum, peribit in illo“. Verbum[l]) bene scribitur illud in Ecclesiastico. In quo ostenditur, quomodo illi, qui pro posse suo amant et querunt periculum, necesse habent perire in illo[m]). Et hoc est, quod dicitur Ysaie: „Propterea ductus est

---

4) Nota bene (et compara?) ad presens tempus *A.* 4) Eccli. 3° *A.* 6) Hiere. 3° *A.* 22) Ecci. 3° *A.* 25) Esa. 5° *A.*

a) *in cod. A sequens sermo Mag. Guillielmi de Sancto Amore non ponitur prout sermo distinctus, sed inseritur tractatui „De periculis novissimorum temporum“ prout „capitollum decimum quartum“. In editione Constant. sermo hic legitur pp. 491—506, „desumptus ex illo codice, qui Basiliae impressus est anno domini 1555, sed sublatis mendis innumeris“ (cf. Indicem).* b) Verbum secundo propositum *ed.* c) in Jeremia cap. 20 *ed.* d) et ignominias *add. ed.* e) fieri *add. ed.* f) *ita ed.;* quod manifeste, secundum *A.* g) *ita ed.;* sed *A.* h) et detrahunt mihi *add. ed.* i) Sed habeo veritatem mecum. Unde si me derident *add. ed.* k) facere . . oremus *ed.* l) Verbum istud scribitur in Ecclesiastico cap. 3 *ita ed., cuius textus etiam inferius plures varias lectiones praebet; quas omnes annotare non curavimus, quoniam de manibus editoris proveniunt.* m) illis *false A.*

populus in captivitatem, quia non habet scienciam.“ Anima enim sine sciencia perit[a]). Salomon: „Iniquitate sua morietur quia non habet disciplinam, et in multitudine stulticie sue decipietur.“ Peccator, scilicet qui non habet disciplinam, quia hii qui non habent scienciam de vitandis periculis, peribunt. Omnia mortalia peccata pericula sunt, nec quelibet pericula, sed pericula mortis eterne. Sed inter pericula parva et magna id, quod est duorum vel trium vel decem vel centum, est magnum periculum[b]), et ideo de tali periculo, quod est omnibus commune, est maxime timendum[c]).

Unde quidam mirantur, quare ego non predicem de luxuria, superbia, avaricia et gula, sed de peccato ypocrisis specialiter; et eciam detrahunt michi aput magnates et in curia domini pape; et [dicunt], quod ego non predico contra pompam mundi nec contra luxuriam, sed contra ypocritas tantum. Sed hec est racio, quia ego facio: quia si medicus aliquis esset, qui totum haberet mundum in cura sua et videret, quod fere omnes essent in una magna infirmitate, et duo vel tres haberent unam modicam infirmitatem, non reputaretur ille bonus medicus, nisi maiorem curam et sollicitudinem adhiberet illi gravi infirmitati [omnium], quam modice infirmitati istorum duorum vel trium. Sic et in hac parte dico, quod omnia peccata mortalia, quotquot sunt, sunt pericula; sed totus mundus hec peccata non facit, quia nec regnat in bonis religiosis luxuria, nec in bonis artibus[d]) regnat avaricia, et sic de aliis. Et ideo [dico a pari, quia] periculum aliorum peccatorum non est commune omnibus, sicud est peccatum ypocrisis, quo fere tota ecclesia vel pro maiori parte infecta est, et ideo de tali periculo valde est utile predicare, ut illi, qui audiunt, ab hoc possint se custodire. Unde obmissa communi delectacione[e]) et laude sanctorum apostolorum Philippi et Jacobi, quorum[f]) est festum, de istis periculis videamus.

Circa hec pericula quinque possunt notari.

Primo enim ostendendum est, quod hec pericula debent venire. Secundo, quod sunt[g]) hec pericula. Tercio, per quos

2) Prover. 5 *A.*

a) *ita emend. in ed.;* anima enim sciencia sive peribit *(sic) A.* b) *post hanc vocem add. in ed.:* Sed periculum, quod omnibus et toti ecclesiae imminet, maximum est periculum. c) curandum *ed.* d) activis *false ed.* e) omissa commendatione *ed.* f) hodie *add. ed.* g) quae sint *ed.*

venient hec pericula. Quarto, quibus modis hec pericula mittentur[a]) in mundum. Quinto, quomodo isti, per quos venient, sunt congnoscibiles.

Primo ergo videndum est, quod hec pericula debent venire, et [quod debeant venire], ostendo per has auctoritates, scilicet per apostolum et ipsum Christum. Apostolus enim dicit ad Thi.: „Hoc autem scitote, quod in novissimis temporibus instabunt tempora periculosa.“ Ergo pericula venient. Sed Christus dicit in ewangelio, quod „erit ante tanta tribulacio, qualis non fuit ab inicio mundi“; et dicit inter pericula, que minatur debere venire ante ipsum Antichristum[b]). Et posset probari hoc per alios testes, sed isti sufficiunt. Unde constat, quod pericula venient.

Secundo videndum, que sint hec pericula, que venient. Dico[c]) autem vobis, que sint hec pericula, et nichil addam de meo, sed per scripturam ostendam. Dicit II. Jere.[d]): „Unusquisque a proximo suo se custodiat et in fratre suo non habebit fiduciam.“ Hoc est magnum periculum, nec solum corporis, sed eciam anime, quia de salute anime in nullo potest se homo certificare. De hoc periculo dicitur Mich. I[e]): „Noli credere amico, noli confidere in duce[f]); ab ea, que dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.“ Nonne hoc est magnum periculum, quod vir uxori sue, cum qua ipse corpus unum est, suum secretum manifestare non poterit? Unde Glossa super illud: „Noli credere amico tuo“ [dicit:] „id est pseudoprophetis, qui fingunt se amicos, [f. 195[b]] et non sunt.“ Pseudo sunt falsi prophete[g]). Ad idem dicit dominus in ewangelio Mat.: „Frater tradet fratrem in mortem et pater filium et insurgent filii in mortem patris.“ Nonne erit illud magnum periculum? Et inpossibile est hoc non evenire, quia veritas hoc dicit, et ideo oportet, quod eveniant. Multa alia [erunt] pericula, sed hec ad presens vobis dico.

Tercio videndum est, per quos hec pericula venient. Sed numquid venient hec pericula per principes vel barones[h])? Certe non principaliter, tamen illi, per quos venient, multos habebunt principes[i]) pro se. Sed numquid venient per milites

---

[a]) illi mittent *ed.* [b]) Christum *ed.* [c]) Dicam *recte ed.* [d]) Unde dicitur Jeremiae 9 *ed.* [e]) *in marg. add. A.* [f]) et in carne *false A.* [g]) Pseudoapostoli sunt pseudoprophetae *ed.* [h]) primo *add. ed.* [i]) et barones *add. ed.*

annatos vel burgenses bene vestitos? Certe non, sed per illos, qui pretendunt speciem sanctitatis exterius, intus vero pleni sunt dolo et malicia. Et quod ita, sic ostendo per apostolum, qui dicit[a], postquam enumeravit multa pericula ventura, dicit, quod per illos evenient, qui plus de suo honore quam de dei laude querunt[b].

[Sed quomodo scietur hoc, quod plus honorem suum quam dei laudem querunt?] Unum[c] signum est ad hoc, quod plus se quam veritatem diligunt, quia eciam non possunt audire, quod veritas de ipsis dicatur. Unde dicit Gregorius in Pastor.: „Qui perverse wlt agere et ad ea ceteros wlt arcere, ipse sibi testis est, quoniam plus [de suo honore, quam de dei laude querit[d]. Unde signum est ad hoc, quod plus] se quam veritatem wlt diligi, quam contra se non wlt defendi.“ Et apostolus dicit, quod plus amabunt se quam veritatem, et nolunt, quod de eis malum dicatur. Unde super illud ad Cor.: „In karitate non ficta“, Glossa Augustini: „Pseudo simulant caritatem, ut facilius decipiant.“ Ergo hec pericula sunt ventura[e] per illos, qui pietatem et caritatem simulant. Unde dicit apostolus: „Nemo vos seducat, volens in religione angelorum“, scilicet in illis, qui videntur angeli, scilicet per honestam conversacionem exterius. Angeli enim nuncii domini, quod exponit dominus, dicens: „Qui videntur enim nuncii dei, per speciem et sanctitatem religionis facile possunt homines decipere.“ Sic ergo patet per predicta [testimonia] sanctorum, quod pericula per illo[s] eveniant, qui foris speciem sanctitatis pretendunt ad hoc, ut facilius decipiant.

Sed quoniam aliqui sunt, qui melius credunt verbis Christi quam sanctorum, unde testimonium Christi ad hoc inducam[f]; et tamen sanctis credendum est, sicut Christo, [quia] quod sancti dicunt, Christus dicit, quia[g] dicitur in ewangelio: „Non vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.“ Sed ad maiorem confirmacionem videte, quod Christus ipse dicit [Matth. 24], ubi loquitur de periculis, que ventura sunt ante tempora Antichristi. Dicit enim sic: „Multi pseu-

---

a) 2. ad Timot. 3 *ed.* b) et isti erunt pleni peccato et praetendentes „speciem pietatis“, Glossa: „id est religionis“ *add. ed.* c) unde *A.* d) querunt *A et ed.* e) venient *ed.* f) *ita ed.;* inducere *A.* g) sicut *seq. in A.*

doprophete surgent et seducent multos." Glossa: „Qui in humilitate et falsa religione ambulant." Et isti multos decipient; unde dicit apostolus: „Nam huius[modi] pseudoapostoli sunt operarii subdoli et transfigurantes se in apostolos Christi. Et non est mirum. Ipse enim angelus Sathane transfiguravit se in angelum lucis. Nec est magnum mirum, si ministri eius transfigura[n]t se in apostolos, qui sunt ministri dei." Super illud verbum [„Subdoli"] Glossa Augustini: „Callide sub specie religionis decipientes."

Sed dicet aliquis: Domine[a]), bene videmus, quod pericula per tales venient, qui pretendunt speciem dignitatis et sanctitatis, sed tamen de bonis[b]) hoc non est verum. Bene, concedo hoc, sed tamen istorum, per quos pericula venient, erunt opera de genere bonorum. Non miremini, quod prophetas predicatores voco, [quia dicit] Glossa: „Prophetas, id est scripturarum explanatores." Quod autem faciunt opera de genere bonorum, hoc dicit dominus: „A fructibus eorum congnoscetis eos." Glossa: „Per fructus perdurabiles." Sed dicit alia Glossa, quod non debent attendi opera, que ostendunt. Unde Glossa: „In conspectu hominum similes sunt ministris iusticie, dum ieiunant, orant, elemosinas dant, sed isti non sunt fructus eorum, quia hoc faciunt, ut decipiant."

Sed nunc dicet aliquis: Nonne credendum est eis omnibus, quoniam predicant de peccatis? Certe non omnibus talibus est[c]) credendum, quia dicit dominus in ewangelio: „Multi venient in die illa, dicentes: Domine, nonne in nomine tuo predicavimus, demones eiecimus, virtutes fecimus[d])? Et dominus respondet: Discedite a me, qui operamini iniquitatem. Et [hec] dicet talibus in iudicio. Non ergo omnibus est credendum, qui bene de peccatis predicant.

Sed tunc adhuc[e]) dicet aliquis: Si videamus, quod bene predicent, non eis est credendum[f]); [si videamus, quod faciunt miracula et virtutes, numquid credendum? Certe non,] quia dominus quandoque[g]) per tales miracula facit, propter conversionem et utilitatem eorum, quibus predicant. Sed tamen propter hoc non est [eis] magis credendum. Unde [super illud verbum

---

[a]) *om. ed.* [b]) *ita in ed.;* sed mente bonis *A.* [c]) sed *false A.*
[d]) *sup. lin. add. A.* [e]) ad hoc *A.* [f]) *ea, quae sequuntur, valde secundum editionem adimpleri atque corrigi necesse fuit.* [g]) quando *A.*

„Virtutes multas fecimus"], dicit Glossa: „Maxime cavendum est ab hiis, qui miracula faciunt propter nomen Christi, que [cum] propter perfidos dominus fecit, [monuit tamen, ne ab illis decipiamur] nec putemus ibi esse invisibilem sapienciam, ubi est visibile miraculum. Quam mundo ergo et simplici oculo opus est, ut inveniatur sapiencia inter tantos deceptores ypocrisis." Et tales habebunt habitum sanctitatis. Unde [super illud] apostoli: „Et apertum est quartum sigillum et audivi vocem quarte bestie. Et dixit: Veni et vide. Et ecce, equs pallidus et qui sedebat super illum. Nomen illi mors", Glossa dicit, quod Johannes ponit duas prophecias et ponit triplicem persecucionem ecclesie [signatam] per triplicem equum, quem vidit, scilicet equum rubeum[a]), nigrum et pallidum. Sensus [est], [et] non verba. Et dicitur ibi, quod per equum ruffum significatur persecucio ecclesie facta per tyrannos, qui seviciam suam in apostolos et sanctos martyres exercuerunt. Per nigrum equum significatur persecucio ecclesie facta per hereticos tempore [f. 196[a]] beati Augustini et Hylarii; tempore enim illorum magnam sustinuit ecclesia persecucionem ab hereticis. Sed equus pallidus significat persecucionem ecclesie inminentem per ypocritas. Unde dicit Glossa: „Igitur videns dyabolus per apertos[b]) tyrannos et manifestos hereticos [se] nil proficere, premittit falsos fratres, qui sub habitu sanctitatis homines decipiant et subvertant." In veritate dyabolus per tyrannos ecclesiam subvertere nitebatur in hoc, quod apostolos et alios sanctos sub morte perdidit. Sed in veritate in hoc ecclesia magis exaltata est et sublimata, [sicut patet in Francia in duobus locis. Per mortem sancti Dionysii ecclesia apud sanctum Dionysium ditata est, et ipse] rex cum omnibus suis ad fidem conversus est. Hoc eciam patet [in] ecclesia Remensi, que per mortem sancti Nicasii dedicata[c]) est et sublimata. Unde cum videret dyabolus, quod per tyrannos multiplicaretur et confirmaretur, misit postea hereticos, in quos sanctus Hilarius et sanctus Augustinus fidem defenderunt in tantum, quod heresis ablata est. Et [videns], quod per illos duos equuos nichil posset proficere, ultimo misit equum pallidum, id est ypocritas falsos contra[d]) sanctum ordinem et fratres sanctos inique et perverse et dolose agentes,

---

a) rufum *ed.* b) se apertos *A.* c) ditata *ed.* d) contra — agentes, et *om. ed.*

et qui sub habitu superbie ecclesiam perturbant et[a]) venenum ipsorum maledictum effundunt in fratres probos, honestos et discretos et sanctos. Et hec persecucio tercia ypocritarum erit maior aliis duabus precedentibus, sicut dicit Augustinus in Glossa super psalterium, super primum „Confitebor."

Quid ergo faciendum, cum non sic est credendum habitui eorum nec miraculis nec ieiuniis eorum nec oracionibus? Certe hoc idem loquitur in Glossa et respondetur, „quoniam[b]) mundo corde[c]) et simplici oculo opus est, ut inveniatur sapiencia inter tot deceptores. Magnum est ergo periculum, cum pericula ecclesie inminencia per tales eveniant, quibus homines credunt. Gregorius: „Nemo plus in ecclesia dei nocet[d]), quam qui perverse agens, habet dignitatem et honorem"[e]). Et Augustinus dicit de falsis religiosis: „Sicut non inveni meliores, quam qui in monasterio profecerunt, sic non inveni deteriores, quam qui in claustro defecerunt." Patet ergo, quod pericula sunt ventura et que sint et per quos venire debent, quoniam per illos, quibus homines credunt[f]). Et in hoc maxime consistit periculum.

Quarto videndum est, quomodo venient isti, qui pericula inducunt. Et apostolus ostendit in multis locis, quod isti erunt, qui non habent curam animarum et per totum mundum predicabunt et pungnabunt[g]) pro prelaturis et dignitatibus habendis. Isti sunt falsi apostoli, qui predicabunt non missi, quia sicut dicit apostolus: „Quomodo predicabunt, nisi mittantur?", ibi dicit Glossa: „Non sunt veri apostoli, nisi sint missi." Duo enim genera tantum predicatorum missa sunt, videlicet XII apostoli, Luce c. X., et LXXII discipuli, Luce. Et dicit Glossa, quod apostoli sunt prelati[h]) sive episcopi, discipuli presbiteri. Unde dicit Glossa: „Apostolorum formam episcopi tenent, sed discipulorum formam tenent presbiteri." Verumtamen alii sunt vicarii, sicut archidiaconi vicarii episcoporum, et isti possunt supplere vicem episcoporum. Unde apostolus ad Cor.: „Opitulantes", [Glossa:] „id est episcopis opem ferentes, ut archidiaconi episcopis." Episcopus enim, si non wlt in sua dyocesi, non potest predicare, sicut nec in dyocesi alterius, nisi vocatus,

---

a) et venenum — et sanctos *om. ed.* b) Quam *ed.* c) corde *in marg. add. A.* d) *in marg. A.* e) nomen habet sanctitatis et ordinis *ed.* f) credent *et inferius* inducent . . . habebunt *A.* g) pungnabunt — apostoli, qui *om. ed.* h) prelati sive *om. ed.*

(et de hoc IX. q. III., ut per totum, et in decreto „Hortamur“, V. q. III.), quia nullum officium episcopus extra suam dyocesym exercere potest, nisi requisitus sit, nec presbiter extra suam parochiam. Et quod dico de episcopis, intelligendum de archiepiscopis et maioribus prelatis, ut dicit apostolus, quod qui wlt predicare, non missus, predicacio sua non est propter honorem dei, sed se honorare querit, quia „non quem homines commendant, ille probatus est, sed quem deus commendat.“ Glossa: [„Qui predicat non missus,“] [talis] non est ydoneus, sed presumptor et reprobus. Et tales separantur a Christo. Unde super illud Cor. II: „Qui gloriatur, in domino glorietur“, [dicit Glossa Augustini: „In domino glorietur, quod non potest,][a] qui non est missus, talis enim si predicat, gloriam suam querit.“

Sed isti, qui sic predicabunt non missi, quomodo poterint decipere, cum ipsi bona dicant, quia videtur, quod ex hoc fides pocius confortetur, quam debilitetur? Et ad hoc ego nequaquam[b] dico, quod quando ipsi predicabunt, in suis predicacionibus tantum laborabunt ad bene loquendum et predicabunt, quod eorum predicacio laycis plus [placebit quam predicacio prelatorum], licet tamen ipsi non dicant aliud quam prelati. Sed quia habebunt verba polita magis et ornata, ideo magis diligetur[c] eorum predicacio, sicut apostoli similiter predicabant, sed pseudoapostoli tantum circa ornatum verborum laborabant, quod carius audiebantur, quam ipsi apostoli. Unde dicit apostolus ad Cor.: „Existimo nichil aliud dixisse a magnis apostolis.“ Glossa: „Que[madmo]dum faciebant pseudo, a quibus idem audiebant, sed verbis conpositis, quod [audiebant] ab apostolis inconpositis[d] verbis.“ Et iterum[e]: „Horum nuncii iam quidam sunt, sed plures in fine futuri erunt“. Et dicit Augustinus super illud apostoli: „Etsi inperitus sermone, tamen non[f] sciencia.“ Glossa: „Non erant apostoli eloquentes, sed pseudoapostoli verba conponebant.“ Glossa[g]: „Eorum, que proferebant pseudo“, sed prelati modo tantum dicere curant veritatem [f. 196[b]], alii vero ornant verba sua. Unde super illud[h]: „Non sumus querentes ab hominibus gloriam“, Glossa: „Tangit pseudo, qui se magis quam doctri-

---

[a]) *ita em. in ed.;* in se, nunc glorietur *A.* [b]) *om. ed.* [c]) diligetur *om. ed.* [d]) *ita ed.;* et conpositis *A.* [e]) verum *A.* [f]) *ita ed.;* tantum in *A.* [g]) Glossa: „Corinthii praeferebant pseudo veris apostolis causa accurati sermonis“, quia apostoli non nisi veritatem dicere curant, *etc. ed.* [h]) I. ad Thess. 2 *add. ed.*

nam dei commendare volebant. Apostolus autem, qui non ad presens, sed in futuro gloriam querebat, se humilem faciebat, ut eius predicacio exaltaretur.“ Et eciam est Glossa Augustini: „Quia quando apostolus multos convertit ad fidem Christi, noluerit, quod hoc attribueretur sciencie et eloquencie huius mundi, sed divine potencie et bonitati.“ Sed multi sunt, qui plus desiderant, quod dicatur de eis: „Iste bene predicat vel predicavit“, quam: „Predicator iste fructum fecit[a]) deo.“ Sed apostolus dicit[b]): „Non in doctis humane sapiencie verbis“, etc. Et per hunc ornatum verborum facient, quod nobiles et magnates, layci et clerici eciam pro magna parte, eis obedient et adherebunt[c]). Unde tunc erit tempus, quod subditi suos prelatos non diligent, nec prelati subditos. Et ideo dicit apostolus ad Thy.[d]): „Oportet episcopum nomen bonum habere ad eos, qui foris sunt, ne incidat in contemptum et odium et in laqueum dyaboly.“ Glossa Augustini: „Ut non incidatis in contemptum aput fideles, et ex hoc sequitur odium contra illos.“ Et tunc erit magnum periculum.

Sed numquid faciet iste[e]) plus? Certe sic. Unde dicit apostolus in prophecia sua[f]): „Et bene dico in prophecia“, que est prophecia apostoli, que revelat per spiritum sanctum futura. Et ibi dicit apostolus: „Ex hiis sunt, qui penetrant domos et captivas ducunt mulierculas“, quia laborabunt ad hoc, ut sciant consciencias hominum, et primo mulierum et per illas consciencias virorum, sicut dyabolus seducendo Ewam Adam seduxit. Glossa ad literam: „Domos ingredimur.“ Qui vero violenter wlt intrare domum, non facit viam, per quam[g]) intret locum, dum[h]) modo intret. Franget ergo domos, id est conscienciam. Quod autem domus sit consciencia, dicit Ecclesiasticus[i]): „Precurre prior in domum tuam.“ Glossa: „Id est in domum consciencie nos recipiamus.“ Ille autem frangit domum, qui conscienciam aliter quam per hostium intrat. Hostium consciencie est ille, qui habet curam animarum, et qui aliter[k]) quam per illum intrat in consciencias hominum, latro est, testimonio do-

[a]) fructum faciendo feret *ed.* [b]) I ad Corinth. 2 *add. ed.* [c]) ad — *sup. lin. add. A.* [d]) 1. ad Timoth. 3 *ed.* [e]) isti facient *ed.* [f]) 2. ad Timoth. 3 *add. ed.* [g]) vim, per quem *A.* [h]) dum m. i. *om. ed., addens:* Frangit ergo domum. Sed quo modo? Mediante securi? Immo frangit domum, id est conscientiam. [i]) cap. 32 *add. ed.* [k]) aliunde *ed.*

mini[a]): „Qui non intrat per hostium in ovile ovium, fur est et latro.“ De hac domo, quam isti sic frangunt et penetrant[b]), dicitur alibi: „Ne recipias omnem hominem in domum tuam, multe enim insidie dolosi.“ Et [est] in Ecclesiastico[c]). Non cuilibet conscienciam vestram[d]) manifestare debetis in confessione, quia quidam sunt dolosi, qui plus de sua laude, quam de salute animarum curant. Unde sequitur ibidem: „Alieni instruent te et alienabunt te a viis propriis.“ Scilicet[e]) si confiteris illi, qui non habet clavem de consciencia tua, nec ipse potest absolvere animam tuam, quia talibus plus credent homines, quam suis episcopis vel presbiteris. Isti ergo frangunt[f]) domos. Sed quare? Racio huius statim sequitur post: „Et captivas ducunt mulierculas honeratas peccatis per varia desideria.“ Quando scilicet subditos extra potestatem sui prelati ducent, et hoc est satis magnum periculum, et hoc dicit apostolus [et] spiritus sanctus super apostolum[g]).

Sed numquid plus facient? Certe [sic], quia [quemadmodum] Yamnes et Mambres restiterunt Moysi, sic et ipsi resistent veritati. Isti enim fuerunt duo incantatores et restiterunt Moysi in Egypto et fecerunt miracula per incantaciones suas, ita quod rex non credebat Moysi; sic et isti resistent veritati. Sed postea quid? Erunt homines mali et corruptores fidei [et erunt] errantes et [in] errorem mittentes. Unde dicitur ad Thy. I[h]): „Spiritus autem manifeste dicit, quod in novissimis temporibus quidam a fide abscedentes erunt.“ Unde super illud psalmi[i]): „Constitue, domine, legislatorem super eos“, ut in primo „Confitebor“, Glossa Augustini: „Scilicet latorem paterne legis.“ Nec solum Antichristus facit[k]) malam legem, sed membra eius multas malas leges faciunt.

De istis novis periculis iam habemus[l]), scilicet librum primum, qui dicitur E w a n g e l i u m  s e m p i t e r n u m[m]), et non vidimus, non nisi mediam[n]) partem illius libri. Et audivi, [quod]

---

a) Joan. 10 *add. ed.* b) penetrabunt et frangent *ed.* c) Et est in E. cap. 11 *add. ed.* d) tuam — debes *ed.* e) Sed *A.* f) frangent *ed.* g) per ipsum *ed.* h) 1. ad Timoth. 4 *ed.* i) Psalmi 9 *ed.* k) faciet — facient *ed.; nota, codicem nostrum A ubique tempus praesens loco temporis futuri, quod in editione legitur, ponere.* l) quaedam Parisiis *add. ed.* m) qui vocatur Ev. Aeternum *ed.;* Aeternum *etiam infra.* n) et nos vidimus non modicam *ed.*

ubicumque liber sit, ille tantum et plus continet[a]) quam tota biblia. Et in eo docetur, quod Christus non est deus[b]), quod sacramentum ecclesie nichil sit et quod ewangelium Christi non sit verum ewangelium. Et docetur ibi, quod ille liber sit ewangelium spiritus sancti et dicitur [esse] ewangelium sempiternum. Et dicitur ibi, [quod] tantum adhuc per sex[c]) annos ewangelium Christi predicabitur. Nec [sunt] illius libri pericula penitus nova, ymmo sunt LV.[d]) anni, quod primo fuerat inchoatus[e]). Et ideo dicitur, quod illi, per quos pericula venient, dabunt aliam legem vivendi et aliter disponent ecclesiam. Quod est valde[f]) execrabile et abhominabile dictum[g]), quia ecclesia, que[h]) tenet fidem Christi, est disposita ad modum illius, quem ostendit Moysi[i]) in monte, ubi dicitur[k]): „Inspice et fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est." Hec eciam ecclesia ordinata est ad modum celestis yerarchie[l]), quia dominus ostendit apostolo Paulo ecclesiam triumphantem, ad cuius exemplar et similitudinem ipse ecclesiam militantem ordinavit. Dicit enim Dyonisius in Yerarchia angelica, quod quidam gubernant, quidam gubernantur. Sed et in yerarchia ecclesiastica esse debet, quia quidam [f. 197a] debent gubernare, debent quidam gubernari. Illi, qui gubernant, sunt episcopi et[m]) presbiteri. Sed gubernandi sunt in triplici gradu, [videlicet christiani], cathekumeni vel religiosi. Unde religiosi non debent gubernare[n]), in quantum religiosi; verum eciam si religiosus fuerit episcopus, potest gubernare; vel si religio habet curam animarum annexam[o]), sicut isti canonici regulares, illi regere possunt, alii vero non. Unde quando venient ad vos tales, qui non debent regere[p]), et dicent alicui vestrum: „Committe te michi et cure mee", dicatis[q]): „Tu non potes nec debes alios gubernare." Nec dico, quod modo sunt tales, sed aliquando erunt. Unde in tota scriptura non fit mencio de aliquo vicio tantum. Et ideo predico vobis, ut cum venerit, quod sciatis vobis cavere. Nec ego predico in hoc[r]) vel in aliquo loco nisi vocatus. Et miror valide[s]) de istis, quod de illis viciis pauci

---

[a]) et audivi, quod ubicumque est, tantum vel plus contineat ille liber *ed.* [b]) Chr. n. e. deus *om. A.* [c]) quinque annos adhuc *ed.* [d]) quinque *ed.* [e]) sunt inchoata *ed.* [f]) *om. ed.* [g]) dictu *ed.* [h]) quae *ed.;* quod *A.* [i]) Dominus *ed.* [k]) Exodi 25 *add. ed.* [l]) illius coelestis Curiae *ed.* [m]) vel *ed.* [n]) sed gubernari *add. ed.* [o]) sibi connexam *ed.* [p]) qui regi et non regere debet *ed.* [q]) dicas sibi *ed.* [r]) hic *ed.* [s]) timeo valde *ed.*

vel nulli predicant, et qui hec predicant, odio habentur, et sunt in periculo mortis[a].

Quinto et ultimo videndum, per que signa isti, per quos pericula hec venient, congnoscuntur[b], quia in hoc consistit tota vis, [scilicet] quomodo isti a veris predicatoribus discernantur, quia visum est, quod non possunt congnosci in habitu vel[c] in sermone nec in miraculorum operacione. Quomodo ergo congnosci debent? Dicam vobis quedam signa per scripturas, per que congnosci possunt.

Una autem via congnoscendi talis est[d]. Primo videamus, an tales, per quos pericula hec venient, sint Saraceni vel Judei vel christiani. Et dico, quod non Saraceni nec Judei erunt; et [hoc] ostendo per apostolum, qui dicit, quod isti habebunt speciem sanctitatis vel religionis et utentur sacramentis nostris ad tempus. Unde super illud, [quod] dicit [I.] Johannes [2] in canonica sua: „A nobis exierunt", [dicit Glossa:] „Qui[e] eadem sacramenta nobiscum eciam receperunt." Relinquitur ergo, quod nec isti sunt[f] Saraceni nec Judei. Unde querendi sunt inter christianos. [Sed inter christianos] sunt clerici et layci, et religiosi et seculares. Satis constat ex predictis, quod non erunt layci nec seculares clerici, sed religiosi[g] falsi, quia reges et magnates non erunt primo, sed isti multos magnates pro se habebunt. Ergo erunt viri literati et speciem sanctitatis pretendentes. Verum est, quod Parisiis multi sunt viri[h] literati, sed non omnibus equaliter creditur. Si aliquis clericus cum cappa rubea vel fodrata[i] vel cum cappa manicata inciperet aliqua nova narrare[k], non de facili crederetur ei. Si autem haberet cappam clausam, sicut presbiter, magis crederetur ei. Si vero in habitu exteriori pretenderet aliquam speciem sanctitatis, adhuc magis crederetur et facille[l] posset in errorem ducere et decipere. Unde oportet, quod tales sint speciem sanctitatis[m] pretendentes, ut[n] satis ostensum est. Sed eruntne veri sapientes[o]? Certe sic erunt magnam scienciam habentes. Multum enim erunt intenti studio, de quibus dicit apostolus[p]: „Semper discentes, sed

---

a) corporis *ed.* b) cognoscantur *ed.* c) nec *ed.* d) *ita ed.;* talis enim, ad que *A.* e) Quia e. s. a nobis acceperunt *ed.* f) erunt *ed.* g) *ita recte ed.;* nec seculares *false A.* h) veri *A.* i) foraminata *ed.* k) praedicare *ed.* l) facilius *ed.* m) isti sint sp. pietatis *ed.* n) et *ed.* o) Sed — sapientes *om. ed.* p) 2. ad Timoth. 3 *add. ed.*

numquam ad disciplinam veritatis pervenientes." Sed quomodo potest hoc esse, quod semper discant et ad disciplinam[a]) veritatis non perveniant? Et ego dico, quod apostolus non loquitur ibi de veritate verborum vel de veritate sermonis, sed loquitur de veritate vie: ad congnicionem [enim] veritatis[b]) non devenient, quia, sicut dicitur in Jo.[c]): „Qui facit veritatem, venit ad lucem, sed qui male agit, odit lucem." Et de hac veritate loquitur apostolus, scilicet de veritate vie, quia in veritate verborum et scripture bene habebunt[d]) noticiam veritatis. Ergo patet per apostolum, quod erunt viri literati.

Iterum super illud Job[e]): „Hostis meus terribilibus oculis intuitus est me." Glossa: „Sicut Christus in sua predicacione ydyotas et simplices elegit, ita Antichristus e contrario ad suam falsitatem astruendam duplices, astutos et huius seculi scienciam habentes electurus est, et postea occiditur[f]) per confessores fidei christiane." Non solum Antichristus tales est electurus, sed[g]) eciam membra sua[h]), scilicet omnes, qui doctrinam eius sequuntur[i]), unum sunt.

Nec mirum, si isti procurabunt, quod professores fidei christiane occidantur, quia dicitur in Apoc.[k]): „Vidi bestiam descendentem de mari, habentem capita septem et cornua decem." Et loquitur ibi Jo(hannes) in figura et Glossa dicit, quod [bestia] est Antichristus et membra sua, que sunt unum, sicut Christus et membra eius. Et Johannes in canonica sua[l]) dicit: „Jam Antichristus venit de mari, id est de populo multo", [ut] dicit Glossa, „habens capita septem." Glossa: „Id est universos principes." „Et cornua decem"; quia principes opponent se decem preceptis. Et ideo illi, qui sunt in lege dei, bene debent sibi cavere, quando viderint tales, quia illi erunt viri literati et docti, sed quanto docciores et sapienciores, tanto magis timendi et precavendi.

Item ipsi facient illos occidi, qui hec pericula predicant et manifestant. Unde de eis dicitur in Apok.[m]): „Et cruciabunt

---

32) Impletur hoc tempore, anno, etc. *(absciss.) A alia manu.* 33) Apoc. 9 *A.*

a) in cognitionem — perveniant *ed.* b) vitae *add. ed.* c) 3 *add. ed.* d) habent *ed.* e) 16 *add. ed.* f) occidet per professores *ed.* g) *ita ed.;* et *A.* h) quia Antichristus et membra sua *seq. in A superflue.* i) *ita ed.;* unum sunt, ita Christus et membra sua *A.* k) cap. 15 *add. ed.* l) I. epist. cap. 2 *ed.* m) cap. 9 *add. ed.*

cruciatu scorpionum". Scorpio est parva[a]) bestia, que blanditur ore et pungit cauda. Et illa punctura vix percipitur; sed nisi cito remedium adhibeatur, venenum hominem interficit. Sic et ipsi facient. Unde dicit Glossa, quia per seipsos non tormentabunt, sed aput seculares principes seculares illos, qui veritatem dicunt de eis et predicant, [atormentabunt]. Sic ergo oportet, quod [erunt] viri literati.

[Sed quia multi sunt literati], ideo sumus adhuc a remotis; unde accedamus propius, [ut magis specificemus. Multi enim sunt literati Parisiis][b]), ut iam dixi, sed quibusdam magis, quibus[dam] vero minus creditur. Et cum tales debeant homines decipere, unde oportet, quod pretendant speciem sanctitatis, ut dixi, quia[c]) aliter non possent decipere [f. 197[b]]. Unde et scriptura dicit, quod tales erunt, qui reputabuntur membra Christi[d]), quia ipsi plus membra electa Christi creduntur[e]). Unde super illud Job[f]): „Ad dexteram orientis", etc., dicit Gregorius[g]): „Hii ad persecucionem ecclesie prosilient, qui electa membra redemptoris credebantur." Et sic patet, quod tales erunt, qui perfecta membra Christi credebuntur[h]).

Sed adhuc sumus a remotis. Unde accedendum est magis propius, quia[i]) ipsi erunt viri eciam magni consilii, et[k]) qui poterit eos habere in consilio [suo], videbitur ei, quod habebat consilium a deo. Unde dicitur in libro Regum[l]): „David habuit filium, qui vocabatur Absolon, qui habuit consili[ari]um Achitophel. Et iste Achitophel ordinavit[m]) per consilium suum, quod Absolon patrem suum David de regno eiceret." Et dicitur ibi[n]), quod erat cum patre et filio [et quod consilium, quod dabat] Achitophel in diebus suis, erat, quia et filius domini sui fuit[o]), quando fuit cum David et Absolon. Per David Christus intelligitur, qui[p]) interpretatur „manu fortis" et „aspectu desiderabilis." Absolon interpretatur „amaricacio", Achitophel interpretatur „frater meus irroneus[q]) vel tractans vel cogitans." [Per David] ergo Christus significatur, per Absolon autem [Anti]christus[r]), qui erit homo et creatura dei. Achitophel sunt isti, qui

---

[a]) viva *ed.* [b]) *omnia uncis inclusa de ed. addita sunt.* [c]) quia — decipere *om. ed.* [d]) quod r. electa membra Redemptoris *ed.* [e]) credentur *ed.* [f]) Job 30 *ed.* [g]) lib. 20. Moralium *add. ed.* [h]) reputantur *ed.* [i]) et ideo dico, quod *ed.* [k]) quia *ed.* [l]) lib. 2. Reg. cap. 15 *ed.* [m]) procuravit *ed.* [n]) cap. 16 *add. ed.* [o]) *aliter in ed.* [p]) David interpretatur *tantum ed.* [q]) eruens *ed.* [r]) Christus *A.*

prius se coniungunt Christo et postea sunt contra Christum, sicut iste Achitophel prius fuit cum David et postea contra David. Quamdiu enim isti erunt nobiscum, pro magnis consiliariis tenebuntur, sed postmodum opponent se fidei christiane. Et ideo cum videbitis tales, nolite eis vos committere. Ad presens signa septem ponam, quibus possunt congnosci, licet multa possem ostendere, tamen causa brevitatis temporis [hec] sufficiant.

Unde primum signum[a]) est, quod tales volunt vivere de ewangelio et confessionibus audiendis. Quod autem tales non sunt veri predicatores, patet per apostolum, qui dicit ad Thi.[b]): „Putantes questum esse pietatis.“ Glossa: „Opus pietatis faciunt, id est predicant, ut lucra temporalia acquirant et accipiant, quia per questum[c]) predicant, non lucro vel fructu animarum[d]), quia ipsi volunt honorari et laudari.“ Item alia Glossa super illud ad Coll.[e]): „Quia veritas in dolo est, sive per occasionem, sive per veritatem Christus anuncietur, in hoc gaudeo“: „Pseudo ex occasione ewangelizant, querentes commoda vel pecunie[f]) vel honorum vel laudis humane.“ Veritas in dolo est, quando non predicant, nisi propter comodum temporale. [Unde] dicit Glossa: „Tales enim tria commoda de hoc querunt, scilicet de predicacione, videlicet laudem [et] fructum [et] comedere et bibere.“ Ipsi enim bene predicant de veritate, sed hec tria querunt.

Sed dicet aliquis: Nonne, si ipsi predicant, debent de ewangelio vivere, quia dicit apostolus[g]): „Ordinavit dominus, ut qui predicant ewangelium, de ewangelio vivant.“ Et ego dico, quod hoc verum est de illis, qui predicare tenentur, quia si presbiter[h]), qui vos debet regere[i]), esset in tali statu, quod vestro subsidio indigeret, deberetis[k]) sibi subvenire. Sed benedictus deus, ecclesia hodie non est in tali statu, quod indigeat subsidio tali.

Item secundum[l]) signum est, per quod congnoscuntur falsi predicatores, si sint inpacientes et non possint[m]) sustinere, quod veritas de eis dicatur. Unde apostolus ad Phil.[n]): „Videte canes,

---

[a]) Unum est *ed., quae supra et infra varias lectiones praebet, quae hic omittuntur.* [b]) I. ad Timoth. *ed.* [c]) pro quaestu *rectius ed.* [d]) non fructu *tantum ed.* [e]) ad Philipp. I. *ed.* [f]) pecuniam *A et ed.* [g]) I. ad Corinth. 9 *add. ed.* [h]) vester *add. ed.* [i]) et docere *add. ed. et A.* [k]) deberitis *ed.* [l]) aliud *ed.* [m]) possunt *A et ed.* [n]) 3 *add. ed.*

videte malos operarios, videte occidentes." „Canes enim pseudo", dicit Glossa, qui dicuntur canes, quia dicit Augustinus: „Ubi canis est, si videt hominem alienum intrare domum, latrat." Sic et ipsi, si videant, quod aliquis veritatem de ipsis predicet, recalcitrant.

Item tercium[a]) signum est, [scilicet si] habeant verba pulchra et ornata, quibus multos ad partes suas trahunt. Unde secundum illud ad Cor.[b]): „Neminem circumveniamus"[c]), Glossa: „Fraudulenta sermonum adulacione, sicut pseudo, qui nostra auferunt." Et hoc dicit dominus in Mt.[d]): „Ve vobis, scribe et Pharisei ypocrite, qui comeditis domos viduarum, [oraciones longas orantes." Glossa: „Qui vestra supersticione nihil intenditis, nisi ut predam de subiecta plebe faciatis". „Longas oraciones orantes." Glossa:] „Qui ut religiosi[e]) appareant, prolixius orant." Et subdit: „Quorum oracio est in peccatum."

Item quartum[f]) signum est, quod veri predicatores non vadunt illuc predicare, ubi est habundancia predicatorum, sed ubi nulli sunt, qui verbum dei anunccient. Unde dicit apostolus ad Ro.[g]): „Si[c] autem predicavi ewangelium, [non] ubi Christum anuncciavi, ne super alienum fundamentum edificarem." Qui enim habet voluntatem predicandi, debet ire ad Saracenos et infideles, ubi nullus est, qui predicet. Et ideo, cum videritis tales predicatores, qui ibi desiderant[h]) predicare, ubi est copia predicatorum, et nolunt ibi predicare, ubi est indigencia et penuria predicatorum, sciatis eos esse malos et non veros predicatores.

Item quintum[i]) signum est, quod apostoli erant pacientes et contumelias libenter pro Christi nomine sustinebant, quia[k]) ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii. Unde dicebat eis dominus in Mt.[l]): „Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos", quia agnus omnia sustinet, que sibi facit lupus. Item „sicut misit me pater, et ego mitto vos." Glossa: „Non ad gaudia, sed ad passiones." Qui enim predicacionis officium recipit vel[m]) suscipit, mala non debet inferre, sed sustinere; et hoc ipse Christus in se ostendit. Unde Petrus in Canonica[n]): „Qui cum malediceretur, non maledicebat. Cum flagellaretur, non com-

---

a) aliud *ed.* b) 2. ad Corinth. 7 *ed.* c) *ita biblia;* circumveniemus *A et ed.* d) Matth. 23 *ed.* e) religiosores *ed.* f) aliud *ed.* g) 15 *add. ed.* h) desiderent *ed.* i) aliud *ed.* k) ut dicitur Act. 5 *add. ed.* l) Matth. 10 *ed.* m) recipit vel *om. ed.* n) I. Petri 2 *ed.*

minabatur. Tradebat autem tradenti se iniuste." Sic quando videbitis tales, qui nichil possunt sustinere, sed si irrogetis [f. 198a] eis iniuria vel violencia, current ad curiam pape [et] inpetrabunt literas excommunicacionis et ad principes et seculares, ut illi, qui eos molestant, incarcerent[ur], tales non debetis religiosos[a]) reputare.

Item sextum[b]) signum est, quia apostoli Christi in principio fuerunt valde despecti et exosi in tantum, quod eciam occisi sunt. Sed[c]) propter eorum occisionem et mortem prelati ecclesie facti sunt grati et accepti, quia dixerat hoc dicens dominus apostolis[d]): „Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum." Et II. Jo.[e]): „Erit tempus, quando qui vos interficit, estimabit obsequium se prestare domino", quia illi, qui occidebant sanctos martires, credebant bene facere et propter deos suos, quos colebant. Unde si videtis aliquos, qui se dicunt apostolos Christi, [et si] in principio sunt grati, in fine vero congnitis operibus eorum sint despecti, signum est, quod [non] veri sunt apostoli Christi, cum de illis e contrario fuerit. Unde sicut dicit Jo. in canonica sua[f]): „Omne, quod natum est ex deo, vincit mundum." Sed isti magis in principio sunt accepti quam in fine.

Item septimum[g]) signum est, quod veri apostoli non suum sed Christi honorem querebant, quia dicit psalmus[h]): „Non nobis, domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam." Et dominus in ewangelio[i]): „Cum feceritis omnia, que facere debuistis, dicite[k]), quod servi inutiles fuistis, que debuistis facere, fecistis". Sed [quando videritis] tales, [qui] suam et non dei gloriam querunt, qui dicunt: Nos illuminamus totam ecclesiam et eicimus homines e peccatis et ostendimus[l]) viam vivendi ad vitam, talibus non credatis, etc.

## Capitulum decimum sextum[m]).

Audivi, quod quidam religiosus predicavit in quadam civitate et dixit: „Ordo noster valde est exaltatus, quia ante or-

a) debetis falsos r. *ed.* b) aliud *ed.* c) cum *seq. in A et ed.* d) Matth. 10 *ed.* e) Joan. 16 *ed.* f) I. Joan. 5 *ed.* g) aliud *ed.* h) dicitur Psal. 113 *ed.* i) Lucae 17 *ed.* k) dicat *A et ed.* l) eiecimus — ostendemus *A et ed.* m) XV *rubr. A; in ed. om.*

dinem nostrum totus mundus fuit in tenebris. Sed venit beata Virgo et cecidit filio suo ad pedes et iacuit ante ipsum per tres dies. Et dixit ei dominus, quod peteret, quidquid vellet. Et ipsa tunc dixit, quod vellet, quod fieret unus ordo, qui totum mundum illuminaret. Et dominus concessit. Et tunc ipsa dixit cuidam, quod faceret ordinem, et iste est ordo noster. Unde non est mirum, si sic est exaltatus."

Sed iste non fecit, sicut apostoli Christi, quibus dicitur, quod debent dicere, quod sint servi inutiles. Unde iste deprehensus fuit, quia hoc dixerat et conpulsus fuit ab episcopo, quod diceret coram omnibus se mendacium protulisse.

Unde, karissimi, ab istis falsis prophetis valde cavendum est. Volunt[a]) homines esse sine despectu, pauperes sine defectu, bene induti sine sollicitudine, cibos electos, exquisitos et lauciores habere, cum in via mala, in manifesto ab inocculto detrahentes, exterius alteram vitam pretendentes, interius eciam delicias querentes, mordaces ut canes, dolosi ut wlpes, superbi ut leones, illusores ut dracones, intrinsecus sunt lupi rapaces, exterius mel laudis humane ut ursi amantes, sine congnicione volunt esse iudices, testes sine visu, falsi accusatores, omni veritate carentes, et cetera[b]). Amen.

---

[a]) Volunt *usque ad finem in Constant. non legitur, sed tantum* Explicit sermo ɔc. [b]) *post hanc vocem in cod. A dimidium folii sequentis 198*[a] *atque totum folium 198*[b] *vacuum est, sed nihil deficit.*

[f. 199[a]] INCIPIT DISTINCCIO UNDECIMA EIUSDEM[a]).

# [DE SUCCESSIVA REVELACIONE ANTICHRISTI A FIDELIBUS PREDICATORIBUS][b]).

## Capitulum primum[c]).

*Quomodo Christus Jhesus fuit successive magisque demonstratus esse futurus, et ita et*[d]) *Antychristus*[e]).

Juxta ista, que hic [dicta sunt] de Antychristo et corpore ipsius bestiali vel de meretrice magna residente super aquas multas[1]) vel de multitudine carnalium christianorum instancium, et precipue de multitudine clericorum, religiosorum carnalium, avarorum et superborum, qui president populis et sunt gradu alciori, notandum est diligenter, quod dominus Jhesus et spiritus eius omnia, que de occultis suis prodidit ecclesie, revelavit ea valde utiliter, secundum quod scriptum est: „Ego sum deus docens te utilia", Ysaie[f])[2]) et apostolus Cor.[g])[3]): „Unicuique datur manifestacio spiritus ad utilitatem", quoniam deus et natura nichil operantur frustra. Revelat eciam ordinate. Unde apostolus[4]): „Quecumque enim a deo fiunt, ordinate fiunt." Revelat insuper in mensura cuilibet. Unde apostolus[5]): „Cuilibet datus est spiritus ad mensuram."

---

a) *ita A rubr.* b) *add. ab ed.* c) *ita A rubr.* d) est *false A.* e) *ita A rubr.* f) *lacuna seq. in A.* g) *lacuna seq. in A.*

1) *Cf. Apoc. XVII. 1.* 2) *Isaiae XLVIII. 17.* 3) *I. Cor. XII. 7.* 4) *Rom. XIII. 1* (quae autem sunt, a deo ordinatae sunt). 5) *Ephes. IV. 6:* „Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi."

Et Ro.[a] [1]): „Nolite sapere plus, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem iuxta mensuram fidei.“

Primum horum ad propositum sic potest considerari. Nam ab origine mundi mox incepit[b]) fieri revelacio venturi Jhesu Christi in carnem, quantum expediebat scire persone, cui fiebat, vel communitati [electorum][c]), propter quos fiebat, aut utrinque, quantum, inquam, proderat ad imitandum et consequendum illam magnam salutem futuram[2]) et dignum se exhibendum et desiderium atque spem provocandum. Sic eciam fiebat revelacio de opposito Christi, scilicet Antychristo et ipsius filiis simulacionis et occulte ac subdole faccionis, quantum erat utile tempori vel persone aut communitati electorum ad evitandum et precavendum operacionem demoniorum per tales fictos homines. Inde est illud in benediccionibus Jacob super filios Gen.[d]) [3]): „Symeon et Levi, vasa bellancia, in consilium eorum non introeat anima mea et in cetu eorum non sit gloria mea“, etc. Et infra[4]): „Fiat Dan coluber in via et cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor eius retro.“ Que omnia exponuntur per doctores ad literam dicta esse de Antychristo, ut alias patebit. Et ad idem Judas dicit[5]): „Subintroierunt quidam homines, (qui olym prescripti sunt in hoc iudicio[e]) inpii.“ Et paulo post[6]): „Prophetavit autem de hiis septimus ab Adam Enoch, dicens: Ecce, dominus venit in sanctis milibus suis facere iudicium“, etc. Ista autem habes magis distincta et deducta in primo tractatu huius in principio et de regulis ad illud ordinatis[7]).

Secundo revelacio fuit [facta] ordinate. Et hoc ad propositum conspicitur tali modo, quia de Christo Jhesu a principio desuper fuit data noticia secundum exigenciam et dispensacionem temporum, puta quanto longius ante incarnacionem[f]) Christi, tanto fiebat eius noticia magis in confuso et in communi vel minus distincte, et quanto propinquius, tanto dabatur eius noticia distinccius et magis in speciali, quemadmodum exempli gracia cum sol nostro emisperio appropinquat, quanto est ad nos propinquius,

---

a) *lacuna seq. in A.* b) *ita corr. ab ed.;* incipit *A;* *inferius* sciri *A.* c) *add. ab editore.* d) *lacuna seq. in A.* e) iudicium *biblia.* f) *post corr. A.*

1) *Rom. XII. 3.* 2) *phrasis:* magna salus *in biblia V. T. saepius occurrit.* 3) *Genes. XLIX. 5—6.* 4) *Genes. XLIX. 17.* 5) *Judae 4.* 6) *Judae 14—15.* 7) *v. libri I. tract. 1. cap. 1 sq., in vol. I, p. 19 sq.*

tanto sentitur vel videtur noci[vi]us et activius[a]). Verbi gracia: Dominus Jhesus ab origine mundi fuit quidem notificatus, quod dominus veniet, sed hoc multum in generali et non[b]) distincte, prout superius est de Juda allegatum[1]) [f. 199ᵇ]. Dehinc ipsi beato Abrahe fuit iam promissus lucidius[c]), scilicet quia de semine eius, sed adhuc cum obscuritate in generali[2]). Depost ipsi Jacob datum fuit nosse adhuc distinccius, quia non tantum, quia veniet de semine ipsius, sed de qua tribu vel de quo filio sit nascendus[3]). Et post hec beato David, de qua domo, id est familia, quia scilicet de ipsius[4]). Atque deinde beato Ysaie, de qua matre, quia de virgine, et quis erit modus eius, quia butirum et mel comedet, et quod nomen ipsius, quia novum, quod os domini nominavit, vel quia Emanuel[5]). Postea autem iam propinquius per prophetas distinctum fuit tempus veniendi ipsum vel numerus ebdomadarum, ut patet per Danielem[6]). At dehinc et locus nascendi ipsius, quia in Bethlehem Jude, ut liquet in Zacharia[7]).

Et sic distincta et determinata Christi nativitate quanto propinquius et magis proprie, factum est medium silencium[8]) prophetarum de Christo tum propter indignitatem et ingratitudinem yppocritarum, tum quia ut sic fieret iudicium illorum, qui se gloriabantur in seipsis et dicebant se videre, et eorum fides probaretur et purgaretur, qui seipsos dignos deo et Christi eius adventu exhibebant, sicuti scriptum est Jo. IX. g.[9]): „Ego veni in hunc mundum, ut, qui non vident“, subaudis dominum et Christum eius, sed digne expectant visurum, „videant eum.“ „Et qui vident“, id est habent noticiam dei et Christi eius venturi, sed non curant circa vigilare, ad suas fabulas conversi[10]), et negligunt gratos seipsos exhibere, „ut ceci fiant“, scilicet multo magis a lumine presentis iam solis vibrati et repercussi, prout mox idemtidem ex prophetis contenciose inquiebant ad Christum, dicentes[11]): „Numquid et nos ceci sumus?“ Et huius obcecacionis, de qua sermo, Jhesus statim ad ipsos expressit

a) *rectius esset:* propinquior — nocivior — activior. b) *sub lin. A.*
c) *alterum* i *sup. lin. add. A.*

1) *vide supra p. 334.* 2) *v. Genes. XXII. 1—18.* 3) *v. Genes. XXXV. 11—12.* 4) *v. II. Reg. VII. 12—16.* 5) *Cf. Isaiae VII. 14—15.* 6) *v. Daniel. IX. 25—26.* 7) *recte Micheae V. 2.* 8) *phrasis biblica, cf. Apoc. VIII. 1* (factum est silentium in caelo, quasi media hora). 9) *Joan. IX. 39.* 10) *Cf. II. Tim. IV. 4.* 11) *Joan. IX. 40.*

distinccionem[a]), dicens[1]): „Si ceci essetis, non haberetis peccatum, nunc vero dicitis, quia videmus. Peccatum vestrum manet." Istius modi autem iudicium[b]) expressius posuit apostolus Ro. I., dicens[2]): „Qui[c]), cum deum, inquit, congnovissent, non sicut deum glorificaverunt aut gracias egerunt, sed evanuerunt in cogitacionibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti [sunt]. Et mutaverunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem ymaginis corruptibilis hominis et volucrum et [quadrupedum et] serpencium." Dominus quoque per Ysaiam idem iudicium de yppocritis iniquis protulit, dicens V.[3]): „Quid est, quod ultra debui facere vinee mee, et non feci?", et sic multa ibidem ad idem consequenter usque illud in cap.º VIº, ubi dicitur ad propositum[4]): „Exceca cor populi huius et aures eius aggrava et oculos eius claude, ne forte videant oculis suis et auribus suis audiant et corde suo intelligant et convertantur, et sanem eum." Ecce, pessima plaga[5]) yppocritarum, qui sunt corpus Antychristi! Ecce, venenum aspidum ipsorum insanabile[6])! O, quis michi hoc tribuat[7]), ut late et longe per ecclesiam hec scriptura intelligatur, nunc maxime et in summo esse inpleta, et ita predicetur et dilatetur, ut saltem electi possint evigilare et ab errore presenti altitudinis Sathane facciosissimo non conprehendi!

Sed iam ad textum redeatur! Quia igitur, ut dictum est, deo misericordi et iusto non tantum cure fuit ab inicio facere misericordiam in filios capaces gracie, sed eciam exercere iudicium et iusticiam in ingratos et superbos, propter quod postquam patulo Christus fuit magis ac magis demonstratus venire et distinctus, tandem factum est silencium in Judea ante Christi adventum signorum et prophetarum. Et ita iuxta scripturam sapientis[8]): „Dum sic medium[d]) silencium teneret omnia et nox", cecitatis ingratorum et iniquorum, „[in] suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus, domine, exiliens de celo a regalibus sedibus, venit, durus debellator in mediam exterminii terram prosilivit, gladius[e]) acutus in simulatum[f]) inperium

---

[a]) et eam *seq. in A.* [b]) *post. corr. A.* [c]) Quia *biblia.* [d]) quietum *biblia.* [e]) galdrus *corr. in m.* gladius *A.* [f]) *post corr. A.*

[1]) *Joan. IX. 41.* [2]) *Rom. I. 21—23.* [3]) *Isaiae V. 4.* [4]) *Isaiae VI. 10.* [5]) *voces haec etiam in biblia occurrunt, ex. gr. Jerem. X. 19* (pessima plaga mea). [6]) *Deuter. XXXII. 33.* [7]) *haec quoque phrasis in biblia, praesertim in Job, legitur.* [8]) *Sap. XVIII. 14—15.*

uum portans et stans replevit omnia morte et usque ad :elum attingebat stans in terra.“ Hic est omnipotens et dulcis-simus Jhesus Christus, qui veniente plenitudine temporis natus est ex muliere, factus sub lege[1]). Tunc nox recessit et dies ıpropinquavit[2]) et medium silencium est irruptum, primum per ıngelum Gabrielem ad Zachariam[3]); dehinc Zacharias dicens[4]): ‚Benedictus dominus deus Israhel“; demum Johannes Baptista, piritualiter Helyas[5]), et plus quam propheta[6]), et non tantum ›ropinqu[u]s ipsi Christo venturo, sed inmediatus eciam[a]) presenti ligito ipsum demonstravit, dicens[7]): „Ecce, [f. 200a] agnus dei, :cce, qui tollit peccata mundi“, concludens summam omnium ›ropheciarum de Christo Jhesu et omnium precedencium reve-acionum et noticiarum intencionem, deducens in summum gra-lum noticie, non iam in enigmatibus et speciebus corporum exens presagium, sed facie ad faciem, atque suo digito indi-:ans veritatem hiis, qui inventi sunt grati et digni videre filii lei adventum super ceteros tenebris condensatos[b]) et sua af-ectata caligine spissius coopertos, veluti scriptum est Ysa. LX[8]): ‚Ecce, tenebre operient terram et caligo populos: super te au-em orietur dominus [et] gloria eius vite videbitur.“

## Capitulum secundum[c]).

*De silencio facto de Antychristo ante tempus et in tempore Antychristi*[c]).

Ita dicendum conformiter accipe de filio iniquitatis, Anty-christo cum sua bestiali concubina. Nam quamvis eciam Antychristus per prophetas, sicut iam[d]) dictum est[9]), et post Christum ab origine ecclesie est nuncciatus, et quanto conces-um est, magis proprie declaratus, tamen hoc similiter fuit cum uccessione maioris atque maioris ipsius noticie et suorum con-

---

[a]) est iam *corr. sub. lin.* eciam *A.* [b]) condensatis — coopertis *A.*
) *ita A rubr. Quae inscriptio locata est in cod. A inferius, scil. ante voces* Et extremo moderni doctores *(p. 338, lin. 9), sed sine dubio minus apte.*
) *ras. in A.*

[1]) *Cf. Galat. IV. 4.* [2]) *Cf. Rom. XIII. 12* (nox praecessit, dies autem propinquavit). [3]) *Cf. Lucae I. 11 sq.* [4]) *Lucae I. 68.* [5]) *Cf. Lucae I. 17.* [6]) *Cf. Lucae VII. 26.* [7]) *Joan. I. 29.* [8]) *Isaiae LX. 2.* [9]) *vide supra 'ist. X, c. 1—6, p. 207 sq.*

antychristorum, quanto propinquius ad tempus sibi statutum veniendi, id est ad tempus presens, proximabat.

Et ita colligi potest ex illis, que iam nuper de Antichristo sunt premissa[1]), quoniam prophete quasi longinqui de ipso nubile sunt locuti, dehinc clarius Jhesus crucifixus et eius apostoli, Antychristos describentes, prodiderunt, atque adhuc lucidius doctores magni et sancti post eos de eo et multiplicitate ipsius satellitum descripciones et documenta tradiderunt, quasi proximi et inmediati adventui Antychristi. Et extremo moderni doctores iam videntes, que fiunt, et idcirco magis hystoriam de pessimo filio mendacii texentes, quam futura indicantes, ipsum specialius aggressi sunt dictis suis et scriptis expugnandum et detegendum gentes ipsius, qui detecto et subtecto sunt a spiritu Jhesu appellati alias Gog et Magog, qui circumdant et circumdederunt castra sanctorum electorum[2]), sicuti spiritualis Sodoma et Gomora animam iusti Loth[3]), affligendo eorum opera periniqua et persecuciones alias in summis peramaras.

Deinceps miro modo factum est silencium ultimum iam de adventu Christi ultimo et previo adventu[i] Antychristi. Quod silencium iudicio meo incepit ab anno domini M$^{oo}$. CC$^{o}$.IX$^{o}$.[C][a]) incarnacionis domini Jhesu secundum propheciam Danielis, et duravit usque ad tempus annorum M.CCC.L.

Nam in tali tempore principaliter et maxime facta est fames audiendi vivi sermonis Jhesu et efficacis, et tunc fumus putei abyssi solem et aerem obfuscavit, et locuste coronate, de quibus sermo fuit[4]), inde[b]) tunc exierunt, et tunc gentes, que dicuntur Gog et Magog, castra sanctorum cinxerunt, ipsos affligentes et dissipantes[5]).

Item tunc homines seipsos amantes, superbi, inflati, cupidi[6]) maxime sunt in ecclesia multiplicati, et ex hiis venerunt multi fabulatores, vaniloqui et magistri prurientes auribus, dicentes

---

[a]) *in cod. A proprie scribitur* M$^{oo}$. CC$^{o}$C. IX$^{o}$, *sed tertium C deletum esse videtur, ita ut legi debeat annus 1209; sed annus biblicus est 1290, cf. Daniel XII. 12.* [b]) *ras. in A.*

[1]) *ibidem, praesertim p. 209, 212, 219, 220, et de doctoribus p. 239 sq.* [2]) *Cf. Apoc. XX. 7—8.* [3]) *Cf. Genes. XIX. passim.* [4]) *scilicet in dist. IX, c. 1 sq., v. supra p. 147 sq.* [5]) *Cf. Apoc. IX. 2—3 et XX. 7—8.* [6]) *Cf. II. Tim. III. 2.*

Pax, pax, ubi non est pax, beatificantes populum pro pugillo ordei et fragmine panis[1]).

Item tunc dei populum ficticia et fabule supranotate possederunt, et abhominacio desolacionis posita est in loco sancto[2]). Et tunc valde diminute sunt veritates a filiis hominum[3]), et sancti notabiles et doctores fideles in ecclesia defecerunt et quasi stelle de celo ceciderunt, sol quoque obtenebratus, id est papa, et luna induta sanguine[4]), id est communitas christiana, stragibus et bellis interfectis infinitis, ubi sangwis inmensus est effusus, prout superius est notatum[5]). Vel tunc luna in sanguinem est conversa, quia tunc maxime iniquitas habundavit, quia homicidium et adulterium et peccata sodomitica in populo christiano inundaverunt et sanguis sanguinem tetigit[6]).

Illud igitur est illud ultimum et maximum silencium atque nocentissimum, racione cuius silencium ante Christi[a]) adventum superius notatum est dictum medium in scriptura, que dixit[7]): „Dum medium silencium tenerent omnia.“ Et de isto silencio nunc currente scriptum est Apoc. c. VII° g.[8]): „Et cum apparuisset sigillum septimum, factum est silencium in celo, quasi hora media.“ Item istud silencium est illa nox[b]), in qua omnes bestie silve debent pertransire[9]), et in qua virgines prudentes, simul et fatue, moram faciente sponso, omnes dormitaverunt et dormierunt[10]). Et tunc cecitas contigit in Israhel, ut plenitudo gencium subintraret[11]), in Israhel dico, id est in christianis et precipue in sacerdotibus et clericis, qui Jhesum crucifixum sunt obliti, tamquam mortui a corde[12]), aut „cum deum ipsum congnovissent, non sicuti deum glorificaverunt, sed evanuerunt in cogitacionibus suis et obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt et mutaverunt gloriam incorruptibilis [dei]“[13]).

Hec omnia ad literam, ad unguem [f. 200b] usque iam impleta sunt in christianis apostaticis et precipue in Israhel. De

---

a) Christum *corr.* Christi *A.* b) vox *corr.* nox *A.*

1) *voces utique biblicae sunt; cf. Baruch III. 23, Tit. I. 19, II. Tim. IV. 3 et Ezech. XIII. 10 et 19.* 2) *Cf. Matth. XXIV. 15.* 3) *Cf. Psalm. XI. 2.* 4) *Cf. Apoc. VI. 12—13.* 5) *v. supra pag. 182—183.* 6) *Cf. Oseae IV. 2.* 7) *Sap. XVIII. 14:* „Cum enim quietum silentium contineret omnia.“ 8) *Apoc. VIII. 1.* 9) *Cf. Psalm. CIII. 20.* 10) *Cf. Matth. XXV. 5.* 11) *Cf. Rom. XI. 25.* 12) *Cf. Psalm. XXX. 13.* 13) *Rom. I. 21—23.*

quibus[a]) scriptum est[1]): „Et sicut non probaverunt deum habere in noticia, tradidit illos deus in reprobum sensum, ut faciant ea, que non conveniunt, repletos omni iniquitate, malicia[b]), avaricia, nequicia, plenos invidia, homicidiis, contencione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, deo odibiles, contumeliosos[c]), superbos, elatos, inventores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, inconpositos, sine affeccione, absque federe, sine misericordia. Qui cum iusticias[d]) dei congnovissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, [et] non solum, qui faciunt ea, sed eciam qui consenciunt facientibus."

Eadem igitur est aut similis causa et dispensacio istius ultimi silencii in tempore et ante tempus Antychristi, que fuit silencii medii prenotati, puta ante adventum in carnem Jhesu Christi, que est probacio fidei electorum Christi atque ingratitudo et iniquitas reproborum christianorum circa fidem Jhesu[2]), qui dicunt Christo: Domine, domine, et cum hoc nichilominus sunt operarii iniquitatis[3]), et ita confitentur se nosse deum, ut populus, qui labiis solum deum honorat, sed factis negant, quia cor eorum longe est a Jhesu crucifixo. Propter quod yppocrite solum vel maxime timent deum mandatis et adinvencionibus hominum secundum Ysaiam[4]) et frustra ipsum colunt, docentes mandata et doctrinas hominum, non secundum Jhesum deum crucifixum. Et istam eandem causam exprimit apostolus II. Thess. II° esse causam adventus Antychristi[5]): „Et revelabitur ille iniqu[u]s, cuius est adventus secundum operacionem Sathane, in omni virtute et signis et prodigiis mendacibus et in omni seduccione iniquitatis hiis, qui pereunt"; et subdit causam: „Eo quod caritatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent, inmittet illos[e]) deus in operacionem erroris, ut credant mendacio, ut vindicentur[f]) omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati", et ut in summa et plane dicatur:

---

[a]) *ras. in A, ubi proprie legebatur:* Propter quod tradidit eos deus in desideria cordis, *sed phrasis haec postea deleta est.* [b]) fornicatione *seq. in biblia.* [c]) -e- *sup. lin. A.* [d]) justitiam *biblia.* [e]) Ideo mittet illos *biblia.* [f]) iudicentur *biblia.*

[1]) *Rom. I. 28—32.* [2]) *Cf. II. Tim. III. 8* (reprobi circa fidem). [3]) *Cf. Lucae XIII. 27.* [4]) *Cf. Isaiae XXIX. 13.* [5]) *II. Thess. II. 8—12.*

## Capitulum tercium[a]).

*Qui sunt causa silencii et habundancie iniquitatis Antychristi*[a]).

Istius prefati silencii ultimi et nocentissimi et cecitatis et tunc adventus pessimi Antychristi tribulacionisque super omnia maxime et erroris in religione christiana una causa est, aut maxima est ebrietas, luxuria, avaricia et superbia et omnis iniquitas sacerdotum et clericorum. Et istud potest evidenter et demonstrative probari ex universis scripturis canonicis apostolorum et prophetarum et ex dictis doctorum singulorum, que inducere hic non curavi propter nimiam prolixitatem ipsarum.

Sufficit illud ad presens, quod dicit venerabilis vir et magister Robertus super Apoc[alypsim][1]), loquens de Antychristo, super texto ca.° XI, allegansque beatum Jeronymum pertractantem illum locum Michee prophete[2]): „Principes eius in muneribus iudicabant [et] sacerdotes eius in mercede docebant. Et prophete eius in pecunia divinabant et super dominum requiescebant, dicentes: Numquid non dominus in medio Jerusalem? non venient super nos mala. Propter hec Syon, causa vestri, quasi ager arabitur et Jerusalem quasi acervus lapidum erit et mons templi in excelso silvarum.“ Hec inter cetera dicit Petrus apostolus[3]): „Argentum, inquit, et aurum non habeo.“ Poterat utique Symoni mago vendere, quod petebat, immo poterat simulare vendente[m], spiritus enim sanctus nec venundari nec emi potest, sed oblatam pecuniam cum offerente dampnavit[4]). Nunc videas prophetas Jerusalem non habere in ore propheciam et in domino requiescere et dicere: Non venient super nos mala[5]). Quorum causa speculatorium dei hostili aratro dividitur et locus quondam pacis ruinis plenus fit et templum domini in vepres spinasque convertitur et est habitaculum bestiarum. Et post aliqua exprimens, dicit[b]), quod causa nostri, qui tales sumus, qui Syon edificamus in sanguine et Jerusalem in iniquitate, qui iudicamus in muneribus, qui in mercedibus

---

a) *ita A rubr.* b) exprimens, dicit *add. in m. A; in textu legitur* Christus, *sed. del.*

1) *Ruperti, abbatis Tuitiensis, Comment. in Apocalypsim, lib. VI, cap. XI, ap. Migne, PL, t. 169, col. 1024.* 2) *Micheae III. 11—12.* 3) *Act. III. 6.* 4) *Cf. Act. VIII. 9 sq.* 5) *Cf. Micheae III. 11.*

respondemus, qui in pecunia divinamus et super hoc fictam nobis sanctimoniam vendicantes, dicimus: „Non venient super nos mala.“ Audiamus sentenciam domini, que sequitur: „Syon et Jerusalem et mons templi, speculatorium et visio pacis, et templum Christi in consumacione et in fine, quando refriguerit caritas et rara fides fuerit, quasi ager arabitur et redigetur in tumulos et erit in excelso silvarum, ut, ubi ample quondam domus erant et absque numero acervi frugum, ibi vix parva sit casula servans speciem ciborum, refeccionem anime non habencium.“ Cum hec dicit, profecto scire nobis et dicere licet, quia causa future tribulacionis tam magne peccatum est, maxime graduum ecclesiasticorum peccatum venalitatis et avaricie [f. 201a], quod nunc aspicimus [et] ubique regnare videmus, ambicione nimia cuncta devastante, avaricia pene universa reposita intus in ecclesia devorante, ubique licet vivere, licet eciam ambire, una tunc mencio fiet, ut quia non licebit vivere, eciam non libet ambire multo amplius, multo miserabilius, quam tempore persecucionis Neroniane sive Dyocleciani, quibus urgentibus nimirum gradus ecclesiasticos nec emere delectabat nec vendere vacabat.

Ex istis colligitur evidenter, quod habundancia[a]) iniquitatis et principaliter et maxime sacerdotum iniquorum est illa pessima et novissima tribulacio beatorum electorum prophetata a Christo Jhesu et prophetis[b]), aut ipsa habundancia iniquitatis in sacerdotibus et clericis et taciturnitas nocentissima est causa pot[ent]issima illius tribulacionis predicte novissime. Nunc autem habundanciam iniquitatis faciunt nimia multitudo materie iniquitatis et magnitudo forme eius.

(1) Materiam iniquitatis duo construunt: *(a)* primum multitudo infinita impiorum christianorum et primum clericorum et sacerdotum per ecclesiam dei per totum orbem dilatata. Et isti sunt proprie illi populi multi vel alias aque multe[1]), super quos magna meretrix, mater fornicacionum terre, visa est residere et regnare ut regina, dicens[2]): „Sedeo ut regina, et vidua non sum et luctum non videbo.“ Habet enim latum regnum et multa supposita, propter quod sic gloriatur. Unica vero Christi sponsa, que est sine macula et sine ruga[3]), e contrario habet

---

a) *contin. D 1. 2. (vide supra pag. 233).* b) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Discessio autem a fide, *v. infra, p. 349, lin. 11.*

1) *Cf. Apoc. XVII. 1.* 2) *Apoc. XVIII. 7.* 3) *Cf. Ephes. V. 27.*

modo nimis pauca et est valde a filiis desolata [1]). Est enim in presenti nimia paucitas electorum dei et sanctorum habencium spiritum Jhesu crucifixi sacerdotum, et maxime, qui fideliter quererent ea, que sunt Jhesu Christi; et ad hec, ubi sunt illi, est absconditum et ab impiis yppocritis indiscretum, et tenent silencium vel non audent libero modo loqui in ecclesia dei veritatem, multitudine yppocritarum potenter os ipsorum opprimente. *(b)* Secundum est, licet non proprio sermone, tamen, quia bonum non est subiectum mali neque materia proprie loquendo, et tamen malum non subsistit nisi in bono aliquo subiecto, et ita materia habundancie malicie, sermone inproprio alias usitato, videlicet multitudo similiter inenarrabilis et infinita donorum dei et eius graciarum et omnis virtutis et sapiencie thezaurizate et collecte in omnibus et ab omnibus precedentibus seculis et communicate habundanter huic novissimo seculo, simul et multitudo omnis sanctorum patriarcharum, prophetarum, Jhesu Christi apostolorum, ewangelistarum, martirum, confessorum et virginum et ipsorum omnium meritorum et suffragiorum, que omnia ad ista secula moderna sunt reservata et destinata: quibus omnibus funesta multitudo innumerabilis repleta et contecta yppocritarum et populorum terribilium, post quam non est alius, scilicet Gog et Magog, convertit sibi [ea] in augmentum yppocrisis et abusum, carens „spiritu vivificante“ [2]), spiritu Jhesu crucifixi. Et ita de materia multe equitatis et sanctitatis yppocrite propter amorem mundi et fermentum conplacencie proprie fecerunt sibi materiam multam habundancie iniquitatis et malicie et nequicie.

(2) Magnitudinem vero forme habundancie iniquitatis in ecclesia Jhesu crucifixi ista effecerunt:

Primo malicie et nequicie in christianis profunda radicacio et tenax.

Secundo longe et late diffusio eiusdem et communitatum et populorum occupacio.

Tercio per concursum omnium possibilium maliciarum et nequiciarum usque ad summum gradum intensio vel ascensio in ecclesia Jhesu, que est gens sancta, regale sacerdocium, populus acquisicionis, ut virtutes Jhesu anuncciaret [3]), et ecce, fere iste

---

[1]) *Cf. Baruch IV. 16.* [2]) *Cf. I. Cor. XV. 45.* [3]) *Cf. I. Petri II. 9.*

talis, tantus ac talis populus totus cum omni iniquitate in summo gradu intensionis et extensionis est occupatus et coopertus.

Quarto istorum omnium inveteracio in populo eodem christiano.

Quinto istorum omnium in commune defensio et excusacio.

Sexto fere omnium in commune malorum non reputacio et mali pro bono et boni pro malo acceptacio.

Septimo malorum pro bono reputacio et mali per bona operacio et coloracio.

Octavo communis bonorum et malorum consociacio et commixcio.

Ista cum longe et late fiant in ecclesia in tanto et tali populo, qui erat Christum Jhesum, „iusticie solem"[1]), id est omnem dei virtutem et dei sapienciam[2]), indutus et per omnia deiformis, atque communiter fere per omnes et in omnibus, ipsa sunt, que faciunt iam hodie et fecerunt summam possibilem fieri habundanciam iniquitatis atque abhominacionem desolacionis in loco sancto locatam et confirmatam. Ista insuper sunt, que faciunt [f. 201b], quod virtutes in veritate, que sunt perfecte probate, absconduntur, lacerantur et publice paciuntur cum hiis, qui ipsas habent et operantur, et[a]) vicia et omnis malicia sine reprehensione et publice fiunt et se erigunt et honorem et gloriam a communitatibus christianis sorciuntur. Ista eciam sunt, que fecerunt ecclesiam sanctorum desertam a spiritu Jhesu crucifixi et sanctis dei et vias eius lugentes, eo quod non est[b]), qui transeat per eas ad solempnitatem christianam. I[s]ta sunt, que[c]) contegunt Gog e Magog, gentes in extremo omnis malicie collocatas, et ipsa conposuerunt et depinxerunt meretricem et ipsam eandem super multos populos presidere locaverunt. Ista sunt, ex quibus tribulacio extrema sanctis dei et error maximus possibilis sunt conflata. Ista sunt, que fecerunt noctis profundum fieri in meridie et obdormire homines et omnes virgines, fatuas simul et sapientes, ipsa fecerunt dormire et dormitare, mora veniendi facta a sponso in id suffragante. Et ista eadem sunt, que dampnum[d]) et famem audiendi fidele verbum vite et silencium letale prefatum inmediatum Anty-

---

a) *sup. lin. add. A.* b) *sup. lin. add. A.* c) qui *A.* d) *del. in A* (dampnosum).

1) *Malach. IV. 2.* 2) *Cf. I. Cor. I. 24.* 3) *Cf. Matth. XXV. 1 sq.*

christo et in tempore Antychristi effecerunt in tantum, ut non solum non sint, qui Antychristum longe lateque debachantem in sanctuarium dei et in sanctos eius revelent et inclament, sed eciam silencium illis est inpositum, qui ausi fuerunt loqui publice de Antychristis aut ipsius funesta meretrice ex synagoga yppocritarum congregata, quemadmodum hoc patuit de silencio inposito prefatis veneralibus magistris in sacra pagina Parisiensis[a]) clarissime et unice, electe et dilecte universitatis, et de libello ab eisdem condito nimium utiliter ecclesie catholice Jhesu Christi superius denotato[1]); ut eciam patuit de silencio inposito cuidam venerabili sacerdoti et eximio ac glorioso predicatori Milicio et magnis persecucionibus ipsius ab Antychristis ob reprehensionem Antychristi et revelacionem pudendorum meretricis magne[2]), horrendam abhominacionem in loco sancto collocante et in tantum insaniente in suis libidinibus et sua cupiditate efferbente[3]), quod veluti alia Macha, mater Aase regis, ydolum Priapi in templo domini Jhesu publice et communiter erigeret et abhominabiliter adoraret[4]); de quo satis et multa infra invenies distinccione XII. per totum[5]), de Mylicio autem, venerabili sacerdote predicto, habes paulo post ca.[b]) [6 et 7] et tractatu ipsius de Antychristo in ista eadem distinccione[6]).

Et ex istis singulis sic fideliter pensatis congrue potest inferri tempus pessimum instare malicie et nequicie impiorum christianorum et gracie et virtutis dei dilectorum et electorum, quoniam malicia et virtus utraque nunc a doctis secundum deum videntur ad summum gradum et per consequens ad conpletam maturitatem in dei agro, id est in ecclesia pervenisse. Nam non potest cogitari possibilis fieri maior iniquitas secundum latitudinem vel extensionem, quam iam notorie ubique clamore suo replet mundum, nec

---

[a]) *ras. seq. in A.* [b]) *lacuna seq. A.*

[1]) *v. supra tractatum magistrorum Parisiensium De periculis novissimorum temporum et quod auctor Regularum de ipsius tractatus dampnatione dicit in dist. X, c. 11.* [2]) *phrasis, ut notum, biblica; cf. Nahum III. 5:* „Et revelabo pudenda tua in facie tua et ostendam gentibus nuditatem tuam et regnis ignominiam tuam.“ *De dampnatione meretricis magnae cf. Apoc. XVII. 1 sq.*

[3]) *haec quoque sententiae biblicae esse probantur; de abhominatione stante in loco sancto v. ex. gr. Matth. XXIV. 15 et de libidine insaniente v. Ezech. XXIII. 11.* [4]) *Cf. II. Paral. XV. 16.* [5]) *v. infra dist. XII. passim.* [6]) *v. infra c. 6 et 7 et p. 368 sq.*

eciam est possibilis gradus intensior iniquitatis et malicie in dei populo christiano, quam modo publice videtur ab omnibus volentibus[a]) suscipere manifestam veritatem. Et similiter e regione censendum est de virtute et gracia Jhesu Christi, de virtute dico sanctorum dei, eorum, qui fidem retinent dignam deo, spem in Jhesum crucifixum et caritatem perfectam ad deum et proximum, in tam vehementi circumstante contrario, in tanta difficultate, cum tali et tanta concertacione, intus et foris, cum intimis suis amicis et domesticis et alienis ac extrinsecis malignis spiritibus et hominibus, cum multitudine yppocritarum et magnitudine aerearum potestatum et spiritualibus nequiciis in celestibus, in tanta paucitate dei electorum, et tunc, quando in tantum dei ecclesia est desertata a spiritu Jhesu crucifixi, et cum est ita absconditus wltus eius[1]) et in tanta tribulacione, ut in errorem, si fieri posset, eciam electi dei inducantur[2]), — tunc, inquam, obtinere digne[b]) virtutem dei et sapienciam perfectam et probatam est sine dubio in summo gradu suo illa virtus maturata. Similifer iudicandum est et investigandum[c]) de gracia et virtute Jhesu Christi, que in summo suo gradu, quoad nos, fuit[d]) huic seculo exhibita et effusa: ita, ut paulo ante dictum est, deus et dominus Jhesus Christus omnem graciam et omnem operam saluti hominum utilem et conpetentem et in esse gracie quoad convenienciam operis in salute hominum omnino[e]) possibilem nunc in hoc tempore congregavit, multiplicavit et donavit hominibus christianis simul et in commune [f. 202a]. Cum autem iam in summo sit illorum omnium et singulorum contrario contemptus et abusus ab[f]) infinita multitudine yppocritarum et per latitudinem ecclesie, concluditur, quod dei virtus et Christi paciencia est in summo maturata et perfecta, non tamen in seipsa, que est inmensa et inmutabilis, sed quoad exigenciam iusticie et misericordie in opere salutis huius mundi.

Ex quibus elicitur manifeste, quod *iam instat tempus messis utriusque*, et quod utrumque iam clamat ad deum,

---

26) Nota de summo malicie et paciencie *A.*

a) *post corr. A.* b) obtinere *seq., sed postea del. A.* c) posse *seq. in A.* d) *ita corr. ab ed. A;* sunt *A.* e) *ita emend. ab ed.;* omnem *A.* f) et *A.*

1) *Cf. Isaiae LIII. 3.* 2) *Cf. Matth. XXIV. 24.*

et iniquitas Sodomorum pro vindicta, et clamor virtutis sanctorum pro mercede. Et inde amplius sequitur, quod manifeste videtur esse iam scriptura illa inpleta, que dicit [1]: „Sinite utraque crescere usque ad messem, et in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zyzania et alligate ea in fasciculos ad conburendum, triticum autem congregate in horreum meum.“ Et Apocalypsis XIIII [2]: „Et vidi, et ecce, nubem candidam, et super nubem sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream.“ Et tunc ad propositum [3]: „Et in manu sua falcem acutam. Et alius angelus exivit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem: Mitte falcem tuam et mete.“ Et tunc valde [a] ad propositum [4]: „Quia venit hora, ut metatur, quoniam maturavit messis terre. Et misit, qui sedebat super nubem, falcem suam in terram, et messuit in terra“ [b]).

Et ex istis infertur proevidenter, quod iam tempus venit et venit tempus, ut omnipotens sermo domini a regalibus sedibus veniat [5] et medium noctis profunde illustret [6], et silencium de adventu Antychristi et de adventu Christi Jhesu ad iudicium iam pretereat et multitudine predicatorum irrumpatur.

## Capitulum quartum [c].

*Que est vel qualis discessio in tempore Antychristi, et cetera* [c].

Unde hic est advertendum illud, quod inquit apostolus de Antychristo, cuius adventus secundum operacionem Sathane [fit]. Ergo videtur, secundum longe ante deducta [7], quod Antychristus vel sua membra non venient per operacionem hominum, puta per tyrannidem manifeste infidelium vel alias quocumque modo conpellencium ad negacionem manifestam nominis Jhesu Christi, sed venient in yppocrisi et in omni seduccione et niccione. Nam modum illius operacionis planius edicit I. Thymo. IIII°, dicens [8]: „Spiritus autem, inquit, manifeste dicit, quia in novis-

---

[a]) -l- *sup. lin. A.* [b]) et demessa est terra *biblia.* [c]) *ita A. rubr.*

[1]) *Matth. XIII. 30.* [2]) *Apoc. XIV. 14.* [3]) *Apoc. XIV. 14—15.* [4]) *Apoc. XIV. 15—16.* [5]) *Cf. Sap. XVIII. 15.* [6]) *de noctis illuminatione v. Psalm. CXXXVIII. 11—12.* [7]) *vide supra p. 6 et locis aliis.* [8]) *I. Tim. IV. 1—3.*

simis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus[a]) erroris et doctrinis demoniorum, in yppocrisi loquencium mendacium et cauteriatam habencium suam consscienciam, prohibencium nubere, abstinere a cibis, quos deus creavit ad percipiendum cum graciarum accione fidelibus."

Discessionem autem hic quorumdam a fide Christi ego intelligo non simpliciter per abnegacionem fidei, prout prefuit in hereticis et aliis manifestis apostatis a fide christiana, sed magis ad propositum, puta antychristeitatis, puto discessionem a fide per extinccionem amoris ad Jhesum crucifixum et caritatis spiritus Jhesu ad proximos et consequenter per multiplicacionem universorum peccatorum et errorum ficticiorum ac fabularum in populo christiano.

Nam huic sentencie manifeste alie multe prophecie et scripture alludunt, que plurime supra sunt adducte, et presertim veritas Jhesu Christi, que proprie describens tempora novissima Antychristi, dicit Mt. XXIIII°[1]): „Multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus, et multos seducent." Et paulo post[2]): „Et tunc scandalizabuntur multi et invicem tradent, et odio habebunt invicem, et multi pseudoprophete surgent et seducent multos. Et quoniam habundabit iniquitas, refrigescit[b]) caritas multorum." Ista autem, que dicuntur, non notant abnegacionem fidei manifestam, sed corrupcionem fidei et[c]) morum sanctorum atque errorum multorum fidei sancte inmissionem[d]) in tantum, ut in errorem inducantur, si fieri potest, et electi[3]). Hunc intellectum insuper clare innuunt verba apostoli, que subsequntur. Nam cum dixisset[4]): „Discedent quidam a fide", mox qualitatem exprimit discessionis, dicens[5]): „Attendentes[e]) spiritibus erroris et doctrinis demoniorum, in yppocrisi loquencium mendacium et cautheriatam habencium suam consscienciam." Ecce, hec singula notant magis corrupcionem vel inprobitatem circa fidem et in fide, quam expressam abnegacionem fidei. Nam alludit, quod sequitur; dicit enim[6]): „Prohibencium nubere, abstinere a cibis, quos deus creavit."

Quod si illa discessio a fide Jhesu signat abnegacionem fidei

---

a) attendentibus spiritibus *biblia.* b) refrigescet *biblia.* c) et — fidei *in m. add. A.* d) inmissorum *A.* e) attendentibus *biblia.*

1) *Matth. XXIV. 5.* 2) *Matth. XXIV. 10—12.* 3) *Cf. Matth. XXIV. 24.* 4) *I. Tim. IV. 1.* 5) *I. Tim. IV. 1—2.* 6) *I. Tim. IV. 3.*

tantum, non taliter, sicud Petrus ter negavit se nosse Jhesum, vel sicut heretici Jhesum deum esse negaverunt, aut sicut Judei et Sarraceni negant Jhesum, sed magis abnegacionem, que fit per malos mores et contrarios religioni christiane, de qua apostolus[a][1]: „Confitentur se nosse deum, factis autem negant"; et I[a] Thim. V[o] [f. 202[b]] dicit[2]: „Si quis autem suorum et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit et est infideli deterior"; et ad idem Job XXXI[o][3]): „Si letatus sum super diviciis meis multis[b]) et quia plurima reperit manus mea"; et tunc paulo post ad propositum[4]): „Que est iniquitas maxima et negacio contra deum altissimum": discessio[c]) igitur a fide multorum in fine temporum, illa notata est fieri per malos mores et extinccionem caritatis multorum magis quam per abnegacionem simplicem fidei, veluti fuerunt forte heretici aut huiusmodi[d]), cum siquidem illud sit manifestum, quod fides Jhesu Christi formata sit vel inicium et mater omnis virtutis, sicut scriptum est Hebr.[e])[5]): „Fides est substancia sperandarum rerum, argumentum non apparencium", et iterum[6]): „Accedentem ad deum primum oportet credere"; accedere vero ad deum est secundum virtutes deo assimilari vel conformari, sicut scriptum est[7]): „Imitatores dei estote, sicut filii karissimi", et iterum[8]): „Estote sancti, sicut ego sanctus sum, et estote misericordes, sicut pater vester celestis est misericors, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde." Vel fides est, que correquirit ad se omnem virtutem et omnem mandatorum inplecionem cum effectu. Vel fides in Jhesum est, que integratur ita ex omni virtute, tum quod deficiente una virtute debita in sese fides corrumpitur et mortua reputatur. Propter quod dicit Jacobus[9]): „Fides sine operibus mortua est"; et idem[10]): „Qui in uno offendit, factus est omnium reus." Et inde eciam est illud, quod supra est allegatum, ubi dicitur[11]):

---

6) De fide *A in folio super.*

a) *lacuna seq. in A.* b) *corr. A.* c) Discessio autem *cont. D 1. 2.* d) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Cum igitur oc., *v. infra p. 350, lin. 4.* e) *lacuna seq. in A.*

1) *Tit. I. 16.* 2) *I. Tim. V. 8.* 3) *Job XXXI. 25.* 4) *Job XXXI. 28.* 5) *Hebr. XI. I.* 6) *Hebr. VI. 6.* 7) *Ephes. VI. 1.* 8) *Cf. I. Petri I. 16, Matth. XI. 29 et Lucae VI. 36.* 9) *Jacobi II. 26.* 10) *Jacobi II. 10.* 11) *I. Tim. V. 8 (v. supra n. 2).*

„Quis autem suorum, maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit et est infideli deterior.“ Et dominus ad Johannem Baptistam[a])[1]): „Sic enim nos decet adinplere omnem iusticiam.“

Cum[b]) igitur sic fides Jhesu formata ideo dicta est formata, quia conponitur ex omni virtute, vel quia inicium est et mater omnium virtutum, vel quia correquiritur et integratur ex omni virtute, sequitur, quod discessio a fide in christiano fit per admissionem cuiuslibet peccati et per obmissionem cuiuslibet virtutis. Et quia in summo hodie videmus in tempore Antychristi fieri obmissionem omnis virtutis in populo christiano, sicut prophetatum est: „Et refrigescet, inquit, caritas multorum“[2]), et admissionem publice omnium peccatorum in summo gradu et communiter, quemadmodum Christus subiunxit[3]): „Et habundabit iniquitas multorum“, sequitur evidenter, quod hodie facta est illa discessio a fide Jhesu et ab amore Jhesu, que prophetata est fieri in tempore Antychristi. Propter quod non est amplius expectandum, quod unus alius veniat Antychristus, quoniam iam est in mundo et in summa eius plenitudine debachatur in sanctos dei et electos[c]).

Item si intelligatur discessio a fide, id est ab obediencia Romani inperii et regiminis, et in spiritualibus, puta discessio ab obediencia domini apostolici, tunc hodie nimis plene conpleta est[d]) illa discessio in tantum, quod non sit necesse eam, nisi digito patulo et ubique per ecclesiam demonstrare, et in tantum, quod sine dubio omnis ille concludit non posse fieri adhuc maiorem, quem non piget considerare presentem inobedienciam per totum in universa ecclesia, puta laycorum et sacerdotum, religiosorum et secularium, plebeiorum et prelatorum, cum viderit omnia a se invicem divisa esse et dilapsa, quasi ficus, cum emittit grossos suos[4]), et quasi ossa in latitudine campi dispersa et quasi domus deserta[5]), cuius partes universe sine reformacione[e]) di-

---

4) Nota de fide formata *A.*

a) *lacuna seq. in A.* b) Cum igitur fides *cont. D 1. 2.* c) *post hanc vocem D 1. 2. contin.* Pati autem tribulaciones, *v. infra p. 357, lin. 16.* d) *sup. lin. A.* e) *post corr. A.*

1) *Matth. III. 15.* 2) *Matth. XXIV. 12.* 3) *Matth. XXIV. 12.* 4) *Cf. Apoc. VI. 13.* 5) *de ossibus dispersis cf Psalm. XXI. 15* (dispersa sunt omnia ossa mea) &c.

velluntur per ruinam, prout hec superius reperies magis conplete declarata[1]). Scriptum namque est[2]): „Omne caput languidum et omne cor merens. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.“ Quando nunc fuerit discessio a cruce domini nostri Jhesu Christi et a iusticia, que est per crucem et in cruce conpleta per dei filium, ad iustificaciones alias multiplices, et discessio a mandatis dei ad mandata et adinvenciones atque doctrinas hominum, et discessio a veritate verbi domini ad fabulas, de illis habes in secundo tractatu huius distinccionis c. [9][3]).

## Capitulum quintum[a]).

*De predicatoribus, qui revelant Antichristum et de multitudine ipsorum successiva*[a]).

Nunc licet ad propositum redire.

Cum itaque cecitas pridem[4]) taxata sive nox sive silencium [in]iustum et dampnosum et ultimum sic medium iter ageret et suam dispensacionem temporum adinpleret, quemadmodum scriptum est[5]): „Lunam fecit in tempore[b]), sol congnovit occasum suum [f. 203a]. Posuisti tenebras, et facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestie silve. Catuli leonum rugientes, ut[c]) rapiant et querant adeo escam sibi“, tunc, inquam, illa bestia capitosa visa a Johanne[6]) et cornuta pertransivit et meretrix magna, fornicacionum mater, suam fornicacionem nimiam adinplevit[7]). Ex quibus expositus est Antichristus cum suis gentibus, videlicet Gog et Magog[8]), de quibus multa prophete et Jhesus crucifixus et eius discipuli, sapientes et doctores sua scripta ad nos usque transmiserunt. De quibus plurima iam superius sunt producta[9]).

Et ecce, Helyas et Enoch, duo testes, quasi due olive et duo candelabra[10]), venientes, illud silencium letale et somp-

---

29) Helias et Enoch *A alia manu.*

a) *ita A rubr.* b) tempora *biblia.* c) *corr. A in m.*

1) *Cf. supra dist. V, p. 25 et 35 et in vol. II. p. 161—162.* 2) *Isaiae I. 5—6.* 3) *v. supra dist. IX, c. 9, p. 168.* 4) *v. supra c. 1 in fine.* 5) *Psalm. CIII. 19—21.* 6) *Cf. Apoc. XIII. 1.* 7) *Cf. Apoc. XVII. 1 sq.* 8) *Cf. Apoc. XX. 7.* 9) *v. librum III. de Antichristo, dist. V—X. passim.* 10) *Cf. Apoc. XI. 3—4.*

nium dampnosum irruperu t et clamorem fecerunt, dicentes[1]: „Ecce, sponsus venit, exite obviam ei!“ Et illi non iam sub figuris et in enigmatibus[2], sed nude pronuncciaverunt Antychristum et adhuc nunciabunt. Et non futurum et in communi prophetaverunt, sed veluti Johannes Christum[3], ita isti Antychristum iam venientem singulariter indicaverunt suo digito. Indicant quoque, et adhuc amplius indicabunt, et ipsi eum[a]) revelaverunt et revelabunt, donec dominus interficiet eum spiritu oris sui et destruet illustracione adventus sui[4]) et donec Sathanas iam ultimo sub pedibus nostris[b]) conteratur[5]). Amici autem concident eum, divident eum negociatores[6]), id est multitudo predicatorum Jhesu Christi caritate et sapiencia, que ex deo est unita et communita secundum ea, que sunt superius declarata[7]). Et tunc fiet sermo, qui scriptus est[8]): „Et decem cornua, que vidisti [in bestia]: hii odient fornicariam et desolatam facient illam et nudam, et carnes eius manducabunt et ipsam igne concremabunt. Deus enim dedit in corda eorum, ut faciant, quod placitum est, ut dent regnum suum bestie, donec consumerentur verba dei.“

Si autem scrutaris de tempore, in quo nox predicta sive silencium incepit preterire et in quo iam voces et tonithrua dei fieri sunt inchoata[9]), ego dico coram deo et domino meo Jhesu Christo, conformando me supra productis et determinatis per prophetas, quod tempus pretericionis illius silencii incepit ab anno domini M°.CCC°.L.[10]), clamor factus ante sponsi adventum[11]), et durat usque finem continue et successive per spiritum Jhesu Christi omniphariam dylatatus sonusque tubarum Jhesu alcius et alcius surget ad sua incrementa[12]). Predicatores hic loquor sepedictos predicacionemque ipsorum noto

2) Mt. 25 *A alia manu.* 14) Apoc. 11 *A a. m.* 20) Duracio Antichristi *A.* 25) Nota bene *A manu coaeva.* 25) 1350 *A manu posteriore.* 26) Duracio Antichristi *A manu posteriore.*

a) enim *corr.* eum *A.* b) vestris *corr.* nostris *A.*

1) *Matth. XXV. 6.* 2) *Cf. Numer. XII. 8* (palam et non per aenigmata et figuras). 3) *Cf. Matth. III. 11* (qui autem post me venturus est, fortior me est ꝛc.). 4) *Cf. II. Thess. II. 8.* 5) *Cf. Rom. XVI. 20* (deus autem pacis conterat Satanam sub pedibus vestris velociter). 6) *Cf. Job XL. 25.* 7) *v. supra p. 15 et 45.* 8) *Apoc. XVII. 16—17.* 9) *Cf. Apoc. XVI. 18.* 10) *vide supra c. 2.* 11) *Cf. Matth. XXV. 6.* 12) *Cf. de sonu tubarum angelorum Apoc. VIII. passim.*

multiplicandam adhuc in senecta uberi, et bene pacientes erunt, ut anunccient [1]), donec predicabitur „ewangelium hoc regni“, id est ewangelium Jhesu crucifixi, „in universo mundo in testimonium omnibus gentibus, et tunc veniet consumacio“ [2]).

Unde notandum hic incidit, quod ea, que prophetata sunt de bestia capitosa et cornuta et meretrice eidem bestie insidente, que constituunt corpus Antichristi, item de duobus testibus et testimoniis ipsorum et singulis aliis, que possunt circa hoc estimari, omnia, inquam, talia intelligenda conpleri temporaliter et successive per loca et tempora et momenta, que solus pater posuit in sua potestate [3]), et per consequens incongnita omnibus hominibus et solis quibusdam paucis dei testibus fidelibus revelata, ac solum ac tantumdem revelata, quantum expedit scire dei electis vel eis ipsis utile pro loco et tempore ad salutem, secundum quod eciam in precedentibus est distinctum [4]). Et ad hoc facit, quod in propheta dicitur Abak. [a]) [5]): „Qui crediderit, non festinet.“ Et iterum [6]): „Si moram fecerit, expecta eum.“ Successive autem hec [b]) incrementa predicacionis sancte et novissime describit dominus in Ezechiele in visione enigmatica ca. XLVII°, ubi dicitur [7]): „Et ecce, aque redundantes a latere [c]) dextro. Cum egrederetur vir ab oriente, qui habebat funiculum in manu sua et mensus est [d]) mille cubitos et transduxit me per aquam usque ad talos. Rursumque mensus est mille et transduxit me per aquas usque ad genua. Rursumque mensus est mille et perduxit [e]) me per aquam usque ad renes. Et mensus est mille, per [f]) torrentem, quem non potui transire, quoniam intumuerant aque profunde [g]) torrentis, qui non potest trans[f. 203[b]]vadari. Et dixit ad me: Certe vidisti, fili hominis. Et duxit [h]) me et convertit me ad ripam torrentis. Cumque me convertissem, ecce, in ripa torrentis ligna multa nimis ex utraque parte. Et ait ad me: Aque iste, que egrediuntur ad rivulos zabulei [i]) orientalis et descen-

2) Nota *A.* 17) Abacuk *A m. post.* 20) Ezechiel *A.*

a) *posterius add. A.* b) *ita em. ab ed.*; per *A.* c) altare *corr.* a latere *A.* d) *sup. lin. A.* e) traduxit *biblia.* f) *om. biblia.* g) profundi *biblia.* h) eduxit *biblia.* i) ad tumulos sabuli *biblia.*

1) *Psalm. XCI. 15.* 2) *Matth. XXIV. 14.* 3) *Cf. Act. I. 7.* 4) *v. supra p. 16—18 et 87.* 5) *recte Isaiae XXVIII. 16.* 6) *Habacuk II. 3.* 7) *Ezechiel. XLVII. 2—9.*

dunt ad plana deserti, [intrabunt] mare et exibunt et sanabuntur aque. Et omnis anima vivens, que serpit, quocumque venerit torrens, vivet, et erunt pisces multi satis, postquam veneri[n]t iste, et sanabuntur, et vivent omnia, ad que venerit torrens", etc. ibidem ad propositum.

Ista singula verba prophecie huius manifeste exprimunt successionem predicacionis predicte et multiplicacionem sanctorum predicatorum et reformacionem sancte ecclesie per eosdem. Et ad hoc eciam facit, quod dominus Mt. XIIII° dicit [1]: „Simile est regnum celorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farine satis tribus, donec fermentaretur totum." Et iterum ibidem [2]: „Simile est regnum celorum grano synapis, quod accepit homo et seminat [a]) in agro suo, quod minimum est quidem [ex] omnibus seminibus; cum autem creverit, maius est omnibus oleribus et fit arbor, ita ut volucres celi veniant et habitent [b]) in ramis eius."

Ecce, modus et forma successionis predicacionis in mundo, que a paucis modicisque inchoata, successive per totum orbem est dilatata. Sic erit eciam in consumacione seculi [3]), quod iam fieri, ut dictum est, inchoavit. Successio autem ista, que nobis videtur in longum protendi et interminata aput nos fieri ob naturam nostri brevissimi ewi usque ad revolucionem et diffidenciam multorum, qui dicunt [4]): „Ubi est verbum domini? Veniat"; et iterum in alio propheta Ys. [c]) [5]): „Expecta, reexpecta, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi"; atque iterum [6]) „Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes et dormierunt", — eadem deo est brevissima et secundum dispensacionem temporum distinctissima, in qua nec unum jota neque unus apex preterit, quin omnia suis vicibus conpleantur [7]). Propter quod plane Petrus ad nos de eo loquitur, dicens II. Petri III° [8]) „Hoc primum scientes, quod venient in novissimis diebus in decepcione illusores iuxta proprias concupiscencias ambulantes dicentes: Ubi est promissio aut adventus eius? Ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseverant ab inicio creature."

---

23) Hiere. 17 *A.* 24) Esa. 28 *A.* 26) Mt. 25 *A.*

[a]) accipiens — seminavit *biblia.* [b]) habitant *A.* [c]) *lacuna seq. in A*

[1]) *recte Matth. XIII. 33.* [2]) *Matth. XIII. 31.* [3]) *voces bibliae; cf Matth. XIII. 39.* [4]) *Jerem. XVII. 15.* [5]) *Isaiae XXVIII. 10.* [6]) *Matth XXV. 5.* [7]) *Cf. Matth. V. 18.* [8]) *II. Petri III. 3—4.*

Et post pauca ad propositum[1]: „Unum vero hoc non lateat vos, karissimi, quia unus dies aput dominum sicut mille anni, et mille anni sicut unus dies. Non tardat[a]) deus[b]) promissionem suam, sicut quidam existimant, sed pacienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad penitenciam reverti.“

## Capitulum sextum[c]).

Nunc iterum ad[d]) ea, que paulo supra de Helya sunt inducta, curiosius de tempore ipsius et de persona sanctitatis accipe estimacionem meam coram spiritu Jhesu crucifixi, quod puta Helyas expectatus iam venit et pugnavit contra bestiam et fuit victus et fecerunt de eo omnia, quecumque voluerunt[2]).

Pro quo est diligencius pensandum illud, quod dominus Jhesus requisitus de adventu Helye, respondit, dicens[3]): „Helyas quidem venturus est et restaurabit omnia.“ Putasne, [quod] ibi veritas notat ibidem personam illius Helye, qui fuit magister Helysei[4]), aut fortasse pocius quemdam alium repletum spiritu Helye et proprietatibus eius? Enimvero ego puto ex sensu meo, quod non Helyam, id est personam Helye ad literam, aut non solum ipsum Helyam veritas in verbo preassumpto intellexit, sed magis spiritum et virtutem Helye, ut prescribitur[5]), id est multitudinem sanctorum predicatorum et doctorum, per quos spiritus Helye habundans restaurabit omnia, et ad ipsorum prophetacionem spiritus de quatuor angulis[e]) veniens inspirabit ossa arida in campi latitudine dissipata, et iuxta Ezechielis prophetiam faciet ea rursum vivere[6]). Et isti sunt pastores paulo ante in Ezechiele denotati[7]). Et alias si Helyas quidem ille de paradyso corporaliter veniret, ut quidam dudum autumant[8]), non videtur, quo modo una persona, corporaliter per universum orbem discurrens, posset sua sollicitudine et suasione re-

7) De Helya *A.* 12) De Helya *A.* 13) Mt. 17 *A alia manu.*

a) *corr. A.* b) dominus *biblia.* c) *ita A rubr.* d) *em. ab ed.*; *A.* e) *post corr. A.*

1) *II. Petri III. 8—9.* 2) *Cf. Psalm. CXIII. 3* (omnia, quaecumque voluit, fecit). 3) *Matth. XVII. 11:* „Elias quidem venturus est et restituet omnia.“ 4) *de quo IV. Reg. II.* 5) *Cf. Lucae I. 17* (ipse praecedet ante illum in spiritu et virtute Eliae). 6) *Cf. Ezechiel. XXXVII. 1—6.* 7) *Cf. Ezechiel. XXXIV. passim.* 8) *auctor hic verisimiliter allusionem alicuius tractatus contemporanei de Antichristo facit.*

staurare[a]) universitatem electorum. Nec enim facultati eius hc subiacet[b]), nisi solum spiritui Jhesu omnipotenti, qui replet o bem terrarum universum[1]), qui ad opus suum non valde ill literali Helya habet necesse, cum possit eciam de lapidibus isti id est gentibus et laycis, filios Abrahe[2]), id est multos [f. 204 Helyas suscitare, nisi fortasse dicatur, quod illum Helyam pe sonaliter venire expedit, ut convincantur perinde testimonio su homines ignari et negligentes. Quod dictum bene stare micl nequaquam videtur ex eo, quod continet scriptura responsu ad divitem epulonem interpellantem pro predicatore ex mortu suis conplicibus. „Habent, inquit[3]), Moysen[c]) [et] prophetas: au diant illos.“ Et iterum subditur[4]): „Et si illos non audierint, nequ si aliquis ex mortuis resurgat, illum audient.“ Et iterum dat quod Helyas, personaliter veniens, veritati testimonium perh beret[5]) et nude ostenderet et in religione christiana excol[l]end tunc iam per hoc meritum fidei evacuaretur[6]) aut utique eide detraheretur, quod omnino in novissimis fieri non debere scri tura multa attestatur, quia tunc fides Jhesu dicta est tunc pe fici prorsus et probari[7]). Propter quod eciam et miracula un versa in sanctis dei cessaverunt et ficticia portentorum prod giorumque Antychristorum sunt multiplicata super numerun Non relinquitur racio, cur persona Helye laboraret pro restau racione[d]) omnium collapsorum in ecclesia veniendo, quamv secundum Augustinum Helyas quidem ille veniet vel ante Chr stum ad iudicium vel cum Christo.

Quantum[8]) ad presentem inquisicionem attinet, alius He lyas, id est vir habundans spiritu Helye requiratur, qui diut num rupit silencium de adventu Christi ultimo et Antychris Et si wltis accipere, quantum noticia gestorum michi assere dum inducit, ipse est Myliczius, venerabilis presbyter et pr dicator, potens in opere et in sermone[9]), cuius verbum tan

---

26) Helias *A alia manu.* 30) Nota de Milicio et Conrado *A ma auctoris.*

[a]) restaorare *A.* [b]) subiaceat *corr.* subiacet *A.* [c]) *in m. add.* [d]) restaoracione *corr.* restauracione *A.*

[1]) *Sap. I. 7.* [2]) *Cf. Matth. III. 9.* [3]) *Lucae XVI. 29.* [4]) *Luc XVI. 31* (resurrexerit, credent). [5]) *phrasis haec in biblia saepissima.* [6]) *Cf. Rom. III. 3:* „Numquid incredulitas illorum fidem Dei evacuabit?“ [7]) *Cf. I. Petri I. 5. 7.* [8]) *Impr. in Fontibus rerum bohemicarum, t. p. 431, nota.* [9]) *Cf. Lucae XXIV. 19.*

quam facula ardebat[1]), et similiter Conradus Wolthausar, homo utique religiosus et devotus: qui dictis suis et scriptis principales metropoles sancte ecclesie repleverunt, utpote Romam et Avinionem, ubi papa, et Bohemiam atque Pragam, ubi ecclesie imperator, et[a]) unus ipsorum, scilicet Conradus in Praga occubuit, ubi cesar, alter Avinione est mortuus, ubi papa. Et ambo in extremis articulis pro Christi Jhesu veritate et iusticia „in medio tribulacionis“[2]) pessime occubuerunt, usque ad mortem decertantes contra bestiam et gentes dilaceratas et divulsas[3]), videlicet Gog et Magog[4]).

Et obsecro hic unum quemque lectitantem, ne michi[b]) indignetur, si testimonium perhibeo[c])[5]) hiis, que oculis vidi et[d]) meis auribus audivi et manus mee tractaverunt[6]); quamvis pro eo passurus contemptum et plurimas derisiones, tamen scio, quod nichil novum vel inopinatum michi eveniet, cum omnibus, qui volebant vivere in Christo, a seculis similia acciderunt; pati[e]) etenim tribulaciones multas professores veritatis, illud est strata regia et publica omnibus ortodoxis christianis a principio usque finem[f])[7]). Michi interim dominus Jhesus crucifixus erit requies in seculum seculi[8]), et gloria mea, testimonium consciencie mee[9]).

---

1) Milicius et Conradus presbiteri et predicatores *A alia manu.*
10) Gog et Magog *A alia manu.*

[a]) *sup. lin. A.* [b]) me *corr.* michi *A.* [c]) prohibeo *A et Fontes (= F), sed false.* [d]) *sup. lin. A.* [e]) *contin. D 1. 2.* [f]) *post hanc vocem contin. D 1. 2.* Moderni ypocrite, *v. infra p. 366, lin. 23.*

[1]) *Cf. Eccli. XLVIII. 1.* [2]) *Psalm. CXXXVII. 7.* [3]) *de gente convulsa et dilacerata v. Isaiae XVIII. 2.* [4]) *Cf. Apoc. XX. 7.* [5]) *phrasis* testimonium perhibere *in biblia saepius occurrit.* [6]) *Cf. I. Joan. I. 1:* „Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus et manus nostrae contrectaverunt de verbo vitae.“ *Etiam phrasis* oculis videre et auribus audire *in biblia saepius occurrit.* [7]) *phrases* pati tribulationes *et* via regia et publica *etiam in biblia leguntur.* [8]) *Cf. Psalm. CXXXI. 14.* [9]) *Cf. II. Cor. I. 12.*

# NARRACIO DE MILICIO[a].

Nunc[1]) ad narracionem de probissimo Myliczyo remeabo. In quo quidem Myliczyo, quod nomen latinum in sermonem translatum sonat „karissimus", ego vidi[b]) eius omnem dileccionem et viscera miseracionum[2]) et ad omnes homines, eciam ad inimicos et persecutores redundare, ut nullus erat, nisi forte spiritu Antychristi agitatus, qui cum ipso habebat loqui vel agere, qui amorem et graciam atque suavitatem spiritus ab ipso non hauriret[3]); nullusque non consolatus ab eo recedebat. Iste veluti alter Helyas in omnibus se prorsus exhibuit. Nam inedia, „cilicio et cinere"[4]) multaqua austeritate incessanter corpus atterens, laboribus continuis in salute populorum insudabat in tantum, ut secundum cuiuslibet spectantis iudicium labores sui omnem valenciam hominum et robur carnis excedebant. Nam continuus erat in confessiones audiendo, in visitando infirmos, et in carcere, et infirmatos, mestos et peccatores consolando et convertendo.

Hic nempe dimissa curia imperatoris Karoli quarti[c]), in qua erat singulariter famatus et dilectus, relictis insuper omni-

---

2) Narrat de Milicio *A alia manu.* 18) Miile slysseti *A alia manu.*

[a]) *add. ab ed.* [b]) -m *add. in m. A postea; ibidem vox* sermonem *seq., sed deleta.* [c]) *in cod. A false legitur* tercii; *v. etiam notam marg. Valentini Nigri saec. XVI.:* „Carolus 3. an. 883. Ego intelligo Carolum 4, qui imperium regebat XXVI an. Carolus 4. an. 1347 electus, obiit Prage an. 1373, ut claro patet in Chronica."

[1]) *Impr. in Fontibus rerum bohemicarum, t. I, p. 431—436 (una cum accurata in linguam bohemicam versione), et cum erratis in Const. Hoefleri Scriptoribus rerum hussiticarum, t. II, p. 40—46.* [2]) *Cf. Philipp. II. 1* (viscera miserationis). [3]) *Proverb. XII. 2* (gratiam hauriet). [4]) *Cf. Lucae X. 13.*

bus, que possedit, et beneficiis atque officiis honestis in Pragensi ecclesia cathedrali, perfecte Christum Jhesum est secutus, eligens obprobrium Jhesu crucifixi portare, exeundo extra castra [1]), et esse abiectus in domo dei magis, quam divicias et gloriam filie Pharaonis, in thabernaculis peccatorum commorando [2]), et ita omnia impendere et [a]) superinpendi pro salute animarum [3]), paratus se totum et expedite obsequio [f. 204[b]] pauperum Christi [4]) et verbo dei predicando destinavit. Quapropter stupenda et a seculis inaudita illi dominus Jhesus donavit, quoniam ipse in brevi tempore prope ducentas meretrices ad penitenciam convertit notorias et publicas, exceptis aliis peccatoribus sexus utriusque, que [b]) latenter penitenciam assumpserunt [c]); adolescentularum autem virginum et viduarum non erat numerus, que miro modo igne caritatis Jhesu a verbo ipsius inflamate usque hodie per universam Boemiam perseverant.

Ipse vero Mylycius, filius et ymago domini Jhesu Christi apostolorumque ipsius similitudo prope expressa et ostensa, predictas meretrices penitentes suis sumptibus fovit, ipsas a fornicacione suis pecuniis magnis redimens, quasi pater dulcissimus et plenus miseracionum domini ad curam suam assumpsit vestiendas, nutriendas et informandas, modoque mirabili fovit eas quasi gallina pullos sub alis suis [5]), et quasi aquilla provocans ad volandum et super eas volitans [6]). Cum quantis lacrimis, cum quanta pietate, cum quanta sollicitudine, ne iterum

---

10) Milicius Prage tempore Karoli Imperatoris ducentas meretrices ad penitenciam convertit *A in folio super. alia manu.* 11) (Milic)ius quantas meretrices et alios peccatores ad (penitenciam) induxit *A in marg.*

[a]) *rasura seq. in A.* [b]) que *A;* qui *emend. in F.* [c]) quia *seq. in A, sed. del.*

[1]) *Cf. Hebr. XIII. 13:* „Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes.“ [2]) *Cf. Psalm. LXXXIII. 11:* „Elegi abiectus esse in domo dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum.“ *De Pharaonis filia lege Exod. II. 5, Act. VII. 21, Hebr. XI. 24.* [3]) *Cf. II. Cor. XII. 15:* „Ego autem libentissime impendam et superimpendar ipse pro animabus vestris: licet plus vos diligens, minus diligar.“ [4]) *de pauperibus sanctis non rare in Novo Testamento legitur, prout etiam de verbo dei praedicando.* [5]) *Cf. Matth. XXIII. 37* (quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas). [6]) *Cf. Deuter. XXXII. 11* (sicut aquila provocans ad volandum pullos suos et super eos volitans).

relabantur; cum quanto labore et fletu personaliter eas requirendo reducere, quas recidivare contingebat; cum quanta paciencia, cum quanta conpaciencia infirmitati ipsarum [1]) viscera misericordiarum [2]) ad easdem effundebat et opera misericordie exercebat, quis posset digne enarrare vel stilo commendare [3])?

Ego quippe confiteor me decimam partem non sufficere ad dicendum solum eorum, que cum tempore brevissimo sibi commorans, egomet oculis vidi, auribus audivi et manibus meis contrectavi [a]) [4]). In hoc siquidem loco aput me optime est verificatum illud wlgatum poeticum, quia copia me facit egenum [b]) de virtutibus Myliczy ad scribendum.

Ego vidi ipsum, cum nichil prorsus possideret, quia, ut pridem dictum est, omnia reliquerat propter Christum [5]), tamen ducentas personas de mulieribus penitentibus sua sollicitudine nutrire et vestire et habundanter omnibus procuravit cottidie ministrari. Propter quod dum omnibus libris, quos solos pro docendo habuerat, et paucos obligavit, vendidit et expendit, tunc mutuando a divitibus et rogando non sine magnis contumeliis et repulsa discurrendo, quia tota die cum fatigacione utique procurans, quod prefate paupercule et infirme sine defectu sacientur. Sicque sine ullo tedio, ymmo cum magna dulcedine agonisans, omni die et per omnia laboravit cum ipsis multos annos, semper plures et plures suscipere dulciterque ad se confugere et ad Christum Jhesum non negabat, sed et ad mortem usque modo perduravit.

Tanti autem zely ad modum Helye fuit hic dignus deo presbiter pro lege Jhesu et ipsius veritate et virtute, quod quasi incessanter ac infatigabiliter cum multitudine pseudoprophetarum, religiosorum, sacerdotum, alias legisperitorum [6]) atque clericorum infinita concertando, fuit fere cottidie in articulo mortis pro veritate [c]) constitutus.

---

[a]) contractavi *emend. F.* [b]) ac *sequitur in A.* [c]) mortis *superflue seq. in A.*

[1]) *Cf. Hebr. III. 15* (compati infirmitatibus). [2]) *Cf. Philipp. II. 1* (viscera miserationis); *phrasis* viscera misericordiae *saepius in biblia occurrit; cf. supra p. 358, n. 2.* [3]) *Cf. Eccli. XVIII. 3:* „Quis sufficit enarrare opera illius?“ [4]) *phrasis biblica, v. supra, p. 357, lin. 13.* [5]) *Cf. Matth. XIX. 27:* „Ecce, nos reliquimus omnia et secuti sumus te.“ [6]) *vox biblica, v. Lucae VII. 30 et locis aliis.*

## Capitulum septimum[a]).

Hic prelatos summos, archiepiscopos et episcopos corripuit viriliter pro hiis, in quibus visi sunt aberrare. Hic indutus zelo quasi toraci[1]), inperatorem predictum aggressus, digito indicavit et dixit sibi coram omnibus, quod ille sit magnus Antychristus. Propter quod carceres et vincula[2]) diutive est perpessus. Hic Rome episcopis et prelatis in summo predicavit iam Antychristum advenisse et quod ipsi hiidem, quia[b]) contrarie Christo Jhesu faciebant, sunt membra Antychristi, et pro eo iterum similiter captivitatem et vincula pertulit ab Antychristis. Hic papam aggressus et suos cardinales, similiter pronuncciavit animose iam Antychristum in sanctos dei insanire, pro quo iterum atque iterum fuit abiectus et derisus devoratusque a dentibus Behemoth et Antychristi[3]).

Hic Pragam, metropolym et imperialem civitatem, pro tunc nimis sceleratam et proprie spiritualiter Babylonem[4]), ingressus, draconem, quem spiritualiter pro deo inibi colebant[5]), et meretricem magnam matrem et antyquam fornicacionum, simul[c]) et bestiam coccineam, cui meretrix purpurata presidebat[6]), viriliter invasit, et ita constanter expugnavit permultos, donec innumerabilis multitudo ipsius zelo et vita insigni secundum Christum atque continuis increpacionibus[d]), obsecracionibus instanciisque multimodis, inportunis, [f. 205[a]] oportunis[7]) fatigata et convicta, tandem erubuit[8]) et a suis notoriis criminibus et horrendis declinavit.

---

5) Karolum et papam d(ixi)t, quod sunt Antichristi *A alia manu.*
15) Pragam ingressus *A manu alia.*

[a]) *ita A rubr.; om. F.* [b]) *ita emend. F;* quam *A.* [c]) similiter *F.* [d]) *post corr. sub lin. A.*

[1]) *Cf. Sap. V. 18 et 19.* [2]) *haec quoque voces in biblia leguntur; v. Hebr. XI. 36:* „Alii vero ludibria et verbera experti, insuper et vincula et carceres.“ [3]) *de Behemoth v. Job. XL. passim; phrasis illa in biblia aliter locis aliis expressa est.* [4]) *in Apoc. XI. 8 sermo est de civitate magna, quae vocatur spiritualiter Sodoma et Aegyptus.* [5]) *Cf. Dan. XIV. 22:* „Et erat draco magnus in loco illo, et colebant eum Babilonii.“ [6]) *Cf. Apoc. XVII. 3—5.* [7]) *Cf. II. Tim. IV. 2:* „Praedica verbum, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina.“ [8]) *Jerem. XV. 9* (confusa est et erubuit).

O, quam multa vicia et habundancia omnis iniquitatis abierunt retro, debellata per eundem [1]), que, nisi Mylyczius venisset, procul dubio suo clamore ad celum usque effecissent [2]), quod prorsus quasi Sodoma fuissemus et quasi Gomora periissemus [3])! Ast nunc Christo Jhesu propicio, merito et labore [a]) Mylyczi, Sodoma rediit in antiquam dignitatem et de Babylone spiritualiter facta est Praga iam Jerusalem, habundans omni verbo Christi et doctrina salutari. Nam viciis horrendis, presertim publicis, iam expugnatis et post tergum proiectis [4]), virtutes in Christi Jhesu animabus iam pulsant caputque erigentes continue atque cottidie invalescunt secundum numerum et gradus, Jhesu crucifixo ipsis prestante gloriosa incrementa [5]).

Istius autem gloriose victorie et magne in Bohemia et late salutis optime figura et exemplar sunt notificata et expressa in conversione predicta tantarum et tot simul meretricum in predicta civitate, et id, quod Mylyczius non quidem casu, sed disposicione Jhesu Christi perfecit, expugnando verbo Christi et redimendo atque ad fundum destruendo antiquum et famosissimum prostibulum in Praga, videlicet vicum illum pessimum et horrendum, qui dicebatur „Venecie", utique a Venere nuncupate, et in linguagio boemico „Benatky". Atque ibidem scolam et templum et locum omni gracia et virtute fundatum et erectum constituendo et fabricando, qui secundum propositum spiritus Jhesu „Jerusalem" est appellatus, qui usque hodie tali nomine est in Boemia, id est [b]) in Praga maxime celebriter diffamatus, ad designandum illud, quod iam nuper est notatum [c]), quod dominus Jhesus per Mylyczium, saltem quoad primordia, de Praga, Babylonica et confusa civitate ac funesta, Jerusalem perfecit, lucidam civitatem supra montem constitutam [6]), et amplius perficiet piissimus dominus et deus fidelis [7]), quamvis, ut

---

7) Nota: Tempore Milicii Praga, que prius erat Babilon, facta est Jerusalem *A alia manu.* 21) Venecie Benatky *A alia manu.*

[a]) per *(in marg.)* meritum et laborem *corr.* merito et labore *A alia manu.* [b]) id est *A;* et *emend. F.* [c]) vocatum *false emend. F.*

[1]) *Cf. Jerem. L. 14* (debellate eam). [2]) *v. de clamore Sodomorum et Gomorrae Genes. XVIII. 20—21.* [3]) *Cf. Isaiae I. 9 et Rom. IX. 29.* [4]) *Cf. Isaiae XXXVIII. 17* (proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea). [5]) *Cf. I. Cor. III. 6* (deus incrementum dedit). [6]) *Cf. Matth. V. 14:* „Non potest civitas abscondi supra montem posita." [7]) *phrasis* fidelis deus *saepissime in biblia occurrit.*

supra dictum est, modo et successive, per suum omnipotentem spiritum in predicatoribus, cuius spiritus inicia karissimo presbitero Myliczio in plenitudine sunt donata.

Quis autem non miretur istius Myliczy literaturam exuberantem et doctrinam? Nam cum fuerit ante simplex presbiter et scriptor in curiis principum, tamen quando fuit siccine a spiritu Jhesu visitatus, in tantum sapiencia et omni verbo doctrine dives[1]) est effectus, quod facile erat eidem quinquies in uno die predicare, puta semel in latino sermone, semel in theutunico, et ter in boemico, et hoc publice et in communi, cum clamore et zelo valido[2]), atque in singulis nova et vetera de suo thezauro proferendo[3]) et in magno ordine, pondere et mensura[4]), ita ut possit hinc elici, quod tota dies cedebat sibi ad predicandum, clamandum et laborandum. Communiter autem bis et ter in die festivo predicabat, cottidie vero sine interrupcione unum sermonem faciebat. Enimvero cum ita predicabat, ut dicitur, supra hominum possibilitatem creberrime, non tamen contingebat ipsum umquam a copia scripturarum deficere biblie vel doctorum, sed quod est supra modum hominibus altum et mirabile, quantumcumque[a]) auctoritatem de byblia vel de doctoribus ad suum propositum faciliter producebat, et in dicendo inchoata, quamdiu necesse fuit, ad materiam ipsam ordinarie secundum textum loquebatur, et sic[b]) quasi communiter unam auctoritatem byblie vel doctorum ad unam columpnam, quandoque ad duas et amplius expedite declamabat.

Sed adhuc ista parva esse estimabantur, si cum hoc pensetur, quod cum hiis universis laboribus, confessionibus, sollicitudinibus, et pro magna hospitalitate, ut presbiter, et cum sermocinacionibus taliter indefessis, continue magnos libros comportabat et propria manu conscribebat, eosdem multitudini clericorum vel ducentis vel trecentis cottidie exportans ad scribendum, et hoc sic, quod hodie conscribebat, hoc mox in crastino

---

8) Dives in verbo erat Milicius. Quinquies in die predicavit, semel in latino sermone, semel in theuthunico, ter in Bohemico *A alia manu.*

[a]) quamcumque *false F.* [b]) eciam *F.*

[1]) *Cf. I. Cor. I. 5:* „Quod in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo et in omni scientia.“ [2]) *Cf. Hebr. V. 7* (cum clamore valido). [3]) *Cf. Matth. XIII. 52* (qui profert de thezauro suo nova et vetera). [4]) *Cf. Sap. XI. 21* (omnia in mensura et numero et pondere disposuisti).

totum scriptores copiabant, et ita omni die, puta pro omni die crastino colligere scribendum bene ducentis clericis oportebat. Libri vero illi, quos sic collegit, sunt maxime quantitatis, scilicet sermones, quos „Abortivum“ propter humilitatem vocitavit [1]), et postille omnium ewangeliorum, scilicet de sanctis et de tempore per totum anni circulum, quibus „Gracie dei“ nomen inposuit. In quibus postillis et sermonibus quilibet legens videre poterit [f. $205^{b}$], quod non sensu suo habundant [2]), sed pocius scripturis sanctis, biblye et doctorum. Qui libri, quam sint utiles fidelibus predicatoribus et auditoribus, magis hoc volo ad ipsos libros et ad illos, qui ipsis utuntur, remittere, quam sermone commendare.

Cum itaque hec bona opera et multa alia, que ut dixi, non valeo hic explanare, Mylicyus karissimus in Praga perfecerit, nichil aliud nisi infinita obprobria, vituperia et persecuciones continuas a conchristianis in Praga eadem reportavit, usque ad de synagoga eieccionem [3]), per varias inpediciones et anathematizaciones, et ultimo expulsionem de patria in exilium. Nam Avinione exulans est mortuus. Sed et mortuum quoque sunt persecuti et super dolorem wlnerum eius addiderunt [4]), maxime autem et solum procurantibus ista sibi fieri religiosis [a]) et sacerdotibus cum cetero magistratu templi [5]), nichil habentes cause contra eundem [6]), nisi opera bona superius, quantum ad pauca eorum, expressata, ut siccine Christi Jhesu ewangelium compleretur, ubi dicitur Mt. XXIII [b]) [7]): „Ve vobis, scribe et Pharisei yppocrite, qui edificatis sepulcra prophetarum et ornatis monimenta iustorum. Et dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine pro-

---

19) Milicius exul de Bohemia Avinione moritur *A*.

a) religionis *corr.* religiosis *A in marg.* b) III. *corr.* XXIII. *A in marg. manu poster.*

1) *Cf. Job. III. 16:* „Aut sicut abortivum absconditum non subsisterem“, *et I. Cor. XV. 8:* „Novissime autem omnium tamquam abortivo, visus est et mihi.“ 2) *Cf. Rom. XIV. 5* (unusquisque in suo sensu abundet). 3) *Cf. Joan. XII. 42* (ut e synagoga ne eiicientur). 4) *Cf. Psalm. LXVIII. 27:* „Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt, et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.“ 5) *Cf. ex. gr. Lucae XXII. 52* (principes sacerdotum et magistratus templi et seniores). 6) *voces Pilati de Jhesu, cf. Lucae XXIII. 4, etc.* 7) *Matth. XXIII. 29—30.*

phetarum“, etc., ubi supra. Tunc infra[1]: „Ecce, ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas, et ex illis occidetis et crucifigetis, et ex illis flagellabitis in synagogis vestris et persequimini de civitate in civitatem: Ut veniat super vos omnis sanguis iustus“, etc.[a]).

## Capitulum octavum[b]).

Nunc igitur advertendum, quod ista pro tanto hic duxi inserenda: nam sicut facto medio silencio, de quo supra[2]), venit Johannes in spiritu et virtute Helye et digito suo Christum Jhesum demonstravit adeo manifeste et presentem clarius, quam aliquis facere potuit eorum, qui eum precesserunt, prophetarum, similiter ultimo silencio, ut prescribitur, pertransito, venit Myliczius in spiritu et virtute Helye[3]), adiuncto[que] sibi altero teste predicatore supra denotato[4]), patulo revelavit filium iniquitatis[5]) et demonstravit nude Antychristum iam venisse, non sine magnis tribulacionibus a pseudochristis et iniquis christianis, prout possunt videri et probari ex tractatu suo, quem desuper[c]) conpegit et suum prophecie spiritum scriptotenus exportavit, si tamen hic tractatus habeat iudicem, non secundum recepcionem personarum[6]), sed iustum iudicium iudicantem[7]) lectoremque sine felle et contencione[8]) ea, que in eo in simplicitate scribuntur, conpensantem.

Tractatum vero illum et revelacionem de Antychristo decrevi hic inserere dictis meis, quia ipse est, qui me movit de Antychristo disputandum. Prius tamen putavi pro iniquis Antychristis esse commemorandum, quod per Ysaiam dicitur[9]): „Ecce, quomodo moritur iustus, et non est, qui intelligat corde, quoniam semper a principio fuit“, puta quod habundancia ini-

---

[a]) *hac voce explicit Narratio de Milicio, quae in Font. r. boh. impressa est.* [b]) *ita A rubr.* [c]) et *sequitur in A, sed del.*

[1]) *Matth. XXIII. 34—35.* [2]) *v. supra c. 2.* [3]) *Cf. Lucae I. 17:* „Et ipse praecedet ante illum in spiritu et virtute Eliae.“ [4]) *scilicet Conrado de Waldhauser, v. supra c. 6.* [5]) *de filio seu filiis iniquitatis saepius biblia loquitur; cf. Psalm. LXXXVIII. 23.* [6]) *Cf. I. Petri I. 17* (qui sine acceptione personarum judicat secundum uniuscuiusque opus). [7]) *Cf. Joan. VII. 24:* „Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicare.“ [8]) *haec voces quidem biblicae sunt, sed phrasis non est biblica.* [9]) *Isaiae LVII. 1 (libere allatum).*

quorum et invidia splendorem virtutum in viris gloriosis in vita ipsorum in seculis obnubilavit, ita licet iuste et sancte atque innocenter „in medio nacionis prave“[1]) conversantes, tamen maleficorum penam et infamiam reportaverunt, veluti Ysaie, Jeremie et fere omnibus prophetis, simul et Christo Jhesu contigit et dehinc apostolis et martyribus omnibus.

Ita similiter et karissimo Mylyczio visum est evenisse, nam nichil aliud, nisi magna malicia dierum, in quibus ipse resplendivit, lucidissima ipsius et magna opera obfuscavit. Item natura est illa a principio illius prave generacionis[2]), quod sanctos dudum sublatos extollentes, sanctos sibi conviventes cruente persequitur, quemadmodum potest haberi ex verbis Jhesu modico ante allegatis, in quibus dicitur[3]): „Ve vobis, scribe et Pharisei yppocrite, qui edificatis sepulcra prophetarum“, et paulo post[4]): „Et ita testimonio in hoc estis vobis ipsis, quod estis filii eorum, qui prophetas occiderunt“, subaudis quia similiter eciam ipsi faciebant, scilicet quod prophetas dudum mortuos glorificabant et modernos sue vite comites trucidabant. Et ideo subditur[5]): „Et vos inplete“, id est inplebitis, mensuram patrum vestrorum.“ Similiter actum est cum venerabili Mylyczio et agitur cum aliis usque modo ab iniqua generacione et adultera[6]) crudeliter lacessitis.

Item moderni[a]) yppocrite christiani in tantum a septem spiritibus[7]) sunt obsessi, quod nullius virtutes vel dicta iam acceptabilia volunt habere, licet sint alias multum utilia et probata, nisi signa et prodigia viderunt, et de facto [f. 206[a]] amplius signa petunt quam Judei, per hoc se ostendentes multo magis generacionem nequam et adulteram, quam pro[b]) tempore Christi Judei extiterunt[c]), quibus dictum est[8]): „Nisi signa et

---

26) De signis *A manu coaeva.*

[a]) *contin. D 1. 2.* [b]) *om. D 2.* [c]) *hac voce expliciunt cod. D 1. 2; cod. D 1. hanc notam adjungit:* Hec omnia ex tractatu de Antichristo; *in cod. D 2 manu alia scribitur:* Ubi etiam Milicii libellum de Antichristo in 4 capitulis suo apponit.

[1]) *Philipp. II. 15.* [2]) *Cf. Deuter. XXXII. 5* (generatio prava atque perversa). [3]) *Matth. XXIII. 29.* [4]) *Matth. XXIII. 31.* [5]) *Matth. XXIII. 32.* [6]) *Cf. Matth. XII. 39* (generatio mala et adultera). [7]) *de septem spiritibus saepius in biblia loquitur; cf. Matth. XII. 45.* [8]) *Joan. IV. 48.*

prodigia videritis, non creditis." Et iterum[1]): „Generacio nequam et[a]) adultera signum querit", etc.

O, miseri, ceci et duces cecorum[2]), latet vos hoc, quod iam signa veritatis dudum cessaverunt, et maxime modo in tempore Antychristi fieri a servis fidelibus Jhesu Christi propter fidei ipsorum probacionem. Prodigia autem et portenta mendacia in omni seduccione concessa sunt operari Sathane et suis satrapis, propter eos, qui pereunt, quia noluerunt suscipere veritatem caritatis, etc. II. Thess. ultimo ibidem[3]).

Propter istas causas Milicyus, licet vir probatissimus et spiritu dei habundanter afflatus, usque modo non est autentice a papa et ab imperatore et ab aliis, ut dignum est, susceptus. Qui tamen habet discrecionem spirituum[4]), facile poterit ex dictis Mylyczi congnoscere eundem et caritative ipsum amplexari. Quapropter nunc suum libellum de Antychristo incumbit hic consequenter scripture commendare. Unde dicit in nomine domini.

---

[a]) *sup. lin. add. A.*

[1]) *Matth. XII. 39.* [2]) *Cf. Matth. XV. 14.* [3]) *recte II. Thess. II. 9—10.* [4]) *phrasis biblica, cf. I. Cor. XII. 10.*

# MILICII

## LIBELLUS DE ANTICHRISTO[a]).

### Capitulum primum[b]).

In Christi nomine[c]), qui est testis fidelis[1]), Amen! Qui[d]) audit, eciam dicat[2]), Amen. Et non exhorreat, hec[e]) audiens, sed consideret et probet spiritum, qui hic[f]) loquitur, an ex deo sit[3]). Ego[g]) fui in spiritu[4]) et attendi illud, quod scribitur in Apokalypsi[5]): „Vincenti dabo edere de ligno vite, quod est in paradiso dei mei.“ Et intellexi, quod si vincerem in me peccatum, tunc[h]) gustare deberem de pane vite[6]) sive de[i]) intellectu sacre scripture, et oravi frequenter[k]), ut deus omnipotens daret michi spiritum sanctum et unccione eius me ungeret, ut

4) De Antichristo M(ili)cii *A*.

[a]) *add. ab ed.* — *Av. inscr.* Revelacio Milicii. — *B manu poster. inscribitur:* De Antichristo, c. $1^{m}$, *et in m.* Prophecia et revelacio Milici *(corr.)* de Antichristo. — *Milicii libellum de Antichristo typis tradidit Ferdinandus Menčik in Annalibus Regiae Societatis Scientiarum Bohemicae a. 1890, p. 328—336, codices Vindobonenses Palat. n. 4062 et 3971 et cod. A sequens. Editio nostra fundamentum suum habet in iisdem codicibus, scil.: 1° in cod. Janoviano A, 2° in cod. Vindobonensi Palat. n° 4062, f. $81^{a}$—$84^{b}$ (= Av) et 3° in cod. Vindob. Palat. n° 3971 (= B), f. $258^{b}$—$261^{b}$, quos tamen accuratissime reproducit.*
[b]) *ita A rubr.; om. Menčik (= M), qui tantum inscribitur* Prophecia et revelatio de Antichristo. [c]) In nomine Christi *Av.* [d]) Et qui *Av.* [e]) hec verba *Av.* [f]) hec *Av.* [g]) Milicius *add. Av. et M.* [h]) ex tunc *Av.; et* tunc *B.* [i]) *om. B.* [k]) ferventer *Av.*

[1]) *Cf. Apoc. I. 5:* „Et a Jhesu Christo, qui est testis fidelis.“ [2]) *Cf. Apoc. XXII. 17:* „Et qui audit, dicat: Veni.“ [3]) *I. Joan. IV. 1.* [4]) *Cf. Apoc. I. 10* (fui in spiritu). [5]) *Apoc. II. 7.* [6]) *Cf. Joan. VI. 35* (panis vitae).

nichil fetoris et erroris sentirem, sed saporem et[a]) odorem vere sapiencie degustarem, qua neminem fallerem et a nemine possem falli, et non plus saperem, nisi[b]) quod michi necessarium esset et ecclesie sancte[1]). Et mox insonuit in aurem interiorem cordis mei, qualiter olym comederam[c]) de ligno sciencie boni et mali[2]), volens scire et sapere ultra vires, reputans me esse castorum[d]) eloquiorum dei maximum zelatorem[3]). Et licet de hoc sepius conversus ad cor[e]) penitenciam egissem, non tamen ista[f]) perfecte congnovi, qualiter cecus essem et nudus[g])[4]), sicut[h]) nunc congnosco. Ideo dixit michi spiritus in corde, ut tollerem crucem[i]) et crucifigerem carnem meam[k]) et relinquerem et abnegarem me ipsum et intrarem religionem, et nichil amodo[l]) de me sentirem nec predicarem, cum non essem ad hoc ydoneus. Et prohibitus sum ab omnibus consulentibus[m]), ne intrarem religionem nec fugerem predicacionem. A qua tamen predicacione omnibus consiliariis meis reclamantibus abstinui per multum tempus.

Interea incidit in mentem meam adventus Antychristi. Et cogitavi, unde hoc esset. Et respondit spiritus, qui loquebatur in me: „Lege[n]) ewangelium Mathei[o])[5]): „Cum videritis abhominacionem desolacionis, et considera abhominaciones, que sunt in ecclesia. Et annos Danielis[6]) scrutare.“ Et cum noluissem hoc audire[p]), confitens[q]) esse temptacionem et orans ferventissime, ut aufferret hoc deus a corde meo, incepit hoc invalescere in me[r]). Et non fui ausus modo[s]) libros inspicere[t]),

---

18) Adventus Antichristi *A rubr.* [De ad]ventu Antichristi *B.*

[a]) et saporem, sed odorem *Av.* [b]) quam *Av;* nisi quid *B.* [c]) commederam *Av.;* comederas *AB.* [d]) tantorum *Av.* [e]) de hoc *add. Av.* [f]) ita *Av.* [g]) et crucifigerem carnem meam et relinquerem in corde, ut tollerem crucem *seq. in A, sed postea deletum nota addita:* Vacat. [h]) *om. B.* [i]) meam *add. Av.* [k]) cr. c. m. *om. Av. et B.* [l]) ammodo *Av.;* animo *A et B.* [m]) michi c. *Av.* [n]) Legi *false A;* lege *corr. ex* rege *B.* [o]) XXIIII *inscr. B.* [p]) attendere *Av.* [q]) confidens *rectius.* [r]) tantum, ut non auderem *Av.* [s]) ammodo *Av.* [t]) libros legis nisi de lic. c. *Av.*

[1]) *Cf. Eccle. VII. 17:* „Noli esse justus multum, neque plus sapias, quam necesse est, ne obstupescas.“ *Sed aliae phrases Milicii et non bibliae sunt.* [2]) *Cf. Genes. II. 9.* [3]) *Cf. Psalm. XI. 7:* „Eloquia domini, eloquia casta.“ [4]) *Cf. Apoc. III. 17* (caecus et nudus). [5]) *Matth. XXIV. 15.* [6]) *Cf. Daniel. IX. 2:* „Anno uno regni eius ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo domini ad Jeremiam prophetam, ut complerentur desolationis Jerusalem septuaginta anni.“

nisi de licencia confessoris. Tandem tantum[a]) anxiatus fui, quod de licencia confessoris textum by[b]lie[b]) et alios libros de hac materia legere[c]) cepi et[d]) annos Danielis scrutari. Et cum nemo sciret me de hiis informare ex Judeis et christianis, dixi confessori meo: „Ecce, nemo potest aufferre de corde meo istam materiam, nisi dominus papa. Ideo vado Romam, et ibi aperiam sibi cor meum, et quidquid[e]) mandaverit, faciam."

Et expectavi plus quam per unum mensem in Roma, nolens hec vel alia[f]) predicare, melius putans interim penitencia[g]) purgari, ne[h]) me contingeret errare. Et incepi ieiunare ieiunium Danielis[1]), panem desiderabilem non manducare[i]), et orare instanter, sacrificium Christi frequenter offerre et penitenciam agere in cinere et cilicio[2]), dicens: „Dominus deus meus[k]), miror, quia hec non invenio in libris manifestata[l]), nec a doctoribus scire possum, quia voluisti hec abscondere precipue a sapientibus[m]) et revelare ea parvulis[3]). Et licet multi[n]) fuerant[o]) interim parvuli, tamen forte tempus revelandi non fuit. Nunc autem, si tempus est, revela alicui in ecclesia sancta preter me et me proice miserum ad locum [f. 206[b]] penitencie sive sterquilinium[p]), ubicumque vis: solum auffer a corde meo temptacionem[q])! Si autem vis me ad hoc ydoneum facere, potes tanto ad maiorem gloriam tuam, quanto ego stulcior et[r]) vilior et maior omnibus peccator sum, et quia non esset tanta gloria tua coram hominibus, si hoc faceres per iustos et illuminatos, sicut per stultum vilem peccatorem. Si ergo vis ita habere, respice ad me pauperculum, contritum spiritu et nimis trementem sermones tuos[4]). Et licet[s]) multis datus fuero in deri-

---

14) Nota *A.* 25) Necessitati *Av.*

[a] tantum *Av. et B;* tamen *A.* [b]) *om. Av.* [c]) me legere oportebat *Av* [d]) *om. B.* [e]) quid *B.* [f]) hec ut alia *A et B;* hic nec alias *Av.* [g]) putans vita *Av.* [h]) ne forte *Av.* [i]) commedere *Av.* [k]) *om. Av* [l]) hec m. *Av.;* manifesta *B.* [m]) a prudentibus et sapientibus huius mundi *Av.* [n]) *om. Av.* [o]) fuerunt *Av.;* fuerint *B.* [p]) sterquilinii *Av* [q]) istam *Av.* [r]) *om. Av.* [s]) est *seq. in A et B, sed. del.*

[1]) *Cf. Daniel X. 3:* „Panem desiderabilem non comedi" sc.; *phrasi* ieiunium ieiunare *legitur Zachariae VII. 5.* [2]) *Cf. Lucae X. 13* (in cilici et cinere). [3]) *Cf. Matth. XI. 25:* „In illo tempore respondens Jesus dixit Confiteor tibi, pater, domine caeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis." *Idem Lucae X. 21.* [4]) *Cf. Isaiae LXVI. 2:* „Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum et contritum spiritu et trementem sermones meos?"

sum[a])[1]) et scandalum et precipue illis, qui tibi, etsi humanitus descenderes, non crederent, tamen pro salute mea[b]) fac[c]) mecum misericordiam in hoc, quantum necesse[d]) est michi et ecclesie sancte[e]), et ita confirma me, ut non possim aliud facere in hoc, nisi quod tu vis, sive[f]) confusus, sive laudatus in te"[g]).

Ita ergo, quod conceperam de hac materia in Boemia[h]), incepi tunc in Roma clarius[i]) intelligere. Et cum iam desperassem de adventu domini nostri pape, tunc preparavi me, iter volens[k]) arripere versus Avinionem[l]). Et interim[m]) irruit in me spiritus ita, ut me continere non possem, dicens michi in corde[2]): „Vade, intima publice per cartam, quam affiges hostiis[n]) ecclesie sancti Petri, sicut sollitus[o]) fuisti intimare in Praga, quando eras predicaturus, quod velis predicare, quod Antychristus venit[3]), et exhortaberis clerum et populum, ut orent pro domino nostro papa et pro domino nostro[p]) imperatore, ita[q]) ut ordinent[r]) ecclesiam sanctam in spiritualibus et temporalibus, ut securi fideles deserviant creatori, et dabis in scriptis sermonem illum[s]), ne mutentur[t]) verba tua et ut materia diwlgetur, ut mali in timorem[u]) mittantur et boni fervencius deo famulentur[v]). Secreta[w]) huius rei domino summo[x]) pontifici reservabis." Igitur non ita predicavi in capitulo ecclesie sancti Petri, sicut hic scribo[y]), ymmo nec domino inquisitori nec alicui dixissem, nisi

---

20) Nota *Av.*

[a]) desiderium *corr.* derisium *A;* derisum *Av. et B post ras.* [b]) et ecclesie *add. Av.* [c]) facit *corr.* fac *B.* [d]) quam necesse cum *(sic) B.* [e]) sancte ecclesie tue *Av.* [f]) fuerim *add. Av.* [g]) in te *om. Av.* [h]) Bohemia *Av.* [i]) et clarius *add. Av.* [k]) in die Ascensionis domini Roma iter *Av;* Ascensionis *om. B.* [l]) Avinionam *Av.* [m]) Et i. *om. B.* [n]) *om. Av.* [o]) solitus *Av. et B, corr. ex* sollicitus; sollicitus *A.* [p]) *om. Av.* [q]) *om. Av;* ut ita *B.* [r]) ordinavit ita *Av.* [s]) istum *Av.* [t]) immutentur *Av.* [u]) timore *B.* [v]) et vigilancius *add. Av.* [w]) vero *add. Av.* [x]) suo *(sic) B.* [y]) predicavi, sicut hic scribo, in c. e. s. P. *Av.*

[1]) *Cf. ex. gr. I. Machab. X. 70* (ego autem factus sum in derisum et in opprobrium), *Thren. III. 14* (factus sum in derisum omni populo meo).

[2]) *Cf. Ezech. XI. 5:* „Et irruit in me spiritus domini et dixit ad me: Loquere. Haec dicit dominus. Sic locuti estis domus Israel et cogitationes cordis vestri ego novi." *Et Jerem. II. 1—2:* „Et factum est verbum domini ad me, dicens: Vade et clama in auribus Jerusalem, dicens: Haec dicit dominus" ec.

[3]) *Cf. I. Joan. II. 18:* „Filioli, novissima hora est; et sicut audistis, quia Antichristus venit, et nunc Antichristi multi facti sunt, unde scimus, quia novissima hora est."

coactus per officium domini inquisitoris, expectans[a]) moderamen et licenciam in hoc[b]) domini nostri pape.

## Capitulum secundum[c]).

Hoc itaque sencio ex spiritu, qui in me loquebatur, quod Antychristus venit, ex annis Danielis[d]), ubi legitur[1]), quod tempus[e]), quo ablatum fuerit iuge sacrificium et posita fuerit abhominacio in desolacionem, dies M.CC.XC.: „Beatus[2]), qui expectat et pervenit usque ad dies M.CCC.XXXVI.[f])."

Iuge sacrificium fuit ablatum anno passionis Christi, quia sacrificium Judeorum per mortem Christi ita fuit ablatum, quod amodo[g]) efficaciam non habuit, vel quia tunc Christus per mortem carnis[h]) ablatus fuit, qui est iuge sacrificium non figuratum[i]).

Abhominacio autem desolacionis vel desolacionem futuram indicans incepit eodem anno passionis Christi, quando Pylatus posuit ymaginem[k]) in templo, et conpleta est, quando Tytus et Vespasyanus[l]) destruxerunt templum[m]), XLII° anno post passionem Christi.

Recipiendo ergo diem pro anno in utroque numero secundum illud[3]): „Diem pro anno dedi tibi", tunc primus numerus Danielis, videlicet M.CC.XC., incipiendo[n]) conputare a destruccione facta per Tytum et Vespasianum[o]), conpletus

---

4) Nota de tempore diligenter *A manu coaeva.* 7) Anni *A.* 14) *hoc loco in marg. cod. Av. aliquot notae latino-germanicae leguntur, quae tamen ad textum tractatus Milicii non respiciunt.* 19) Num. 14°: annus pro die imputabitur . . . recipietis iniquitates vestras et scietis ulcionem meam *B, alia manu infra adiungente:* Ezechielis 4° et Num. 14: annus pro die reputabitur. — Ergo iam sunt 45 anni, quod Antichristus venit *B.*

[a]) exspectans *B; ita et inferius:* exspectabo, exspectatur. [b]) in hoc *om. Av.* [c]) *ita A rubr.; om. Av.* [d]) 12° *add. B poster.* [e]) a tempore *Av.* [f]) mille trecentos triginta quinque *recte biblia.* [g]) *om. B.* [h]) crucis *Av.* [i]) sed figuratum *add. Av.;* non figurativum *B.* [k]) Cesaris in templo sive ydolum *add. Av.;* Cesaris *add. B.* [l]) Vespesianus *AB.* [m]) Jerusalem cum templo *Av.* [n]) cum *add. Av.* [o]) Vespesianum *AB.*

[1]) *Cf. Daniel. XII. 11.* [2]) *Daniel. XII. 12.* [3]) *Ezech. IV. 6.*

est anno a domini nativitate M. CCC. LXV., videlicet ante duos annos, eo tempore, quando[b]) dominus imperator societatem de[c]) Avinione versus Almaniam deduxit, volens eam dispergere[d]), ut narratur[1]).

Secundus autem numerus, videlicet[e]) M. CCC. XXXV., numeretur ab anno passionis Christi, quo ablatum est iuge sacrificium, et sic invenietur esse conpletus anno presenti, qui est a nativitate Christi anno[f]) M. CCC. LXVII.[g]), quia M. CCC. XXXV. et illi anni[h]), qui fuerint a nativitate Christi usque ad eius passionem[i]), directe faciunt[k]) annos M. CCC. LXVII[l]).

Beatus ergo, qui usque ad hunc annum beatitudinis pervenit, non ut sit beatus in pace, quam dat mundus, quia illam[m]) non attulit Christus[2]), et Ezechias predixit eam esse malam dicens[3]): „Ecce, in pace amaritudo mea amarissima“, sed beatus secundum illud ewangelium[n])[4]): „Beati, qui persecucionem paciuntur propter iusticiam“, et maxime propter verbum dei et hoc sub Antychristo, qui venit. De hac beatitudine Lucas dicit[5]): „Hiis fieri incipientibus, levate capita vestra, quoniam apropinquabit[o]) redempcio vestra“, et[p]) in Genesy, quando Antychristus sub figura Dan describitur, subdidit Jacob in eius benediccione, dicens[6]): „Salutare tuum expectabo, domine“ [f. 207[a]]. Hoc est ergo, quod Christus in ewangelio Mt.[q]) dicit[7]): „Cum[r]) videritis abhominacionem desolacionis“, etc. Ubi tamen dicit: „Qui legit, intelligat“, excitat nos ad videndum[s]), quomodo negli-

---

[a]) eodem, quo *Av.;* quo *B.* [b]) ab *Av.* [c]) dispargere *A.* [d]) *om. Av.* [e]) a n. Chr. *om. Av.* [f]) 1368 *Av.;* MCCCLXVII annus *B.* [g]) *om. Av.* [h]) *annos vitae Christi auctor hic computat per omissionem tantum 32; alioquin numerus annorum summarius deberet efficere 1368, qui contradicit anno supra indicato 1367, quo libellum Milicii scriptum esse affirmatur.* [i]) *om. Av.* [k]) annos domini, scilicet 1367 *Av.* [l]) istam *Av.* [m]) ewangelii *Av.;* ewangelicum *B.* [n]) appropinquat *biblia.* [o]) Et invenietur, quando *Av.* [p]) XXII. *Av. add.* [q]) Cum — tamen dicit *om. B.* [r]) abhominacionem desolacionis, quando *add. Av.;* abhominacionem desolacionis *(in m.)* etc. Ubi tamen dicit, quomodo *etc. B.*

[1]) *his verbis probatum est Milicii libellum de Antichristo provenire de a. 1367 (1290 + 42 + 33 = 1365 + 2 = 1367). De gestis imperatoris Karoli IV., quae auctor ad a. 1365 commemorat, v. Werunsky, Geschichte Kaiser Karls IV. und seiner Zeit, III. Bd., p. 324 sq.* [2]) *Cf. Joan. XIV. 27:* „Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis.“ [3]) *recte Isaiae XXXVIII. 17.* [4]) *Matth. V. 10.* [5]) *Lucae XXI. 28.* [6]) *Genes. XLIX. 18.* [7]) *Matth. XXIV. 15.*

gencia pastorum desolata est ecclesia, sicut olym negligencia pastorum[a]) desolata fuit[b]) synagoga, quia etsi ecclesia modo in pace et diviciis habundat temporalibus, despoliata tamen est diviciis spiritualibus. Et sic impletur[c]) illud ewangelium[1]): „Habundavit[d]) iniquitas“, videlicet[e]) ex mamonna iniquitatis, „et refrigescet caritas multorum.“ An non refriguit karitas et habunda[vi]t[f]) iniquitas, ex quo[g]) unus habet multas prebendas aut[h]) pro servicio aut ex promocione aut per symoniam aut ex cupiditate obtentas? Et multi ex hoc coguntur[i]) mendicare et furari et sacrilegia committere pauperes, utique membra Christi, quibus debitum subtrahitur. Inde vendicio et empcio sacramentorum et sepulture, inde[k]) symonia in religionibus[l]) multis, inde[m]) proprietas in eis, qui divicias abdicaverunt, inde concubinarii manifesti[n]).

„Cum ergo videritis abhominacionem desolacionis“[2]), etc. Nonne abhominaciones et[o]) ydola sunt hec et destruunt Jerusalem et desolatur per hoc templum domini[3]), licet hoc ypocrisis negat, que fere in omnibus regnat, ut aliud sint et aliud dici velint? Inpletum est ergo ewangelium illud[p])[4]): „Surgent multi pseudo et[q]) prophete[r]) Christi“, qui in pecuniis dominant[s]). A[t]) propheta enim usque ad sacerdotem et a maiore[u]) usque ad minorem omnes avaricie student[5]), et non ascendunt ex adverso, neque[v]) oponunt se murum pro domo[w]) Israhel, ut starent in prelio in die domini[6]). Religiosi eciam indifferenter[x]) audiunt confessiones, non petita licencia vel[y]) gracia dyocesani[z]), et hoc fere in toto mundo.

---

1) Negligencia pastorum *A*. 2) [De a]bhominacione desolacionis clericorum (?) *B*. 15) De abhominacione desolacionis *B*. 25) Dyocesani *Av*.

a) Phariseorum *rectius Av*. b) est causa *(corr. ex:* ecclesia), sicut olym *B*. c) *ras. in A;* impletur *add. A;* inpletur *B*. d) Habundabit *Av*. e) *om. Av*. f) habundavit *B*. g) ex quo *om. B*. h) aut et cum aut homo aut *(sic) Av*. i) *ita Av.;* cogantur *A;* conantur *B*. k) sive *Av*. l) regionibus *Av*. m) sive *Av*. n) manifeste *AB*. o) *om. Av*. p) ewangelii *tantum Av*. q) *om. B*. r) pseudoprophete et Christi *false Av*. s) dominant *corr. in m.* dominabunt *B*. t) Et enim *om. Av*. u) ad maiorem *Av*. v) nec *A*. w) *corr. super lin. A*. x) indefferenter *B*. y) nec *Av*. z) dyocesiani *B*.

1) *Matth. XXIV. 12.* 2) *Matth. XXIV. 15.* 3) *Cf. Isaiae LXIV. 10:* „Civitas sancti tui facta est deserta, Sion deserta facta est, Jesusalem desolata est.“ 4) *Matth. XXIV. 24.* 5) *Cf. Jerem. VI. 13.* 6) *Cf. Ezech. XIII. 5.*

Ex hiis[a]) apparet Antychristus[b]) venisse, et sicut scribitur in Gen.[1]): „Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor eius retro.“ Dan, id est Antychristus, „serpens antiquus“[2]) in homine Antychristo, colens umbram cecitatis, momordit ungulas equorum[c]), videlicet pseudoprophetarum, id est affecciones eorum solidas veneno iniquitatis[d]) infecit[e]) ita, ut pocius affectarent saciari veneno iniquitatis, quam dulcedine karitatis, ita quod serpens[f]) factus[g]) fuit ascensor eorum tamquam equorum forciorum[h]) in predicacione. De quo in[i]) Abakuk dicitur[3]): „Qui ascendes[k]) super equos tuos“, iam cecidit retro, ipsos frigidos derelinquens[l]), quia refriguit in ipsis karitas, ut non[m]) intenderent saluti hominum, et habundavit in eis iniquitas[4]), quia etsi tacent, ut canes muti[5]), ne munus[n]) abstrahatur, tamen predicant, ut munus[o]) tribuatur. O, quam terribile dicit eis[p]) dominus per Ezechielem[q])[6]): „Quesivi ex eis virum, qui se[r]) poneret sepem et staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, et non inveni“[s]). Ecce, ablatum est iuge sacrificium, et[t]) quia ydololatre stant[u]) in loco sancto, ideo[v]) qui legit, intelligat, quomodo posita est abhominacio in desolacionem[7]). Isti sunt[w]) figurative de tribu Dan, et ideo, licet indicent causas et iusta iudicia et iniusta et habeant benediccionem de pingwitudine[x]) terre[8]), non[y]) tamen in Apok[alypsi] inveniuntur[z]) sub Dan descripti sive inter C. XL. IIII[or] milia electorum signati[aa])[9]), quia Dan cum tribu sua[bb])[10]), id

---

2) Gen. 49° *B.*

[a]) Et ex hiis omnibus *Av.* [b]) Antichristum *Av.* [c]) eorum *false Av.* [d]) *om. Av.* [e]) infecit — iniquitatis *om. B.* [f]) *super lin. inscr. A* x[c]. Spiritus *Av. et B.* [g]) sanctus *Av. et B.* [h]) forcium *Av.* [i]) in *et* dicitur *om. Av.* [k]) ascendis *Av.* [l]) delinquens *B.* [m]) esset in eis caritas, ut non intenderent, *etc. add. B.* [n]) munus *Av.;* minus *AB.* [o]) munus *AB.* [p]) de eis *Av.* [q]) Ezechiam *corr.* Ezechielem *A.* Ezechiam *B.* [r]) *add. sup. lin. A, om. Av.;* interponeret *biblia.* [s]) eum *add. Av.* [t]) sed *Av.* [u]) idolatrie stant, ydolator stat *A.* [v]) ita *Av.* [w]) sunt sunt *B.* [x]) pingwedine *rectius B.* [y]) ita *Av.* [z]) non i. *Av.* [aa]) signata *corr.* signati *A.* [bb]) *om. Av.*

[1]) *Genes. XLIX. 17.* [2]) *Cf. Apoc. XII. 9.* [3]) *Habacuc III. 8.* [4]) *Cf. Matth. XXIV. 12.* [5]) *Cf. Isaiae LVI. 10* (canes muti non valentes latrare). [6]) *Ezech. XXII. 30.* [7]) *Cf. Dan. XII. 11.* [8]) *voces singulae praecedentes in biblia quoque reperiri possunt.* [9]) *Cf. Apoc. VII. 4:* „Et audivi numerum signatorum, centum quadraginta quatuor millia signati, ex omni tribu filiorum Israel.“ [10]) *de tribu Dan saepissime in biblia mentio fit.*

est Antychristus cum suis Antychristianis non est ibi. Consilium est ergo, ut agant[a]) penitenciam, corrigant suos et suorum defectus et prima opera karitatis faciant, ut per cancellum Christi crucis crucem suam post Christum portantes[1]) libro vite eternaliter ascribantur[2]), sicut Manasses cum tribu sua per cancellum manu[u]m Jacob loco[b]) Dan libro Apok[alypsis] figurative est[c]) ascriptus[3]). Et quomodo reges et principes terre, nobiles et barrones, cives, mercatores[d]), mechanici, agricole[e]) et universi populi gravissimis peccatis multis et magnis sunt involuti, quia gentiliter vivunt in[f]) superbia et vanitate, iniuste iudicant, pauperes opprimunt, bella inter se gerunt, ecclesie non obediunt, ymmo eam[g]) persecuntur, usuras et mercimonia sive negociaciones iniustas exercent, theolonia[h]) et pedia[i]) magna extorquent, menciuntur, periurant[k]), dolose agunt, falsis testimoniis et advocacionibus iusticiam et iudicium subvertunt, dominacionibus[l]) et sortilegiis plus quam ewangelio credunt, et sic adulteriis[m]), fornicacionibus et sodomiis, avaricie et gule serviunt[n]), decimas non solvunt et fidem deo et hominibus promissam non servant. Ideo[o]) si eos convertere volunt, ipsi primum a peccatis et erroribus convertantur.

## Capitulum tercium[p]).

Hiis consideratis dixi spiritui, qui in me loquebatur: „Quis est Antychristus?“ Et respondit: „Antychristi multi sunt [f. 207ᵇ], et qui solvit et negat Christum, Antichristus est[4]). „Et qualiter alii negant eum?“ „Cum tacent et non audent et eius veritatem coram hominibus confiteri, qui veritatem et iusticiam dei[q]) detinent“[5]).

---

22) Nota totum diligenter *A*. Nota *Av.* 23) Antichristi multi sunt *A*.

[a]) addant *Av.* [b]) legitur *Av.* [c]) esse *Av.* [d]) et m. *Av.* [e]) et a. *Av.* [f]) et *(sic) B.* [g]) *om. Av.* [h]) theolonea *B.* [i]) pedagia *Av.* [k]) et p. *Av.* [l]) *post corr. A.* [m]) in a. *Av.* [n]) deserviunt *Av.* [o]) Et ideo *Av.* [p]) Capitolum *(rubr.)* III[m] *A*; *om. Av.* [q]) dei iniusticia *Av.*

[1]) *Cf. Matth. XXIII. 26.* [2]) *de libro vitae saepius in Apoc. legitur; cf. Apoc. XIII. 8, etc.* [3]) *Cf. Apoc. VII. 6:* „Ex tribu Manasse duodecim milia signati.“ [4]) *Cf. I. Joan. II. 18* (Antichristi multi facti sunt), *II. 22* (qui negat) *et IV. 3* (qui solvit Jhesum). [5]) *Cf. Rom. I. 18* (qui veritatem dei in iniustitia detinent).

Ex hiis collige, quis sit Antichristus. De quo dixit Johannes in canonica sua[a]), quia veniet[b]) et nunc[c]) iam est in mundo[1]). An non vides eius exercitum, societatem videlicet et alios tyrannos et oppressores[d]) pauperum, qui ita oppressi sunt, ut cogantur multis peccatis usurarum, malarum negociacionum, mendaciorum, periuriorum, etc., victum querere, destructores monasteriorum et tortores ponentes[e]) et poni facientes christianos pro pecuniis ad tormenta, hii omnes per locustas coronatas in Apok[alypsi] describuntur[2]), ut intelligas eius[f]) miliciam[g]), quomodo[h]) regnat cum[i]) potestate magna nullo prohibente?

Et dixi: „Quis est ex nomine, vel[k]) utrum est[l]) ille magnus, qui in fine mundi expectatur venturus[m])?“ Et[n]) respondit michi spiritus[o]): „Non est tuum ad presens scire perfecte, sed coniecturative.“ Quod autem interrogatus ab iniquisitore urbis Rome, dixi de illo[p]) magno Antychristo, qui in fine mundi expectatur venturus[q]). Respondi, quia tunc spiritus domini irruit in me[3]), ut ita dicerem, et hoc teneo et tenebo ad arbitrium domini nostri pape, cui datum est probare spiritus et scripturas. In[r]) hiis et in omnibus aliis me ipsius correccioni submisi et submitto. Illi autem, qui regunt ecclesiam, videant, et[s]) qui tamen[t]) ex eis pie[u]) vivere volunt et persecuciones et odia pati pro Christo, intelligent, quando probati fuerint[v]), sicut igni electi et dealbati. Et sic Antichristus revelabitur electis et ab electis, quia secundum Danielem hoc non intelligent omnes impii[4]). Tu autem scias: Novissima hora est[5]) et dies instat iudicii[6]) ex eo, quia discessio predicta ab apostolo[7]) venit, que

---

10) Nota *A.* 25) Nota *Av.* 26) Quod discessio novissima describitur in oracione Danielis c°. 9° *B. In eodem codice in m. fol. inf. aliquot sententiae s. Augustini allatae sunt.*

[a]) *om. Av.* [b]) venit *biblia.* [c]) *om. Av.* [d]) oppressores — monasteriorum *om. Av.* [e]) et potentes *B.* [f]) esse *add. Av.* [g]) maliciam *corr.* miliciam *A.* [h]) quoniam *Av.* [i]) in *Av.* [k]) et *Av.* [l]) sit *Av.* [m]) futurus vel venturus *Av.; om. B.* [n]) Qui *Av.* [o]) michi spiritus *om. Av.* [p]) isto *Av.* [q]) futurus *corr.* venturus *Av. in m.* [r]) Et in *Av.* [s]) *om. B.* [t]) quicumque *Ao.* [u]) qui (!) *Av.* [v]) sunt *Av.*

b) Modo speciali. α) Comparatur *mendacium* et crudelitas ac persecutio gentilium, Judaeorum, haereticorum et christianorum (diversorum statuum) 33; iniquitatis magnitudo comparatur, si occupat christianum, familiam laicorum, collegium sacerdotum et collegium summorum sacerdotum 33. Concluditur, quod iam filius iniquitatis (= pseudopapa!) in templo sedet, ingressus ad sedem per mendacium et fermentans totum suum et summum collegium sacerdotum; visus est extolli supra ecclesiae sacerdotes et supra verum papam Urbanum VI. 34; etiam summum collegium totaliter ad se contraxit et alia collegia nutare fecit, etiam sapientes studii Parisiensis et aliarum universitatum 35; fecit vacare ecclesiam toto tempore suo (fere per 12 annos) rixae et contentioni 35. Quod factum esse non ab uno aliquo homine, sed per operationem Sathanae 36; propter quod et adinventiones hominum fortiter sunt promotae, v. decreta de imaginibus 36, cf. IMAGINES.

β) sicut mendacium, pari modo *avaritia, luxuria aut voluptas atque superbia,* comparative tractata, probantur nunc esse maxima et pessima in populo christiano; quae in tantum habundaverunt, quod iam ipsi laici, simul et sacerdotes pro minimo, immo pro honesto talia peccata reputant 43; quomodo synagoga peccantium (vulgus, clerici, religiosi) se

protegat et excuset in malo 44—45, et quomodo futurum sit, ut sermo dei solus possit irrumpere hoc letale silentium, et hoc vel in die magno iudicii, vel per praedicatores 45.

*De superbia:* qualiter fuerit profligata et contempta in ecclesia Jhesu primitiva 45—46 (cf. ECCLESIA, D) et in quantum nunc ascenderit, ut patet de accursu ad primatus 46 (dicitur: „Ille est optimus et sapiens, qui melius et potius scit et potest seipsum ad beneficia promovere"). Per s-am clericorum venit proprie nunc ad summam sedem s. ecclesiae maximus A. 46. S. est A-i signum singulare et infallibile, v. ingerentes se ad dignitates, 46. In tantum s. est progressa in christianis, ut iam vice virtutis fungatur et, tamquam sit ipsa virtus et veritas, glorietur 46; vulgus eam probitatem vel honestatem atque munditiam appellat 46—47. Ex comparatione status superbiae in praesenti ecclesia ad statum humilitatis ecclesiae primitivae videtur, quam sit modo dilatatum corpus pessimi A-i 47. Qualiter humilitas et patientia Christi contempnatur et quod tribulatio praesens sanctorum et humilium in Christo est pessima, quia fit a christianis 47. Qualiter intrusio ad beneficia nunc excusetur ex scripturis atque omne crimen seu iniquitas 48; involucra Sathanae et tenebrae ob densitatem errorum et corporis A-i 48. Ex quo arguitur plenitudinem instare temporis supremi A-i 48.

γ) *avaritia:* in ecclesia primitiva erat abhominabilis; nunc est prudentia et circumspectio honestorum et proborum virorum 49; pauperes segnes et imbecilles homines reputantur 49. Genus a-ae pessimum, scil. negotiari quaestum per res et in rebus divinis (officia, sacramenta), communitatem obtinuit 49. Hodie omnes, etiam dotati, clerici summis studiis inquirunt beneficia et vix aliquis stat contentus uno beneficio *ib.* Laici quoque sequuntur avaritiam et usuras *ib.* Religiosorum avaritia 49—50, v. RELIGIOSI. Concluditur tempus proprii A-i instare et evangelium Apoc. XIII. adimpleri 50 (explicatur).

δ) *concupiscentia carnis:* in summo gradu suum regnum nunc collocasse dicitur; vide luxuriam et gulam, per quas tota fere communitas ecclesiae est captivata, et super omnia clerici et sacerdotes; eorum ociositas, voluptas, desideria, crapula, ebrietas et paene inevitabiles fornicationes, stupra, adulteria, incestus et peccata ignominiae 51; accedit ad hoc ob communiter peccantes inverecundia et propter multitudinem lenonum et meretricum 52; fornicationis debacchatio atque ventris ingluvies in clero et in religiosis 52.

*Conclusio dist. V:* tempus pessimi et ultimi A-i iam est adimpletum; iniquitas et scelera inpunita hodie supra modum; nunquam prius sunt visa similia, sed neque postea credenda sunt affutura 52. Quidquid ergo dicant aut forte fabulentur aliqui, auctor ex istis Antichristum iudicat iam utique advenisse 53.

DIST. VI. — DE CORPORE ANTICHRISTI (p. 54—84): „Ubicumque fuerit corpus, ibi congregabuntur et aquilae." Mt. XXIV. 28.

I. Primo explicatur, quod per c o r p u s hic intellegitur corpus mysticum ecclesiae J. Christi 55 sq. (cf. SCHISMA et IMAGINES) et quod membra corporis A-i dividuntur trifarie (in tres partes) et in singulari per imagines et religiones 56 sq. Inde tribulatio Christi electorum maxima

evenit, quia laicus sancte vivens in communitate vulgi persequitur 65, v. BEGHARDUS et MONACHI. Supersticiosum iam reputatur et singularitas, constans vid. et perfecta conversatio secundum evangelii Christi veritatem, et quasi testamento est firmatum, quod sacerdos saecularis zelanter praedicans nequaquam diu subsistere poterit a facie tribulantis et persequentis 66. Contentiones, quod Jhesus est apud sacerdotes saeculares, quod apud vulgus, quod in monte religionis 67. Ex quibus singulis generatur intestinum bellum s. ecclesiae et pressura, nec non quaedam contagiosa perplexio in rudibus et simplicibus christianis 68.

II. Deducitur, quod aquilae quaelibet ad sui generis corpus colligentur in diebus tunc futuris. Ex. gr. reprobi — illud corpus A-i — deducentur ad ecclesiam malignantium, probi ad ecclesiam sanctam 69. Corpus A-i est simile corpori bestiae, est corpus Behemot, bestia, monstrum, chimera 70. Unde contra naturam corpus totum A-i a Sathana signatum est connecti (deducitur) 70. A., cuius caput diabolus, non aliud est nisi destitutio naturae humanae in statum bestialem, qui accidit homini post culpam 71. Corpus A-i seu multitudo christianorum iniquorum dicitur esse simile bestiae monstruosae, contrarianti ordini naturali et etiam conceptui seu imaginationi intellectus 71. Ecce, quam proprie corpus bestiae A-i describatur (Apoc. XIII.) 71. Concluditur, quod multitudo synagogae Sathanae, quamvis nimis late augmentata et condensata, tamen facile ab hiis, qui sunt aquilae, evitatur, sed ecclesia sanctorum latere nequaquam poterit 72.

III. Sicut proprium Christi Jhesu et spiritus eius est dispersa colligere per charitatem veritatis, ita ex adverso proprium diaboli et A-i est dispergere per superbiam et contentionem 72 (explicatur, v. ECCLESIA, A.). Reprobi (opp. electi) nequeunt nisi in iniquitate esse concordes; sunt similes in malo, quoniam hoc obtinent a sua primordena origine et ex suo patre Sathana 73. Instans tempus est proprium pessimi A-i, quia hodie ecclesia christianorum est maxime divisa et scissa a summo usque ad deorsum et in capite et in membris. Ideo hodie maxime manifesta est plenitudo corporis simul et capitis bestialis A-i, et nunc ille filius iniquitatis est revelatus et per universam ecclesiam est corpus eius nimis valde manifestum 74. Hi, qui sunt ex contentione vel de corpore A-i, quamvis a se invicem sint diversi, tamen multo magis contra sanctos dei incenduntur zelo amaro, eos persecuntur et detrahunt eisdem, suam per hoc antichristianitatem exequentes; non permittunt caput sanctos dei ad loquendum Jhesum crucifixum vel operandum elevare, ut ipsi soli esse sapientes et gloriose contecti omni specie religionis videantur continentesque omnem executionem iustitiae et sanctitatis 75. Ideo dispersio sanctorum dei per Danielem (XII. 7) praedicta est completa *ib.* Quorum concussio atque tribulatio pessima et extrema ab Antichristo inpinguatis divitiis Jhesu 76—77 (explicatur). Qui ergo haec se habere intelligitis, levate capita vestra et sitis aquilae, quoniam appropinquat redemptio vestra 77, cf. 54 (esse aquilam caelestem). Praedicta iam incipiunt adinpleri et dehinc amplius et amplius continue invalescent 78.

IV. (Cognitio Antichristi). His, qui crapulis et ebrietati et curis huius vitae sunt dediti, sunt prorsus ignota, sc. tempus instans A.-i et corpus eius et omnia eius fictitia et tendicula paliata 78, et ea, quae Jhesus crucifixus et sua membra operantur, ita quod existentes A-i credunt se Christos esse (explicatur) 79; causae talis ludificationis, quas s. scriptura reddit per multa 79. „Aquila", i. e. strenui christiani in virtutibus 81, hi tribulationem permaximam et ultimam non poterunt sustinere 82; hi soli, docti a deo cognoscent praesentem A-um et eius altitudinem 83; sciunt et possunt cognoscere et evitare etiam ipsos hypocritas (Gog et Magog). Ceteri vero christiani carnales neque quidquam proprie aestimant de A-o neque poterunt aliud, nisi decipi per operationem daemoniorum in his temporibus 84.

DIST. VII. — DE DISPOSITIONE ET POTESTATE CORPORIS ANTICHRISTI (p. 85—112). Sathan hodie omnia sibi et suo A-o ad ministerium potenter subiugavit facietque ex ipsis corpus ipsius fortissimum contra sanctos 85; ex doctoribus faciet suos zelatores ac fervidos defensores suarum traditionum *ib.* A. ad hoc usque pervenit, ut nullum timeat (cf. 89), i. e. mala opera et adversa Jhesu Christo sine timore et pudore perficiat 86. — A. perduxit christianum populum, ut solum in splendoribus et apparenciis visibilibus aestimet et reponat dignitatem, virtutem et sanctitatem, ceteraque his opposita ducat nihil 86. Sic antichristeitas seu corpus A-i per talem apparatum efficitur contra sanctos dei gloriosum et robustum, atque dei electi fiunt contempti et abiecti 87.

Mysteria scripturae de A-o non possunt indicari nisi ab inspiratis a spiritu Jhesu 87 (inferius: solum a parvulis et insipientibus 90). Gloriosi populis non sunt capaces mysteriorum A-i neque docibiles dei 88, cf. 90, 91; hi cedunt in apparatum et armamentum corporis A-i *ib.*; sunt traditi in eieccionem foras ab ore Jhesu Christi et in contemptum ab electis et incorporationem bestiali A-o 90; „magistratus templi" carnalium virorum 91. A. eos omnibus suis studiis cum subtilitate decipiendi et secundum omnem altitudinem suam circumveniet et colorate seducet 91, et ipsi condensati et indurati per hypocrisim, videntes Leviathan, transiguntur, per quos electi dei mordentur 91. Qualiter excaecaverit eos spiritus A-i: agunt contra sanctos dei et credunt se esse persecutores A-i vel eius apostolorum, gloriantur se esse columnas ecclesiae et discipulos J. Christi 92. „Coronati" nequaquam cognoverunt neque cognoscent adventum Christi spiritualem neque ipsius A-i propter suffocationem veritatis ab ebrietate et crapula et bestiali rapacitate 94.

Quod Sathan disposuit adventum A-i successive et calide; quae dispositio est: superbia coronata praecursorum A-i et caecitas et sompnus custodum per crapulam et ebrietatem 94. Explicatur, qualiter Jhesus Christus mandaverit praecavendum praecipue ab ebrietate, crapula et avaritia 94. Sathan dispositionem sibi congruam a longe ante successive introduxit, et primum latenter et depicte per aliquam rationabilem occasionem 95. Atque sic ecclesiae Christi contigit, ut solum simulachra virtutum et imagines sine vita in christianis remanseat 95—96. Sathan successive virtute et veritate ecclesiam spoliavit, et perduxit christianos

ad approbationem et excusationem in seipsis manifestorum peccatorum 96. Introductio iniquitatis in populum christianum explicatur ad modum filationis vestimentorum 97.

Seductio Sathanae maxima et novissima (ultima et maxima 98) est illa filiorum dei et electorum seu coronatorum in ecclesia 97. Sathan nisus est ab antiquo, quatenus ipse etiam sibi ecclesiam malignantium similem ecclesiae Christi congregaret, non tamen in propriis limitibus, sed in limitibus J. Christi 98. Quapropter semper studuit, ut hos, qui in summitate huius ecclesiae erant praepositi, sibi asciret 95, ad modum adulterae 98 (explicatur per voces scripturae: „mulier stulta et clamosa" 99—103, et „meretrix magna" 103—104).

Quod Antichristi non possunt intellegere damnationem ipsorum et incorporationem A-o, sed neque ulli alii, qui non vigent spiritu Jhesu crucifixi 103. Fatui, ponentes spem in verbis mendacii et incorporantes populos A-o per amorem huius mundi sub professione christiana 103. Unde sequitur, quod nimia est multitudo eorum, qui sunt existentes de corpore amplo A-i, quamdiu tales et in quantum tales, non possunt videre se esse a-os, et quod nequit videri damnatio praesentis Gog et Magog, nisi homo christianus exeat extra mundum 104.

Praedicti „coronati" proprie describuntur etiam per figuram locustarum (Apoc. IX. 3. 7). Explicantur voces singulae Apoc. 105—106. „Dentes locustarum" qualiter detrahant (teste auctore) 106; sunt „dentes leonis" et quare 106. Auctor narrat, qualiter venerit ad veritatem nuntiandam 107, et eius oratio ad Jhesum de utero A-i 107.

Explicatur Job XLI. 4—5: „Medium oris Behemot et portae vultus eius": 108—112. Cor bestialis A-i sunt polluti clerici et sacerdotes 108, qui quidem alias sunt cor maris *ib.* Portae vultus bestialis A-i sunt doctores et praelati hypocritae 108. Qualiter depicta antichristeitas luceat in vultu ipsorum 108. Figurati proprie per gygantes (Gen. VI. 4) 109. Explicatur, quod doctores sunt „portae" huius vultus et purpuratae meretricis, et quomodo plebeios Christi devorent, tota die ruminent vanitatem, terrena sapiant, scriptura quasi fabulis utantur et contra frequenter communicantes murmurent 109, v. EUCHARISTIA VIII. Quod „portae vultus A-i" sunt praelati hypocritae, doctores infatuati 111, et quod „dentes" sunt crudeles ministri seu potentes tyranni; arma eorum 111.

DIST. VIII. — DE ARMATURA CORPORIS ANTICHRISTI (p. 113—146). Auctor prosequitur explicationem A-i per scripturam. Dicit, quod „gyrus dentium locustarum" (Apoc. IX. 3) sunt praecepta dura rectorum in suos subditos 113, v. MANDATA, SACERDOTES CARNALES et JUSTIFICATIONES. Per „loricas ferreas" (Apoc. IX. 9) et „scuta fusilia" (Job XLI. 6) proprie synagoga collecta hypocritarum et carnalium clericorum existit figurata, quorum manifestum indicium antichristeitatis est, quod seipsos corrigi nequaquam patiuntur, sed magis addunt odire ex animo suos fideles, licet correctiores 117; sunt incorrigibiles *ib.* „Paries" adinventionum humanarum 119—120, v. INVENTIONES et SACERDOTES CARNALES. Qualiter hypocritae „liniant parietem luto", explicatur 120—121; A. dicitur „rex novus" 123.

Sathanae tendiculae (contin.), (cf. 97 sq.): Sathan quaerit christianos inducere in oblivionem Jhesu crucifixi, et hoc a principio intendebat 124; perfecit hoc carius sub speciebus boni et ratione recta per multiplicatas species sanctitatis corporales et apparentes 124. Dii a-orum 126, v. SACERDOTES CARNALES. Tendiculae et astutia Sathanae et A-i esse vitandae 126. Infinita multitudo „inimicorum crucis Christi" (Philip. III. 18) seu praecursorum A-i 126. Explicantur variae congregationes A-i (seu Phyton, Exod. I. 11): praelati zelatores humanarum inventionum 127; qui sunt huius mundi manifesti amatores; per quos „consiliarios" (II. Reg. XV. 12) multi seducuntur ad fabulas et vadunt ad mortem 128. A-i pensant et conpensant omnia et singula verba in suis litibus, libellis, privilegiis et decretis, ut possint hominem invenire saltem in verbo deliquisse, ipsique soli correctionem in nullo volunt portare 128. — Solum beati christiani evitant falsitatem A-i, et isti tales soli valent denudare A-um et eius corpus conglobatum 131, cf. CHRISTIANI.

DIST. IX. — DE INCONSTANTIA MEMBRORUM ANTICHRISTI (p. 147—206).

1. Continuatur expositio de „locustis coronatis" (v. supra p. 113 sq.) 147. Apostolus vocat homines moderni saeculi „locustas" propter ipsorum inconstantiam in omnibus et duplicitatem aut fictionem, et pro eo, quod sunt valde nocivi 148. Explicatur 149; rara fides hodie in terra *ib.*; moderni hypocritae neque hominibus servant fidem neque in deum *ib.*; omnis scriptura, simul et divina sacramenta vilefacta et inveterata sunt in ipsis, ita ut iam non valde apprecient verbum Christi, et praedicatio atque prophetiae sint ipsis sicut aliae fabulae vel canticum dulciter auribus sonans 149. Sunt membra A-i et perniciosissimi electis dei, praesertim iuvenibus et infirmis in fide, sua hypocrisi et simulatione 150. Qua ex causa dicantur, quod non habent „signum dei in frontibus suis" (Apoc. IX. 4): non habent primum propositum quaerere regnum dei et iustitiam eius vel crucem Jhesu in amore, faciunt tribulationem maximam et dampnum populo sanctorum in ecclesia, quod est error maximus 151.

Prout locustae, ita et nunc currentes clerici et sacerdotes habent simulationem et compositionem chimerinam et curiositatem infrenatam: volunt esse et spirituales et saeculares, religiosi et carnales 152, cf. 153; hoc est abominatio desolationis (expl.) 152, cf. ABOMINATIO. Moderni sacerdotes omnia se in omnibus ostentant (expl.) 152, et cum his se credunt bene in Christo stare et secure, et ideo nullam correctionem pro huiusmodi patiuntur 153; quid dicant ad suos monitores („Dic illa rusticis") 153. — Similiter populus videtur sibi posse licite deo et carni vivere 154; qualiter adaequetur locustis et in stercoribus delectetur *ib.* Hi sunt, qui semel iuncti illam magnam meretricem constituunt, per quos nimis colorate et dulciter ecclesia sanctorum ad fornicandum spiritualiter est seducta 155.

Per „vocem alarum" locustarum (Apoc. IX. 9) explicantur lites pro beneficiis 155, et haec vox sicut vox curruum equorum multorum esse dicitur 156. Describitur „currus consistorii" 156, v. CONSISTORIA. Vel „vox alarum" sunt clamores praedicantium adversum se

invicem 156, 157: religiosi clamant contra sacerdotes plebium, et vice versa; Romani, Francigenae, Graeci clamant adversus se invicem 157.

Explicatur, quod per „caudas locustarum" (Apoc. IX. 10) intellegitur finale propositum studiorum cuiuslibet hypocritae 157, v. HYPOCRITAE. Et quia propositum ipsorum contraxit a terrenis condensatam et contagiosam affectionem vel libidinem multam, idcirco cauda scorpionum est hic recensita 159, v. HYPOCRITAE. Exponitur vocibus biblicis praelatos modernos esse membra A-i et esse incurabiles 165. Concluditur, quod „caudae scorpionum" significant finalem excaecationem et inpaenitentiam hypocritarum; et aculei in caudis earum est mors aeterna in fine vitae ipsorum, qua incessanter stimulantur 166.

Potestas A-i nocendi hominibus est maxima, sed breviati sunt dies persecutionis propter electos; abbreviatio autem illius potestatis exprimitur per quinque menses 167. Auctor cognoscit, quod iste est mysticus numerus, significans annos 95 *ib.*, in quibus locustae Apoc. nocent maxime dei ecclesiae *ib.* Auctor prophetat, quod anni taxati ab a. 1290 currere inceperunt 168, et illi menses quinque ista tempora novissima attigerunt *ib.* Locustae coronatae sunt designatae per prodigium locustarum secundum historiam ad a. 1295: 169.

2. Membrum Antichristi est omnis christianus seu clericus victitans suae propriae voluntati et non voluntati d. Jhesu; item omnis, qui in nomine suo vel sui ipsius causa acquirit scientias, vel gradus in ecclesia, vel beneficia et officia et titulos 172; item omnis monachus vitae quietae additus *ib.* Corpus A-i est omnis religio, quae seipsam ingessit ad medium vulgi christiani 173. Indumenta A-i sunt: omnis apparatus, veluti templa magnifica, multitudo praedicatorum exquisita, multitudo missarum, cantus et psalmodiarum decor et assiduitas, insignis sepultura et officium splendidum; item celebritas adventitiarum festivitatum, commendatio fraternitatum, glorificatio imaginum etc. 173. Protestatio auctoris 174, cf. JANOV. Effectus talium inventionum, v. SACERDOTES CARNALES et POPULUS. Negotiationes membrorum A-i 175.

Sacerdotum carnalium congregatio est „meretrix magna", quae merito potest vocari concubina fornicaria A-i 176; meretricis indumentum splendidum et purpuratum (cf. Apoc. XVII. 5—6) *ib.* Quae collectio carnalium christianorum alias dicta est esse corpus A-i, et is, qui pro tempore est pessimus hypocrita, est summus A. 177. Quod corpus A-i iam habebat sua initia in tempore apostolorum *ib.*, et quod gentilis nec Judaeus nec Sarracenus potest esse A. (v. supra p. 5 sq.) *ib.* A. non scit esse A. (cf. supra p. 78 sq.) 178.

Antichristeitatis conditiones (I. Joh. II. 15—17) *ib.* A. et corpus eius non venit de extraneis, sed venit de ecclesia Christi et congregatur de multitudine christianorum, qui amant hunc mundum 178. Meretrix vel mulier fornicaria Oseae II. 20 = populus dei infidelis 179; item bestia Prov. II. 10—15 = bestiales christiani et meretrix concubina A-i 179; difficultas eruendi a malignis christianis et ab eorum societate *ib.* Antichristiani, licet sint solo numero in ecclesia vel prodierint de multitudine ecclesiae, tamen sunt merito et suis studiis alieni et extranei, immo contrarii Jhesu Christo *ib.* Gens apostatrix christianorum

dissolutorum 180. Haec corrupta turba carnalis est concubina A-i vel ipse A. 180. Quare meretrix Apoc. dicatur magna 181. Porro demonstratur, quod in Apoc. per magnam meretricem significetur multitudo hypocritarum praesens et colligata *ib.* Nota de bellis stupendis modernorum christianorum 182—184.

Ex his colligitur, quae sit damnatio magnae meretricis 184. Demonstratur ebrietas meretricis Apoc. a sanguine sanctorum modernorum, comparando Judaeorum et christianorum crudelitatem adversus sanctos 184. Ecclesia apostatrix christianorum hodierna super omnem mensuram sanguinis effusi per Judaeos exundat, persequendo sanctos Christi et occidendo 185. Damnatio Judaeae meretricis fuit magna, sed damnatio meretricis christianae est maior (explicatur) 186, prout patet ex persecutione sanctorum conviventium a filiis homicidarum 187.

DIST. X. — DEPOSITIO MERETRICIS APOCALYPTICAE (p. 207—251).

A) Prophetae et apostoli meretricem fornicariam nuncupaverunt ecclesiam hypocritarum, carnalium clericorum et sacerdotum et illos esse Antichristos 209. Explicatur, quod scriptum sit in prophetis contra mulierem fornicariam, succubam A-i, et de tempore visitationis suae 209 sq.: Ezech. XXIII. 17—18: 209—210, VIII. passim: 211—212, XXIII. 28—30: 213, VIII. 10—12: 219.

B) Jhesus et apostoli denudant meretricem: Jhesus 220—222, Jacobus 222—225, Petrus 223—224, Johannes 224—225.

Definitio A-i 225—227 (v. supra dist. V.). Summus A. quis sit 227. Quod ante Chr. Jhesum fuit diabolus, Sathan, etc., sed non fuit A., quia tunc adhuc non erat Christus 227. Differentia diaboli et Antichristi: diabolus est unus simplex spiritus, sed A. est omnis spiritus, qui „solvit Jhesum" in omni via malitiae et omni genere deceptionis, et principaliter sub speciebus pietatis et apparentiae et assimilationis Jhesu Christo 228.

Inceptio A-i a diabolo 228: ante adventum Christi diabolus facile et uno simplici spiritu immunditiae invadebat et vexabat genus hominum 229 (exempla); post adventum Christi diabolus, a Christo foras eiectus, assumpsit secum universitatem omnium spirituum pessimorum et adhibuit omnem operam et sagacitatem ad sanctos dei decipiendum et inpugnandum. Sic et fecit usque hodie 230, sub colore bonorum et sanctitatis et religionis: illud est proprie adventus et opus A-i 230. A. venit et suam negotiationem adinplet per falsos prophetas et apostolos, h. e. per religiosos indignos et sacerdotes carnales, per sapientes iniquos et doctores *ib.* Quapropter A. maxime et principaliter in falsis christianis et praecipue in pseudoprophetis est putandus et ponendus atque timendus et cavendus 231; ipsorum initia iam tempore apostolorum emergere videbantur *ib.* Scriptura innuit, illum esse A-um, qui est in mundo, et ille est diabolus cum omni spiritu solvente Jhesum (probatur) 232.

*Ad notionem:* Caput A-i exstat omnis spiritus solvens Jhesum 232. Corpus A-i est omnis multitudo christianorum, quae apostatavit iterum ad mundum per conformitatem et amorem huius mundi et vivit secundum hunc mundum 232 (et ipsa est meretrix et adultera mystica 233).

Membrum A-i et de corpore A-i est omnis christianus carnalis: quanto est in maiori statu ecclesiae, tanto est maior A. Et dum est in supremo gradu ecclesiae, ille est summus et in summo A. 233. Aliae definitiones similes *ib.*

Ex quibus potest colligi, quod unus et idem carnalis christianus quandoque simul est A., meretrix (= corpus) et membrum A-i, diversis tamen respectibus (expl.) 233. Quis sit maior A. et quis sit in summo seu apostolus A-i 234. Probatur per I. Joan. IV. 5, ubi apostolus denudat A-um per dilectionis positionem (expl.), nam amor et sequela huius mundi facit de christiano A-um 235. Quod probatur ex I. Joh. II. 14 sq.: 235 et ex Juda 4—16: 236—237. Quod spiritus s. et Jhesus et apostoli falsos christos dudum proprie descripserunt et cavendum eos sanctis dei sunt hortati 237; sed tales valde sunt nocivi et difficillimi ad cavendum *ib.*

C) Doctores descripserunt meretricem magnam: I. S. Gregorius Magnus 239—240. II. S. Bernhardus Claraev. 240—241. III. Doctor anonymus 241—243. IV. Mag. Joh. de S. Amore 243—249. V. Magistri Parisienses, quorum tract. De periculis nov. temp. integer textui inseritur 249—314.

DIST. XI. — DE SUCCESSIVA REVELATIONE ANTICHRISTI A FIDELIBUS PRAEDICATORIBUS (p. 333—367).

Jhesus revelavit A-um 1) valde utiliter, 2) ordinate et in mensura cuilibet 333.

*ad 1)* Revelatio A-i fiebat, quantum utile erat tempori vel personae aut communitati electorum ad evitandum vel praecavendum 334.

*ad 2)* Revelatio A-i fiebat ordinate: primum per prophetas (v. supra dist. X, c. 1—6) et post per Christum ab origine ecclesiae 337; quanto propinquius ad tempus praesens, tanto hoc fuit cum successione maioris notitiae *ib.* Deinde factum est iam silencium ultimum de adventu Christi ultimo et praevio adventui A-i; incepit ab a. 1209 (?) et duravit usque ad a. 1350: 338. Quid factum sit hoc tempore silentii 338—339. Scriptura quid dicat de hoc ultimo et maximo silentio 339.

Causa et dispensatio ultimi silentii in tempore et ante tempus A-i est probatio fidei electorum Christi atque ingratitudo et iniquitas reproborum christianorum circa fidem Jhesu 340. In summa istius silentii una causa est ebrietas, luxuria, avaritia et superbia et omnis iniquitas sacerdotum 341. Quod probatur ex dictis Mag. Ruperti *ib.* Quae abundantia iniquitatis est causa potissima tribulationis novissimae electorum. Habundantiam faciunt: 1. nimia multitudo materiae iniquitatis; 2. magnitudo formae eius 342. Materiam iniquitatis duo constituunt: a) multitudo infinita impionum christianorum et primum sacerdotum, *ib.* et b) multitudo infinita donorum dei et eius gratiarum 343. Magnitudinem formae abundantiae iniquitatis octo efficiunt 343—344. Inde virtutes in veritate perfecte probatae absconduntur, vitia publice fiunt et honorantur, ecclesia s. deserta est a spiritu Jhesu 344, meretrix locata, tribulatio extrema sanctis dei et error maximus possibilis conflatus *ib.*, et silentium letale, inmediatum A-o, impositum illis, qui ausi fuerunt loqui publice de A-o (magistri Parisienses, Milicius) 345. Ex istis infertur

tempus messis utriusque instare, sc. malitiae et nequitiae impiorum, et gratiae et virtutis dei dilectorum et electorum 345, cf. 347.

Discessio in tempore A-i: A. non veniet per operationem hominum, sed in hypocrisi et in omni seductione et fictione (cf. I. Tim. IV. 1) 347. Probatur discessionem a fide Christi intellegi hic prout discessionem a fide, quae fit per extinctionem amoris ad Jhesum crucifixum et charitatis spiritus Jhesu ad proximos 348. Fit per malos mores et per extinctionem charitatis multorum magis quam per abnegationem simplicem fidei 349. Fit per admissionem cuiuslibet virtutis. Hodie facta est 350, nam A. iam est in mundo *ib.* Item impleta est hodie discessio a fide, i. e. ab oboedientia Romani imperii et regiminis, et ab oboedientia domini apostolici *ib.;* est patula, non potest fieri maior, est per totum in universa ecclesia *ib.*

De praedicatoribus, qui revelant A-um. Cum silencium ultimum medium iter ageret, tunc illa bestia capitosa pertransivit et meretrix magna fornicationem nimiam adinplevit. Ex quibus venit A. cum suis gentibus, vid. Gog et Magog 351. Tunc Elias et Henoch illud silentium irruperunt 351; revelaverunt A-um et revelabunt, quoad dominus interficiet eum spiritu oris sui 352. Multitudo praedicantium Jhesu Christi dividet eum charitate et sapientia 352.

Tempus, quo silentium incepit praeterire, est annus 1350, et durat usque finem continue et successive. Omnes prophetiae de bestia sc. intellegenda sunt completae temporaliter et successive per loca et tempora et momenta, et solis paucis dei testibus revelata 353. Quod Elias expectatus iam venit in Milicio 355. Quod Milicius A-um nude demonstravit 365, v. MILICIUS in Indice nominum.

APOSTOLI: a. et martyres, filii virtutis et sapientiae 21; a-i Christi Jhesu, martyres, sapientes et prophetae, servi Christi (persecuti) 26; humiles a-i 47; nostri primi patres 120; primi praelati 164; testes fideles Jhesu 194. — Princeps a-orum (Petrus) 134; repetitor Jhesu (Paulus) 140. — A-i et auctor 209.

AQUILA 1) insignis proprietas a-ae a natura: altius potest volare et limpidius oculis etiam solem pervidere 81. Secunda proprietas a-ae haec fertur esse notabilis, sc. quod in tantum viget in visu oculorum, quod irrefractis obtutibus corpus solare praevalet intueri. Nam et per hoc cognoscit non esse degenerem suam prolem, si videlicet orbem solis potest radiis directis contemplari 83. — 2) a-ae, homines probi, asseclae Jhesu Christi, repleti „sapientia desursum" 69, v. PRAEDICATORES. — 3) a-ae, homines reprobi, qui sunt agiles in malo et superbi et inbuti sapientia huius mundi 69.

AVARITIA: ambitio divitiarum saeculi et honorum seu libido meretricis spiritualis 104; „vinum prostitutionis" seu quaesita delectatio et cupido ac libido, divitiae, voluptates et honor huius vitae 104; a. est cultus christianorum carnalium, quae est idolorum servitus (Eph. V. 5.) 126. — A. in ecclesia primitiva, v. ECCLESIA, D. — A. antichristiana, v. ANTICHRISTUS, dist. V. 2, b) $\gamma$); pompa et a. antichristianorum 101. Sacerdotes carnales ex plebeis Christi suam a-am et voluptatem adinplent 109; avari sacerdotes 202—203, v. SANCTORUM CULTUS.

BABYLON spiritualis (Apoc. XVII. 5) seu magna meretrix 107, et mater fornicationum 148, 155, 162; est carnalium christianorum et amicorum huius saeculi collecta multitudo 155; hypocritae, magna B. 239. — Fugiendum est de medio B-is 67. Praga, tunc nimis scelerata et proprie spiritualiter B. (inferius: babylonica et confusa civitas ac funesta) facta est Jerusalem 362, v. MILICIUS in Indice nominorum.

BEGHARDUS (cf. ANTICHRISTUS, dist. V.): electus, non intrans religionem, quasi haereticus reputatur, b. et begina seu turlpinus et aliis variis ludibriis a communibus nominatur. Et oportet, quod citetur statim, et si est haereticus, examinetur 65.

BEHEMOT, alias Vehemoth (Job XL. 10) 102, 108, 111; id est diabolus 16; id est spiritus Antichristi 44; — corpus B., i. e. corpus bestiae, seu multitudo Antichristi 70, cf. 160; — dentes B. 76, 361.

BELIAL (opp.: Christus) 152 et l. a.

BENEFICIA: qualiter sacerdotes ad b. nunc se promovent 46, 48; cumulatio b-orum 49 (cf. ANTICHRISTUS, dist. V. s. v. avaritia); lites pro b-iis in consistoriis allegorice describuntur 155—157, cf. CONSISTORIA.

BONUM: non est subiectum mali neque materia, proprie loquendo, et tamen malum non subsistit nisi in bono aliquo subiecto 343.

CAESARES, v. IMPERATORES.

CANDELAE: populi offerentes saltem c-as 203.

CANONICI: dicitur in populo: „Istud magnum bonum tales c. vel tales religiosi invenerunt vel perfecerunt“ 173.

CANTUS: c. multus et fortis vel articulatus antichristorum 99; cf. 173 (est indumentum Antichristi); quaestus seu lucra ludendo et cantando sacerdotum et clericorum 102.

CARDINALES: collegium summorum sacerdotum eiusque iniquitas 33; cf. ANTICHRISTUS; — Milicius aggressus est papam et suos c. 361.

CARO: prudentia c-nis in haereticis 6; c. cum suis desideriis 104; splendidam c-nem in hoc saeculo et magnis titulis elevatam 109; sensus c-nis (Coloss. II. 18) et iudicium huius saeculi 196.

CARTHUSIENSES monachi 240.

CERIMONIAE, v. INVENTIONES.

CHARITAS (cf. DILECTIO): spiritualis ch. Jhesu Christi 122; Antichristi non habent ch-tem Jhesu crucifixi 99; ch. dei et scientia 100, v. SAPIENTIA; praeceptum ch-tis 140, v. PRAECEPTA; virgines a verbo Milicii inflammatae igne ch-tis Jhesu 359.

CHRISTIANUS, christiani: 1. *boni chr-i* (opp.: hypocritae). *Epitheta:* beati 131; discipuli Jhesu Christi 131; docibiles dei 132; fideles spiritu Jhesu repleti 132; iusti et acti spiritu Jhesu crucifixi (opp.: iniqui) 135; membra Christi et fratres 182; pusilli in Christo Jhesu (chr-i primitivi) 23; sancti 137; simplices Christi 8; simplicium animae 14; spirituales, v. infra. — *Notio:* homo dicitur spiritualis non quilibet, sed qui vivit in spiritu per fidem et per spiritum Jhesu Christi. Et iste quilibet chr., qui est particeps spiritu Jhesu, denominatur s p i r i t u a l i s, et solum talis; et omnis homo carens spiritu Jhesu, est bestia, i. e. aequalis bestiae, postquam excidit a veritate et spiritus hominis est mortuus 63; dicitur etiam vanus vel

vanitas, animalis vel bestialis, mortuus, etiam mundus vel huius mundi vel saecularis 64, cf. MUNDUS. Item christianus quilibet est spiritualis: 1° natus est denuo per spiritum; 2° est spiritualis a spiritu sancto, quem accepit, continet et ipso vivit et regitur; 3° destinavit seipsum ad vivendum et vacandum spiritui sancto et ipsius operationibus, ut est vitae contemplativae (pro eo monachi dicuntur spirituales); 4° ex officio suo cooperative habet spiritum sanctum quoad operationem communem in s. ecclesia 64; cf. 153 (chr. est homo spiritualis); anima chr-i vel templum 217; chr. discernitur ab Antichristo dilectionis positione 234; cf. infra 131. Christum inquirentes et compendiose salvari volentes 62; chr-i, qui continent abundantiam spiritus Jhesu crucifixi, reguntur a lege scripta in cordibus eorum et idem spiritus Jhesu docet eos veritatem utilem ad salutem 131; ipsi cognoscunt veritatem et evitant falsitatem Antichristi *ib.;* hi, qui sunt christi, aguntur Christi spiritu et spiritus Christi dirigit eos in omnibus et ponit eis regulam et mensuram in singulis 132; hii valent omnia iudicare facta vel facienda secundum legem veritatis, quae est scripta in cordibus eorum, et secundum eam digne deo ambulando, opera diaboli et eius luciformium ministrorum intellegere et vitare 132; cf. POPULUS CHRISTIANUS; chr-i habentes fidem, quod a Jhesu sunt redempti, et expectantes a Jhesu finaliter salvari, accipientes ipsius sacramenta et corpus et sanguinem manducantes 182.

2. *mali chr-i* (cf. HYPOCRITAE et SACERDOTES CARNALES): simulator chr. 2; iniquus chr. 3; tepidi chr-i et qui post carnem abierunt 11; indigni chr-i et equi et muli 54; indigna et crudelis collectio carnalium chr-orum 176; indigni chr-i et apostatae, qui simul compacti constituunt unam magnam Babylon spiritualiter, quae est magna meretrix et mater fornicationum 239.

CONCUPISCENTIA CARNIS 51, v. ANTICHRISTUS, dist. V.

CONSISTORIA: lites pro beneficiis in c-iis describuntur per allegoriam currus consistorii: quattuor equi = duo actores causae et duo advocati; quattuor rotae = duo procuratores et duo sollicitatores; notarius cum causa in curru vehitur; iudex est vector et superintendit currui 156; pro nunc ecclesia Christi talibus nimis est repleta, ut raro vel vix possit aliquod beneficium obtineri sine strepitu iudicii 156.

CONSUETUDINES HUMANAE, v. INVENTIONES.

CRUX, v. JHESUS CRUCIFIXUS.

CUPIDITAS est radix omnium malorum; alias dicitur in scripturis os vulvae 147; c. christianorum malorum et principaliter clericorum carnalium = vulva magnae meretricis (Prov. XXX. 16) 148; os vero huius vulvae, i. e. cupiditatis, sive puteus abyssi (Ap. IX. 2) est cor humanum *ib.;* c. insatiabilis hominum = puteus abyssi (Ap. IX. 2) 161.

DAEMONES, etiam daemonii: d-orum spiritus et Antichristus 11, v. ANTICHRISTUS; d-orum operatio 79 (subtilissima), 173 (mystica), 202, 203; d. infirmos conculcant cadentes et deprimunt, sed fortibus et repugnantibus nihil faciunt 202.

DEUS: imaginationes vel conceptus de deo, in quantum deus est proprius et apprehensibilis homini rudi et carnali, advenire non potest hypocritis,

quia imago de deo, in quantum deus, est incircumscriptibilis et valde communis, inconprehendibilis homini ad formandum 200, cf. RES; d. per participationem 4; summus d., summa aequitas, summum bonum et inmensum in sua magnitudine ac aeternum 32; d. altissimus 36; d. sanctus et fidelis 40; — d. et natura nihil operantur frustra 333; quaecumque a d. sunt ordinata, sunt ordinate et in certo numero (cf. Sap. XI. 21) 193; d. dignatur omnium pariter et singulorum magister esse et ductor indefessus 132; iustitia dei 185; deo misericordi et iusto curae fuit non tantum ab initio facere misericordiam, sed etiam exercere iudicium et iustititiam 336; — accedere ad deum est secundum virtutes deo assimilari vel conformari 349.

DIABOLUS: d. quondam fuit stella praeclara in caelestibus (inde et Lucifer nomen acceperat), sed quia in veritate non stetit, ideo corruit in terram 170; quomodo intraverit in domum christianorum terrenorum, unde ante eiectus fuerat a Christo (228), spiritus inmundus, qui et stella de coelo lapsa dictus est *ib.;* quid fuerit d. ante Christum J., v. ANTICHRISTUS 227; primus in veritate non stetit, et ideo mendax est et pater eius (Joan. VIII. 44) 2; differentia inter d-um et Antichristum 228, v. ANTICHRISTUS, cf. 6, 7; est caput Antichristi 50; sicut Judaeorum hypocritarum fuit pater d., ita nunc omnium hypocritarum christianorum est rex angelus abyssi vel pater ipse d. 171; nuncupatus est: deus huius saeculi (II. Cor. IV. 4) 4, 189, 232; princeps huius mundi (Joan. XIV. 30) 232, iniquus princeps 7, homicida 202; spiritus sui nequiores (septem 170) sunt potestates et rectores mundi et spiritualia nequitiae in caelestibus appellati (Eph. VI. 12) 232; — opera d-i et eius luciformium ministrorum 132; d-i deceptio 175; laquei d-i et huius mundi malignantis 231; d. libenter inventiones hominum multiplicare suggerit, ut sic amplius sanctos circumveniat et redigat in suam servitutem 122; d. per inventiones hominum negotiatur de animabus et vulnerat conscientias et abducit a Jhesu 143; qualiter abducat a praeceptis divinis et inducat ad valde extollendum sanctos in caelis 189; d. inducit in venerationem sanctorum in caelis 191, cf. SANCTORUM CULTUS; d. qualiter velit gloriam Jhesu crucifixi vel minui vel obfuscari vel auferri 191; operatur caecitatem hypocritarum 189; d. et hypocritae 162, cf. HYPOCRITAE; d-i heroldones 197; d-i negotiatores et falsi christi 237.

DIALECTICA, v. LOGICA.

DILECTIO (cf. CHARITAS): d. dei et fraterna primum praeceptum Jhesu Christi 72; vinculum fraternae dilectionis 73; summae d-is praeceptum est plenitudo omnis legis et per quod omnia alia praecepta adinplentur, et ipsum est d. dei et proximi 133; ipsa est, per quam solum et maxime filii Jhesu Christi et membra Antichristi secernuntur; quae charitas verbo dei comite sufficit christianum dirigere in cunctis operabilibus huius vitae *ib.;* christianus et Antichristus discernuntur dilectione 234.

DISPUTATIONES, v. ELOQUENTIA.

DIVAGINATIONES: d. per mundum secundum propria desideria, praecise per dedicationes templorum, per indulgentias quasdam confictas sc. 190, cf. INVENTIONES.

DOCTORES: d. sancti et auctor de Antichristo 209; docti secundum deum 345.
DULIA, cultus sanctorum 188, v. SANCTORUM CULTUS.

EBRIETAS: qualiter e. et crapula disponant adventum Antichristi 94, v. ANTICHRISTUS; et quare Jhesus singulariter ab e-te, crapula et avaritia suis mandavit praecavendum 94—95; qualis sit e. mulieris a sanguine sanctorum modernorum 184, v. ANTICHRISTUS.

ECCLESIA:

A. *ECCLESIA SANCTORUM. Epitheta ordine alphabetico:* ager dei 345; ager, i. e. desponsata Jhesu Christo 162; apostolica 228; campus (latitudo campi ecclesiasticae culturae, Deut. XXXIV. 3) 15; catholica 35, 195 (katholica, mater sacerdotum), 243 (orthodoxa e. catholica), 251 (sancta c., sacrosancta c.), 345 (e. c. Jhesu Christi); columba Jhesu, amantissima et unica (Cant. VI. 8), circumamicta varietatibus (Ps. XLIV. 15) 251; communitas praesens christianorum 50, communitas christiana 62, 63, communitas ecclesiae 63, 250; corpus, v. notionem; dei e. 6, 8, 11, 21, 31, 33, 36, 52, 61, 63, 91, 142, 167, 188, 342, 343 (dei veri), 346; domini e. 8; domus dei 82, domus domini 174, cf. B); e. electorum, v. inferius; familia Christi 7, familia tota fidelium 43; gens sancta, regale sacerdotium, populus acquisitionis (I. Cor. XV. 45) 343; e. Jhesu Christi (crucifixi) 16, 23, 27, 28, 35, 59, 70, 71, 91, 98, 115, 135, 156, 343; Joseph (Gen. XXIX.) 155; mater christianorum 33; mundus totus ecclesiae 30; latitudo orbis e-ae 10, universus orbis e-ae 11, 72; petra 21; sancta 6 et passim; sacrosancta 10, 24 et passim; e. sanctorum 10, 23 et passim, cf. notionem; sponsa Christi dulcissima et unica et dilecta 25; unica sponsa, quae est sine macula et sine ruga (Eph. V. 27) 342 (opp.: meretrix magna); templum dei 28, 168, templum domini 52. — *Ad notionem:* veritas vitae et doctrinae J. Christi et eius discipulorum et totius e-ae sanctorum 1; gentilis impietas et infidelitas e-ae satis notoria et manifesta 6; e. spiritu Jhesu repleta 209; illi, qui intus sunt in e-a, quamvis non merito, sed numero 23; Christus est caput e-ae s., caput vero Christi deus (cf. I. Cor. XI. 3) 22; Christi (et Antichristi) mysticum corpus 12, cf. 72 (corpus), 228 (c. et regnum); Jhesus Mt. XXIV. 28 exprimit suae e-ae et synagogae peccantium Antichristi discretionem 55; hic per corpus intelligit veritas suum c o r p u s m y s t i c u m, q u o d e s t e. c o n g r e g a t a e x m u l t i t u d i n e e l e c t o r u m s o l u m, q u o s v i v i f i c a t e t a g i t s p i r i t u s J. C h r i s t i *ib.* Corpus significat hic unionem Christi electorum *ib.;* corpus, i. e. unitas (Christi) electorum 68; e. et Christi Jhesu electi 165, cf. ELECTI. Semper fuerunt duae congregationes a principio vel duae e-ae, una corpus Christi, sc. e. s., alia corpus Antichristi, sc. e. malignantium 69. Reprobi, illud corpus Antichristi, ad e-am malignantium concurrent, et probi ad corpus Christi, i. e. ad e-am sanctam 69. Per corpus Christus intellegitur tantum e-a electorum, quae unicum proprie et solum est corpus mysticum Christi Jhesu propter magnam similitudinem humani corporis nuncupatum 70; membra eius cum officiis suis se invicem decoratissime complectuntur *ib.*; e. Christi aequalissima esse humano digno corpori describitur 71 (opp.: e. malignantium ubique in scripturis bestiae nomine et imagine bestiae est signata). — E. s., i.-e. corpus Christi (opp.:

multitudo synagogae Sathanae), ubicumque fuerit, latere aquilas non potest, quia gaudens suo capite unico, sapientia, charitate et officiis suis legitimis ac ordinatis, ut fulgur fortiter resplendet, et unum solum intendens, ad unum omnia dirigit usque finem 72. Unio ecclesiae sanctorum: pro eo, ut electi ipsius essent unum, Christus in extremis obnixe patrem rogavit (Joan. XVII. 22), quin immo pro eo est Christus mortuus, ut sui electi in unum colligerentur. Propter quod primum et principaliter est praeceptum Christi Jhesu dilectio dei et fraterna 72. Primus et principalis effectus ipsius Jhesu spiritus est congregare invicem et unire (cf. e-am primitivam). Iste est etiam de unione electorum, qui non tantum cum bonis unitatem conservat, sed etiam cum omnibus, in quantum fieri potest 73. — Sicut Jhesu crucifixi est proprie proprium e am in unitatem congregare, ita Antichristi est maxime proprium eandem disgregare 74; e. christianorum (opp.: e. sanctorum) hodie divisa 74, v. ANTICHRISTUS; e. electorum a carnalibus et ab indignis hodie est abscondita et solum paucis, doctis a Jhesu spiritu, patefacta 81; e. dei est in tantum desertata a spiritu Jhesu crucifixi et absconditus est vultus eius 346. Sancta dei e. nihil commune habet cum hoc mundo, i. e. amatoribus huius mundi, et praecipue apostoli e-ae et eorum successores 63; esse spiritualem et esse saecularem, esse filium s. e-ae et esse filium huius saeculi nimium per contraria distinguuntur 153; inenarrabilis et infinita multitudo donorum dei et eius gratiarum enumerantur 343. — E. s. ab Abel 192; Daniel XII. 11—12 ponitur tempus, in quo s. e. incipit aliquo modo singulari restaurari post miserias suas praecedentes; illud beatum tempus iam currit et incepit ab annis XLV (post 1325) 13, cf. *E);* senecta e-ae uber et restauratio 15, cf. PRAEDICATORES; e-ae dei novissima tribulatio 8; adversitates e-am latiorem et gloriosiorem effecerunt 7; e. s. ad fornicandum spiritualiter est seducta per carnales christianos et reliqui sanctorum in maximam tribulationem transmittuntur 155.

B. *ECCLESIA HIERARCHICA* (cf. vol. II, p. 329). Sacerdotes plebium, quibus incumbit ex ordine hierarchico ecclesiae illuminare et praedicare 66; communis e. plebeiorum 67. Distinguuntur monachi et presbyteri plebium, laici et sacerdotes, plebei et curati 35. Ordo hierarchicus: unus solus, familia tota fidelium, communitas (laicorum), communitas sacerdotum, communitas supremorum e-ae sacerdotum 43; e. christianorum 34, 74 (hodie divisa, opp.: e. sanctorum), 128, 157; familiae sacerdotibus commissae seu plebes et cathedra Moysi, i. e. officium ecclesiasticum 100. Potestas e-ae et bracchii saecularis et auctoritatis sacerdotalis 86; omnis principatus saecularis, omnis dignitas sacerdotalis, ut sunt episcopi et papa *ib.* Gradus ecclesiastici ab apostolis instituti: acolitatus, subdiaconatus ɔc. (patrii honores et graecae gloriae) 89, cf. 172. Magistratus templi: canonicus, decanus, archidiaconus ɔc. 91. Multitudo et multiplicitas graduum in e-a J. Christi 92—93; magistri et sacerdotes 93, v. MAGISTRI. „Coronati" in e-a: magistri, doctores et sapientes, qui sunt potentes in omni sapientia et doctrina, dehinc sacerdotes rectores et praelati, qui sunt potentes imperio et auctoritate, post monachi et religiosi, qui sunt potentes specie religionis et sanctitatis (opp.: potestas huius

mundi corporalis vel manus saecularis) 97. „Coronae“ seu tituli magistrales vel dignitatum et graduum e-ae investitura 105. Salva determinatione s. e-ae Romanae 167, cf. JANOV.

MAGISTRI: non ponant sibi requiem in sua scientia gloriosi m. neque glorientur in ipsorum sapientia hi, qui coram suis oculis videntur sapientes 85, cf. ANTICHRISTUS; corona superbiae (Is. 28, 3) sunt multorum doctoratus et magistratus 88; „patrii honores“ (Job II., Mac. IV. 14—16), ut sunt gradus ecclesiastici ab apostolis instituti, puta accolitatus gradus, subdiaconatus, diaconatus, sacerdotii et h. m.; „graecae gloriae“, i. e. gradus baccalariatus in artibus, in medicinis, in iure canonico vel civili, similiter gradus licentiaturae, magistratus, doctoratus in artibus, in medicinis, in iure vel theologia 89; — „magistratus templi“ carnalium virorum conculcandi sunt 91; non ad ea inviti pertrahuntur aut vocantur, sed et illis invitis iam sese ingerunt et varie se intrudunt, cuius gratia contentione et litibus atque exitialibus bellis sacerdotum et clericorum nunc ecclesia Christi est repleta 91; rectores inferiores, mediocres et supremi, venientes a Jhesu distinguuntur a quibusdam aliunde coronatis, ut sunt magistri et doctores, baccalarii et licenciati nec non aliis varii generis titulorum in multiplici scientia huius mundi, quoniam hi principaliter vel magis in nomine suo quam in nomine Christi dicuntur fungi magistratu, vel saltem non ita simpliciter in nomine Jhesu, sicuti ordinarii in Christi e-a accoliti, subdiaconi et sacerdotes curati, episcopi et archiepiscopi 93; ex hominibus superbis ɔc. venerunt multi fabulatores, vaniloqui et magistri prurientes auribus 338. — Omnis, qui acquirit in nomine suo titulos gloriae et honoris, ut est doctoratus, baccalariatus etc., est membrum Antichristi 172; Antichristus negotiat per sapientes iniquos et doctores 230, cf. ANTICHRISTUS. — Auctor non proponit sapientes viros scholasticos impugnare, sed fastum et pompam modernorum detestatur 89.

MANDATA HOMINUM, cf. INVENTIONES; alias dicitur: praecepta dura rectorum 113, praecepta et doctrinae 113, adinventiones, praecepta 114; — sunt: gyrus dentium locustarum (Apoc. IX. 3), onera importabilia super humeros hominum imposita (Mt. XXIII. 4) 113 (cf. ANTICHRISTUS et SACERDOTES CARNALES); durum et superbum dominium seu imperium sacerdotum super fratres subditos 115; explicatur, quod per „loricam“ (Apoc. IX. 9) iustitia dura hypocritarum debet intellegi 117. Sacerdotes et m. h.: dicunt „Districte praecipiendo mandamus“, etc. 114; confirmaverunt ea sub mortalis peccati transgressione et ita diffamaverunt in populo, amplius rationem de ipsis facientes, quam de praeceptis dei 114.

MECHANICI 204.
MENDACIUM, v. ANTICHRISTUS, dist. V.
MENSIS est mensura completa cursus lunae 167.
MERCATORES verbi gratia nominantur 204.
MINORES FRATRES, super mendicitate fundati 250.
MIRACULA, v. IMAGINES, cf. PROMISSIONES. M. de s. Maria, s. Katherina ɔc. 197. Ex talium sanctorum m-is comparant sibi sacerdotes avari favorem ad plebem, concursus populorum, offerentium saltem candelas et devotionem sepulturae, etc. 203; virtus et potestas vel efficatia ad salutem locis quibusdam, templis et statuis vel ossibus mendaciter attributa sunt „idolus zeli" (Ez. VIII. 3) et abominatio desolationis (Matth. XXIV. 15) 214; m. universa in sanctis dei cessaverunt et fictitia portentorum prodigiorumque Antichristorum sunt multiplicata super numerum 356.
MISSA: multitudo missarum est indumentum Antichristi 173; officium pro mortuis, v. SEPULTURA.
MONACHI seu religiosi, alias dicuntur: religiosi fratres 67, fratres 67; m. aut alias religiosus 172; fraternitates 173; cf. claustra regularium 172, religio et conventus 173; cf. MINORES FRATRES.
a) *Monachi digni:* m. dicuntur spirituales, quia destinaverunt seipsos vitae contemplativae 64.
b) *Monachi indigni:* avaritia m-orum: m., qui in summo gradu paupertatis sponte propter Christum esse elegerant, summum studium apponunt propter suam communitatem divitias congregandi et dilatandi et negotiantur suos quaestus 49, et sub specie pietatis excesserunt cunctorum avaritiam, quoniam notorie et solemniter proprietatem non habituros se voventes, iam notorie ac solemniter retinent propria et sequuntur, palam praedicantes, hoc eis iam licere et aliter iam, puta sine proprio, non posse in communitate conversari 50. — Nunc extant multi conventus et (ut vulgo dicitur) religiones vel ordines, quarum quaelibet habens unum patrem, quodam modo obmisso Jhesu Christo crucifixo, de eo singulariter gloriatur (explicatur) 60; mendacium Franciscanorum 60. Per hoc isti ostendunt se esse carnales et Jhesu spiritum non habentes 60. Qualiter ordines homines sibi alliciant 61; praesertim homines insignes, sapientes, generosos aut potentes in saeculo *ib.,* dicentes, quod non amplius curae esse debeat pro salute *ib.,* hoc facientes ob amorem suiipsius, et haec quasi sancta et laudabilia habentur *ib.;* quo modo faciant in ecclesia sectionem et dilectionis Jhesu atque communionis mutuae in ecclesia extinctionem 61. Quidam iam in supremo gradu sanctitatis et religionis christianae secundum vulgi opinionem existentes, asseverant, quod nisi in ordine vel maxime in religione hac vel illa, non est Christo digne et perfecte serviendum, etc. 62. Quod dubitare vel ei contradicere, nulli existit licitum secundum ipsorum decreta, aut secus excommunicationem papae incurreret et persecutionem sustineret. Et isti sunt, qui gloriantur, semet tantum perfectionem et statum apostolorum et primitivae ecclesiae obtinere 62, acsi solum ibidem esset regnum caelorum et Christus ibi poneret solum suam mansionem 63. Inde opinio, quod personae non religiosae dicuntur saeculares, mundus quoque dicitur reliqua communitas christiana et prae-

sertim sacerdotes plebium nimis abusive dicuntur presbiteri saeculares 63 (probatur). Jam heu est celebriter vulgo christiano diffamatum, quod nemini est necesse ad salutem, ut se Christo perfecte offerat, nisi esset monachus vel religiosus 65. Quapropter supersticiosum iam reputatur in hoc praesenti saeculo et singularitas, constans vid. et perfecta conversatio secundum evangelii Christi veritatem 66. — Praedicator zelans invaditur ab illis, qui se gloriantur perfectionem apostolorum obtinere et soli gestiunt in populo christiano gloriari, et si qui alii quam ipsi praedicarent, hoc omnino reputant suum dampnum et suorum quaestuum minutionem 66; excitant maxime contra tales, qui ipsorum vicia et hypocrisim reprehendunt 66. — M. contra sacerdotes saeculares 67. Religiosi fratres, licet nullas plebes ex primo suo titulo habeant regere vel illuminare nisi seipsos, nec debeant tales habere, tamen (quo suasu vel quo zelo, ego nescio) gaudent cum plebibus, licet aliorum, occupari et laborare 67; „panis absconditus", i. e. sub apparentia religionis et vitae sanctae seu contemplativae vel alias spiritualis ipsis (carnalibus) advenit, vel sub specie pietatis sine veritate inexistente 102. Clamores religionum adversum se invicem 156. Commendatio fraternitatum et invitatio ad eas per multas promissiones orationum et missarum atque fratrum est indumentum Antichristi 173, cf. ANTICHRISTUS.

MUNDUS, cf. CARO et SAECULUM: m. et caro 19; spiritus carnis et m-i 165; hic in m-o Cayn, primogenitus homicida, est in suo loco proprio, quia ad hunc m-um electi non colligentur 192; Abel est in loco non suo, sed in exilio, quia locus hominis a principio paradisus voluptatis, non hic m. 193; hic m. corporalis *ib.* M., non creatura dei, sed m., i. e. homines impii in hoc m-o vel homines amantes hunc m-um, negligentes suum creatorem. Et sic m. collectus ex spiritibus malignis et hominibus amatoribus m-i totus positus est in maligno (I. Jo. V. 19) et deo suo contrarius, et ita omnis christianus electus sublatus est de hoc m-o 232; m. et ea, quae in m-o sunt, scil. concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum et superbia vitae 235; quae sunt acceptabilia et gloriosa in hoc m-o, utpote pulchritudo, fortitudo, eloquentia, sapientia, dominatio, res et honores et similia 86; tales splendores et apparentiae *ib.*, tales splendores et apparentiae visibiles *ib.* (opp.: infirma, simplicia, pauperrima, in hoc m-o contempta et abiecta 87); amor huius m-i 98; qui post hoc saeculum abierunt (Judae 7), utpote divites et videntes in hoc saeculo 101.

MYSTERIA dei, cf. SCRIPTURA, ANTICHRISTUS: m. sua deus nemini revelat, nisi dignis et qui sunt docibiles dei 87.

PAGANI, v. sub JUDAEI in Indice nominum.

PAPA: a) *ad notionem:* p. et imperator christianus alius generis est quam Romani imperatores 5.

b) *verus papa:* summi sacerdotes, qui in summo statu sunt constituti in religione christiana, in quibus habebat sedem fons et origo veritatis 34; summus apostolicus et verus papa, sc. Urbanus VI: 34. — Milicius papam et suos cardinales aggressus 361. Milicius usque modo non est autentice a papa et ab imperatore acceptus 367.

c) *pseudopapa:* gestum est de plurimis, qui existentes haeretici aut alias iniqui, summam sedem ecclesiae ascenderunt, sed ex eo, quod non habuerunt assistentiam, persistere non valuerunt 10. Quis sit ille in hoc tempore, qui est mendax et venit per mendacium in papatum, notum potest esse illi, qui non dormit 30; domini papae supermaxima est iniquitas, si est pertinax 33; papa „sol" obtenebratus est tempore silentii magni (1209—1350) 339; hodie impleta est discessio ab oboedientia domini apostolici 350.

PARISIENSIS UNIVERSITAS, summa sedes totius sapientiae et scientiae: quomodo in ea praedicatum est de pseudopapa 34; sapientes studii Parisiensis, sanitas orbis terrarum 35, summum collegium sapientum aut sacerdotum 36; u. gloriosa magistrorum Parisiensium in sacra pagina 249 (eius tr. De periculis nov. t.); doctores in Christo fideles et gloriosi, existentes lumen s. ecclesiae super candelabrum constituti, et ipsorum multitudo erat tunc sanitas orbis terrarum *ib.*, tanta et talis multitudo magistrorum Parisiensis universitatis sacrosanctae 250; venerales magistri in sacra pagina Parisiensis clarissimae et unicae, electae et dilectae universitatis, et libellus ab eisdem conditus nimirum utiliter ecclesiae catholicae J. Christi 345.

PECCATUM: omne p. cuiuslibet christiani est maxima in deum iniquitas 33; peccata: mendacium, avaritia, luxuria, voluptas, superbia comparantur, v. ANTICHRISTUS, dist. V.; peccata concupiscentiae carnis, avaritiae et superbiae vitae 44.

PHILOSOPHIA, v. SAPIENTIA.

PICTURAE 40, v. IMAGINES.

POPULUS CHRISTIANUS. *Epitheta atque synonyma* (ordine alphabetico): Christi plebes 39; christianitas praesens 44; — commune vulgus christianum 33; commune vulgi et clericorum 44; communes christiani (laici) 82; communis populus 44, 109; communitas: christiana 339, (in plur. 344), c. christianorum (opp.: fraternitates) 222, c. ecclesiae 110, c. plebeiorum (opp.: sacerdotes) 110, c. populorum 96, c. subditorum 129, c. vulgi christiani 65, c. vulgi christiana 168; — dei populus 16, 52, 115, 119, 122, 123, 151, 214, 339, 346; — familia domini 168; — humiles vere 47; sancti et humiles in Christo 47; — laicus vel rudis plebs in dei ecclesia 33; laici nec non parvuli in Christo, scil. plebium gens imbecillis 43; multitudo laicorum (opp.: clericorum communitas) 44; — oves Jhesu crucifixi 203; — pauperes Christi 129; p. et simplices 106; p. in hoc saeculo, idonei et simplices J. Christi ac devoti 109; gens pauperum 110; — plebei Christi (opp.: ambitiosi, captiosi et gloriosi in hoc saeculo, 109; plebei populi 173; plebes 67; plebes dei et subiecti, christiani dei 122; — populus, cf. supra et infra passim; p. plebeius modernus 38 (carnalis); p. sanctorum in ecclesia 151; — rudes 36, 39; rudis populus christianus et carnalis 38; rudes et provecti 39; rudes et simplices christiani 68; — simplex plebs christiana 41; simplex populus christianus 37; simplices 18, 39, 42; simplicium animae 14, 39; simplices Christi 8; simplices populi 57; cf. CHRISTIANUS; — turbae populorum 48; — vulgus (cf. supra) 44 (opp.: clerici); v. christianum 38, 36, 67, 173; v. promiscuum 47. — *Dignitas p-i chr-i:* p. chr. sanctus et illustris atque perfectus 36; p-i Christi Jhesu

sanguine redempti 41; ille p. electus et sanctus 52; tam sapiens a deo suo et per deum p. chr. et gens tam grandis, cui adest cum tanta plenitudine d. deus eius 132; tali populo ad nihil est tanta numerositas magistrorum et dominorum et inventionum 132—133, cf. INVENTIONES; populo, qui unico praecepto abundat, puta summa dilectione 133; p. dominum Jhesum indutus *ib.;* talis ac tanta gens, cuius est solus d. Jhesus crucifixus dux et deus et dominus et nullus alius, non habet necesse, ut habeat tam multos dominos homines *ib.;* filii dei et heredes (Rom. VIII. 17), quos Jhesus sibimet elegit et assumpsit in societatem regni et sortem sanctorum et ad iudicandum totum mundum, throni sui assessores 133—134; luna induta sanguine tempore silentii magni Antichristi 339; tantus et talis populus, qui erat Christum Jhesum indutus et per omnia deiformis 344. — *Status praesens sancti p-i chr-i:* in simplicitate spiritus Christo deserviens persequitur a monachis 65; dicitur: „Non in penetralibus est Christus, sed in agro communitatis ecclesiae vulgi christiani, ubi saltem secundum solam et primam evangelicam regulam dilectionis dei conceditur conversandum" 67; „Christus est in rudi et sancta rusticitate" 67. — *Populus mundialis:* communes (carnales) 65; rudis p. christianus et carnalis 38; d. Jhesu spiritum non habens, ad spiritualia nequaquam valet mentetenus elevari, sed solum et maxime carnali iudicio et fantasmatibus provectus, corporalia tantum appreciat et coram eis stupet et pavet 38; qualiter populus excuset sua peccata 44, cf. ANTICHRISTUS; et inde infectus sicut p., sic sacerdos, et amplius p. quam sacerdos 44; et sic manent pueri per totam vitam, infirmi pro Christo et inbecilles 82; parvuli insenses, etc. 101; qui habitant terram, i. e. ceterum vulgus carnale christianorum, qui quaerunt et sapiunt solum vel maxime terrena 104; multitudo infirma et imperita, conscientia vulgi saepe et graviter vulnerata et irretita 121; praesens p. laicalis, carnalis 154; plebei a splendoribus inventionum commoti, obmissa veritate intus et spiritu, ad extra effunduntur, et faciunt sibi de talibus idola 175. — *Populus et sacerdotes:* quod solum disputative et in scholis docetur, non competit coram rudibus determinative dicere in ambone, per hoc parvulos in Christo Jhesu non modice vulnerando 36; multa doctores dixerunt in scholis, quae coram populis plebeis nequaquam sunt praedicanda 38.

PORTENTA, v. IMAGINES.

PRAECEPTA: 1. *pr-a dei,* cf. JUSTITIA, LEX: pr. dei sunt s p i r i t u a l i a et deus, agitator ipsorum, est vere absconditus 122; pr. dei invisibilis 122; pr. p a u c a et saluberrima Jhesu Christi veniunt e caelo vel a spiritu Jhesu 130; pr. dei: misericordia et iudicium et mutua dilectio, opera charitatis et misericordiae 136; dei pr. utilia, ut est misericordia et iudicium 190. — Deus pauca pr-a posuit et traditiones — apta omni homini et obligantia omnem hominem 139. Sunt in se d e c e m et illa famosa expressa et cuilibet intellectui, etiam grossissimo, vicina 140. Quae Jhesus tantum in u n i c u m praeceptum breviavit; illud vero est charitas dei et proximi, neque invenies legislatorem christianorum, Jhesum, aliud praeceptum in evangelio tradidisse aut statuisse. Et haec ipsa est regula communis, una omnium, brevis, facilis, sufficiens, perfecta,

infallibilis, et ipsa est lex perfectae libertatis, qualem decebat nobis tradere ipsam matrem, communem omnium, pulchrae dilectionis, dei sapientiam et dei virtutem, i. e. Chr. Jhesum 140. Est statutum aut praeceptum dei sufficientissimum 140. — Auctor non impugnat mandata praelatorum utilia 142. Auctor vult, ut solum dilectio dei et proximorum aut dei praecepta alia solum populis tremenda et ad unguem usque adinplenda doceantur 143; pr-a dei tremenda 143, 144, 145; veritas pr-orum dei tremendorum 189; pr. divina, quae solum et maxime data sunt in nostris proximis exercenda *ib.*

2. *pr-a hominum,* v. MANDATA.

PRAEDICATIO, cf. ELOQUENTIA: multitudo pr-onum exquisita est indumentum Antichristi 173; successive haec incrementa pr-nis sanctae et novissimae describit dominus in Ezech. 48. 16: 353; pr. coram populis plebeis, v. POPULUS; — fames audiendi vivi sermonis Jhesu et efficacis 338, cf. 344. Exaltabitur dominus solus et unicum verbum ipsius manebit in aeternum 145.

PRAEDICATORES VERITATIS, alias dicuntur (ordine alphabetico): amici dei 45; — angeli (Mt. XIII. 41) 15; — dilecti discipuli J. Christi 17; — Elias, multitudo s. pr-orum et doctorum 355; — prudentes negotiatores (Job XI. 25) 15; — pastores (Ez. 34) 355; — pr-es fideles d. Jhesu 92, pr-es Christi Jhesu 129, pr-es veritatis 195; sacerdotes electi et pr-es, repleti spiritu Eliae et Enoch et multiplicati 14; sac. et Levitae amicissimi in Christo Jhesu 14; — sancti viri moderni, v. SANCTORUM CULTUS 185—206 et in speciali 205: sunt plorantes, ieiuni, et macilenti prae labore, maesti, et abstrahunt multas delectabiles personas de societate sacerdotum voluptuosorum, viros et mulieres, et adiungunt Jhesu Christo et suae societati 205; — testes veraces et pr-es J. Christi 16; testes fideles 77; — viri oculati, qualificati ut aquilae 20. — *Gesta pr-orum veritatis:* interficient Antichristum 14, cf. ANTICHRISTUS; multiplicabuntur in senecta ecclesiae uberi et bene patientes erunt, ut anuntient, et restaurabunt omnia 15; non ignorant cogitationes Sathanae et possunt Antichristum denudare, ipsius mysteria revelare et tollere scandala omnia de regno Christi (Mt. XIII. 41); illi sunt pr. gloriosi et ipsi per spiritum oris J. Christi interficient Antichristum et discerpent corpus eius et vorabunt et Christo incorporabunt 20; Jhesus restaurabit omnia per pr-es suos et testes fideles multiplicatos per totum orbem 77; per quos spiritus Eliae abundans restaurabit omnia 355. — *Eorum persecutio:* persecuti a monachis 65—66, v. MONACHI; avari sacerdotes specialiter pr. sanctos, contemptores et oppugnatores avaritiae eorum, summis studiis persequuntur 204; „sapientes" quibusdam pr-bus evangelii Christi et eius crucis eo, quod imagines in ecclesia sunt aggressi, silentium a Christi Jhesu evangelio posuerunt 42; dampnum praedicationi veritatis per illum actum effectum 43; cf. JANOV et MILICIUS; specta, quomodo fulgor verbi d. n. J. Christi sit obductus et nubilatus 46.

PRAELATI: pr. prius virtute ex alto imbui debent, in cuius figuram singuli oleo sancto inunguntur 164; pr-us, qui stat in loco J. Christi, qualem seipsum debeat exhibere, ut sit cooperator dei et membrorum J. Chr. 164. — pr. coronati: auctor impugnat pr-os cor-os 143; quomodo pr.

debeant statuere suis subditis mandata 144. Nihil est tam nocivum ecclesiae et infectivum, sicut tepiditas pr-orum cum simulatione pietatis 163 (expl.). Mollicies pr-orum (seu Maacha) est destructio disciplinae, veritatis et gratiae in hominibus christianis 163. Scriptura docet, quam nocivus et execrabilis sit habendus parvus amor vel tepiditas in pr-is 164. Exponitur verbis biblicis pr-os modernos membra Antichristi esse atque pessimos inimicos ecclesiae 165. Pr-orum perseverantia usque ad finem in malitia et caecitate inveterata: sunt prorsus incurabiles 165 (quibus ex causis). Isti ultimi hypocritae 166.

PROMISSIONES: pr. quaedam, ut qui servit tali vel alio sancto, non patietur confusionem publicam huius mundi, vel non patietur paupertatem vel talem aut talem morbum, vel non morietur sine sacramento, vel non morietur in mortali peccato, vel apparebit sibi talis sanctus ante diem mortis, ut Maria illi vel illi; et aliae multae fabulae et errores infiniti 197—8.

PROPHETAE, cf. PRAEDICATORES VERITATIS: pr-a in spiritu loquens 5; praecones dei et pr-ae occisi a Judaeis 194; evangelistae et pr-ae, quae a longinquo in spiritu viderunt et futura pronuntiaverunt 212—3; pr-ae de Antichristo 209 sq., v. ANTICHRISTUS; pr-ae et auctor 209, v. JANOV.

PSALMODIA, v. CANTUS: multiloquia in ps-iis et in orationibus cum intentione quadam corrupta et fabulosa adiuncta 190.

RELIGIONES, RELIGIOSI, v. MONACHI.

RELIQUIAE, cf. IMAGINES: avari sacerdotes multiplicant r-as et valde eas ornant et magnificant 203; r. multae deauratae et ob vanam gloriam vel avaritiam varie glorificatae sunt abominatio desolationis in s. loco collocata 214, cf. INVENTIONES.

RES: hoc notum est, conceptus vid. singulares vel communes de rebus formari solum ex et cum circumstanciis situs, loci et temporis et aliis huiusmodi, quae subsunt apprehensioni sensitivae vel quae possunt mediate vel inmediate sensibus comprehendi 200.

ROMANI imperatores, tyranni impii et persecutores ecclesiae sanctorum, non autem Antichristi 5. Gentiles caesares R. 6.

SACERDOTES, SACERDOCIUM.

I. *Dignitas sacerdocii et sacerdotum:* sacerdocium vel apostolatus 172, s., successores apostolorum 63; stella in caelis 25; probatur, quam abusive s. plebium dicantur presbyteri saeculares 63—64, cf. 153, et quod debeant dici maxime spirituales 64; homines spirituales et caelestes 152; dei altissimi s. 64; lumen et sal plebium (cf. Mt. V. 13—14) 43, eorum maiores et doctores 44; homines reprehendentes suos subditos de peccato 44; funguntur Jhesu legatione ad plebes et sunt primates post Jhesum, qui eos honore et suis bonis solum pro filiis comparatis abundanter investivit 195; et isti sunt, qui primi persequuntur dei electos *ib.*

II. *Sacerdotes fideles, communiter s-es plebani seu curati appellati:* alias dicuntur saeculares sacerdotes, sed iniuriose 63—64 et vulgo 44, 66; saeculares clerici 67; s. plebium 66, 157; ecclesiae ministri 168; sac. magni 47, cf. ECCLESIA, A; patres, i. e. sac., qui vulgo dicuntur curati, suos subditos

fideliter diligentes, sollicite eos nutrientes verbo et sacramento et gubernantes 15; ordinarii ecclesiae s. et capita 63; — quibus incumbit ex ordine hierarchiae ecclesiae illuminare et praedicare, modo ita deterrentur docere populos, ut nec ad illud aptent se nec studere cogitent, relisi a persecutione et contemptu 66; parochialis presbyter vel, ut vulgo dicitur, sac. saecularis seu in habitu saeculari persequitur 66.

III. *Sacerdotes carnales* (cf. ANTICHRISTUS, MONACHI, PRAELATI): chimerium nomen obtinuerunt „sacerdotes saeculares", scriptura eis inveterata 149; s. c., i. e. sine spiritu dei 238; idola s. c.: avaritia, venter et voluptas veneris, gula et luxuria sunt cultus eorum; gloria huius saeculi et honor vel reverentia et ambitio et fastus cum omni apparatu est cultus eorum 126; sunt dii antichristianorum *ib.;* s. c. exercitiis corporalibus nimium intenti extrinsecus, intendere veritati et spiritui intrinsecus digne et totaliter non valent 174; in terrenis et splendore corporali effusi, extincti spiritus J. Christi *ib.;* subiecti libidinibus huius mundi et superbiae et vanae gloriae huius vitae, dirigunt cupiditatem, fastum et vanam gloriam huius vitae, non vocati, ad cathedras per Christum, sed sua libidine dominandi se ingerentes, qui sunt amici huius vitae, spiritus carnalis vel animalis 209; — superbi et crudeles coronati 113, cf. MAGISTRI; subiectis sunt inflati et dominantes in clero, et quanto maiores, tanto animosiores et magis audaces secundum morem regum gentium 113; quid dicant de eorum vita saeculari („Sis monachus") 65; qualiter excusent sua peccata 44; de paene inevitabilibus peccatis sac. 51, et de eorum fornicatione 52; — sunt „prophetae insipientes" (Ezech. XIII. 3), qui ex voluntate sua, quia sunt praelati, imponunt praecepta, statuunt mandata et rigide faciunt in populo eorum executionem et ultionem atque computationem magis quam de praeceptis Jhesu crucifixi 119; sic incipit grave scrupulum et pondus in conscientia populorum, cum dicatur ex mandato dei suis superioribus prompte et sine murmure oboedire 120, cf. PRAELATI; — contemnunt theologiam (v. THEOLOGIA), properant ad honores, credentes, quod talia (inventiones) magis sint utilia, etiam ad ecclesias gubernandas et salvandas, quam sit verbum Jhesu crucifixi 129, cf. INVENTIONES; sunt plurimi idiotae et litteras nesciunt 129; — contemnunt et persecuntur Jhesum crucifixum vel consputum confitentes, et dicunt, quod sufficit talia semel in anno nominare et quod est verecundia et horror christianis talia de deo suo dicere vel audire, sed inventiones splendidas summe appreciant 125; specie religionis (= hypocrisis) cooperiunt avaritiam, vanam gloriam et voluptatem et ad ipsa dulciter alios inducunt 175; per hoc etiam inducunt oblivionem crucis d. n. J. Christi *ib.;* dona dei et sacramenta et omnem gratiam Christi Jhesu convertunt ad suos quaestus et ut per talia adipiscantur vitam commodosam et delectabilem suae carni 237; ex quo sequitur contemptus vel oblivio Jhesu crucifixi illusi pro peccatoribus vel parvificatio in mente 238; licet sint carnales et spiritum Jhesu non habentes, tamen ostendunt se et confitentur spirituales esse vel nolunt haberi carnales aut nominari 237; — s. c-um congregatio est „meretrix magna", quae merito potest vocari concubina fornicaria Antichristi 176, cf. 239; persequentes dei elec-

tos nuncupati sunt „genimina viperarum" (Luc. III. 7), „semen serpentis" (Apoc. XII. 9), et talium partus seu profectus seu multiplicatio est scissura et mors matris eorum, i. e. ecclesiae katholicae 195; crudeles 201—202, v. SANCTORUM CULTUS; sunt circa quodlibet illorum reprobi et inconstantes, neque calidi, neque frigidi, sed tepidi et per hoc gravis abominatio J. Christi 238; sunt circa ea, quae apud se sunt, corrupti, et inutiles, et circa ea bona, quae alii faciunt, invidi et detractores 238; modernus clericus ad invicem et adversum religiosos et religiosi ad alterutrum et adversus sacerdotes plebeios repleti sunt detractione, ut vix aliud ab eis de personis in conventibus et comensationibus quam detractio audiatur 106; — incorrigibiles 117; — talem populum efficiunt, quales sunt ipsi 154; (laici) maiorem vim ponunt hodie, si presbyter forte primam ante celebrationem missae non dicat, quam si mentiatur, aut quod alium versiculum in missa dicat, quam si eat ad tabernas 114. Sed tempus „supplementi" modo instat, ita ut qui heri fuerit magnificus et tremendus, hodie fiat nullius reputationis 115.

SACRAMENTA ecclesiae: s. dei 190, 215; divina 39, 109; divina et tremenda (opp.: inventiones) 214; veritas s-orum ecclesiae 18; nec sunt praecise corporalia neque praecise spiritualia, sed utrumque 39; dei s-a, ut est crebra peccatorum confessio et crebra Christi corporis et sanguinis sumptio 190.

SAECULUM 66, 152, cf. MUNDUS; — hoc s. novissimum 343, cf. TEMPUS; consumatio s-i iam fieri inchoavit 354; — nostrum brevissimum aevum 354.

SANCTI, v. ELECTI. Sancti moderni 205, v. PRAEDICATORES.

SANCTORUM CULTUS, cf. IMAGINES, RELIQUIAE: sancti in patria praesertim probati et canonisati ab ecclesia catholica meritorie et salubriter coluntur seu venerantur a Christi fidelibus cultu sibi debito, quem Graeci duliam consueverunt nuncupare. Sic namque dei ecclesia sancte ordinavit 188. Auctor non reprobat cultum s. in se, neque cultum s. ab hypocritis exercitum, sed quod hypocritae sanctos conviventes persequuntur, nihilominus cum hoc de cultu corporali s. in patria sibi ipsis blandientes et de ipsis gloriantes 188. Hypocritae sunt ea de re similes venatoribus, emptoribus subdolis, Romanis paganis 189. Causa potior, quare h-ae sanctos in caelis colant et cum hoc sanctos modernos persequantur, est caecitas et tenebrae eorum 189, (explicatur, qua de re et qualiter diabolus excaecet hypocritas) 189. Cf. DIABOLUS. De sanctis in caelis non sunt mandata dei constituta, neque sancti in caelis sunt nostri proximi amplius quoad statum praesentis vitae, in quo decem praecepta dei sunt exercenda, sed valde remoti, quia dudum mortui et translati et iam merendi extra statum 189. Ad extollendos sanctos proximos habemus exercicia magnarum virtutum et meritorum, sed ad venerandum sanctos in caelis et colendum nulla sunt exercicia dei praeceptorum 190, neque istae virtutes (gr. magnae) in laudando eosdem et colendo exercentur 190. Et ideo ad serviendum sanctis in caelis sunt infinitae superstitiones, doctrinae et adinventiones hominum in ecclesia multiplice ab hypocritis introductae 190. — Item exemplum virtutis potens, vivum et efficax, et emendatio vitae peccatorum est in sanctis nobis conviventibus, sed sancti in caelis sunt exemplum bonorum nimis remotum et altum ac

semotum ab oculis 191. Et ideo diabolus nititur inducere in contemptum vitam modernorum et inducit in venerationem sanctorum in caelis 191. Alias cultus sanctorum in caelis et veneratio est deo grata et salubris christianis 191. Diabolus inducit multos, ut in sanctis hominibus in caelis glorientur et spem suam indebite reponant aequiparando sanctos Jhesu Christo, in quo fit iniuria deo vero et domino Jhesu Christo 191. Neminem vult deus in sanctis patribus vel hominibus tali forma gloriari, sed in deo 191.

I. Superbi sacerdotes laudant sanctos gloriosos in caelesti patria, sed secum viventes odiunt et contemnunt 196; quibus de causis 196—198; qualiter ament sanctos glorificatos (quodam naturali amore); eorum conceptus de Christo et de deo 198—201. Qualiter forment sibi hypocritae idolum in mente alicuius sancti viri vel virginis 198/9: talis conceptus est humanus et favorabilis menti hominis ex praesentibus sensatis generatus, utpote ex visione pulchrarum virginum 199; talium solum amor carnalis ad sanctos *ib.* Sic formaverunt sibi deos gentiles et anthropomorphistae haeretici *ib.*; solum sensu carnali, non ex charitate Jhesu colunt sanctos glorificatos 199, et de sanctis modernis formant sibi imaginationes contemptibiles 199. Sed de Christo crucifixo non possunt formari conceptus placabiles carni in phantasia 199: qualem ergo Christum ament 200. Conceptus eorum de deo, v. DEUS. Concluditur, quod hominibus formari sibi imaginationes de deo vel Christo Jhesu non est commune neque ita propinquum et favorabile, quemadmodum componere sibi in mente idolum de imaginatione sanctorum 200. Homines carnales in speciali non possunt habere conceptum delectabilem de Christo et de deo 200; exhibet se eis terribilem et crudelem *ib.* Exemplum de speculo concavo 201.

II. Qua de causa hypocritae crudeles colant sanctos mortuos et sanctos conviventes persequantur 201—202.

III. Qua de causa hypocritae avari idem faciant 202—204. Cf. IMAGINES, MIRACULA, RELIQUIAE, SANCTUARIA.

IV. Qua de causa voluptuosi sacerdotes idem faciant 205/6; illa prava generatio: sanctos dudum sublatos extollens, sanctos sibi conviventes cruente persequitur 366.

SANCTUARIA: sacerdotes avari in illis, ut vulgo dicitur, s-iis et quorumdam sanctorum insignium et qui recenter venerunt, componunt modos lucrandi quaestum suum, quamvis per indirectum et sub colore cultus divini 203; vulgus vocat etiam inventiones hominum sacramenta vel sanctitates aut sanctuaria 215.

SAPIENTIA: 1. *Sapientia divina* 170, v. THEOLOGIA. S. et veritas, v. VERITAS. 2. *Sapientia humana et mundana:* prophetia et sapiens eloquentia 41, cf. ELOQUENTIA; s. huius mundi, quae est terrena, animalis, diabolica (Jac. III. 15), opp.: s., quae desursum est (Jac. III. 17) 69; eloquentia, s. oc. acceptabilis et gloriosa in hoc mundo 86; scientia huius mundi 93, v. MAGISTRI; vox alarum (Ap. IX. 9), i. e. s-ae humanae et doctrinae vel generositatis et divitiarum 155, lutum 85, cf. SCRIPTURA. — Vere stultam fecit Christus J. et nunc s-am huius mundi et prudentiam prudentium reprobavit in temporibus magni Antichristi eo, quod non

susceperunt charitatem veritatis, ut salvi fierent 41. Sathanas, prudens architectus, neque sapientiam et verba philosophiae volebat multiplicare Corinthiis, ne evacueretur crux Christi (I. Cor. I. 17—18) 124; apostolus timebat per praedicationem s-ae evacuari memoriam passionum Christi 175. — *Sapientes huius mundi.* Titulus, modus aut habitus divitum et s-um h. m. est character nominis bestiae 50; digni esse censentur non s. h. m. et hi, qui sensu suae carnis sunt inflati, sed simplices 87, cf. ELECTI. Sapiens secundum hoc saeculum (opp.: stultus et cum parvulis quasi modo genitus infans, rationabilis et sine dolo lac in Christo concupiscens, ut in eo crescat in salutem) 90; dives in rebus extrinsecis et in scientia saeculi — utrumque habet naturam inflare suos possessores et transferre christianum in corpus Antichristi 90; collectio antichristorum, licet multa se studuisse glorietur et multa scire, tamen nihil omnino scit (expl.) 100. Imperium et fastus prudentum et doctorum huius mundi pronunc currentis 137, cf. etiam MAGISTRI.

SATHAN, cf. ANTICHRISTUS et DIABOLUS. S., pater reproborum, qui primum rupit concordiam et unionem et dehinc etiam in honorem schisma suum (cf. 35) derivavit 73. S. fraudulentus 97, ille iniquus *ib.,* altissimus 98; „novus rex" 124, „prudens architectus" *ib.;* princeps et deus huius mundi et rector harum tenebrarum 197; daemon S. 198; adversarius eorum, qui dei sunt 227; spiritus immundus 228. — Omne et ultimum posse S-ae 6; ars S-ae *ib.;* altitudo S-ae 11, 39, 336 et passim; cogitatio S-ae 18; operatio S-ae 7—8 (in religione Judaeorum et christianorum), 10, 17, 18, 36 sq., 173 (mystica o. daemoniorum vel S-ae), 199, 218, 230; S-ae lucra 40, involucra et tenebrae 48, machinatio 82, ludificationes coloratae 175, astutia 229; omnis virtus S-ae prodigiorum et portentorum 8; prodigia concessa sunt operari S-ae et suis satrapis 367; secundum omnem possibilitatem S-ae 167; secundum totum posse S-ae et ipsius altitudinem 229; spiritus S-ae pessimus 106, pessimi spiritus S-ae 108. — S. caute et a longinquo oppressit filios Israhel et circumvenit 131; error praesens altitudinis S-ae factiosissimus 336; qualiter S. futurum sit, ut solvatur 147; donec S. iam ultimo sub pedibus nostris conteratur 352.

SCHISMA: mutuo sch-e fermentati 35 (cf. ANTICHRISTUS); de sch-e in religionibus, conventibus, monachis, presbyteris, laicis, curatis 35; omnia sunt sch-ibus, contentione et pessimis speciebus Sathanae adinpleta 35; praesens inoboediencia per totum in universa ecclesia, (discessio ab oboediencia domini apostolici, non potest fieri maior); omnia a se invicem divisa et dilapsa, 350; domus deserta, cf. ECCLESIA, E. Hodie dicunt Francigenae, Italici, Romani et Graeci: „Hic est Christus" etc. 25; quid dicant hodie in Oriente, Meridie et Occidente. Et ita civitas illa spiritualiter Babylon et Sodoma est in tres partes divisa 56; Romani, Francigenae, Graeci clamant contra se invicem 157.

SCRIPTURA SACRA (biblia), etiam littera 86, sermo divinus 163, 192, 336, 338; phrases: philosophi, catholica s. et doctores 117; verbum dei et s. 19; s-ae sacrae, censura et auctoritatis potestas pro salute ecclesiae ministrata 30; s. s. et doctores „radii solis" (Job XLI. 21), opp.: sapientia hominum seu „lutum" 85; s-ae canonicae 190; — divinitus inspirata 19, 87, 149; divina 153; verba dei terribilia et gravia 149; promissa dei gau-

diosa verba infinitae dulcedinis *ib.;* omnipotens sermo tuus, domine, exiliens de caelo a regalibus sedibus, venit, durus debellator in mediam ex terminiis terram prosilivit, gladius acutus in simulatum imperium 336; — s. scriptura figuris et verbis transsumptivis loquitur de mysteriis dei 87; s. exprimitur aenigmatibus 147; — s. s. multa de Antichristo et aliis iniquis proponens, facit de his, qui foris sunt, iudicium vel mentionem, se solum illos, qui intus sunt in ecclesia, quamvis non merito, sed numero, principaliter s. s. respicit et de ipsis cuncta verificari spiritualiter sunt expectanda 23; — facta est carnalibus christianis nimis communis et inveterata et levis, tamquam fuerit fabula vel canticum, quod dulciter sonat 19; carnales sacerdotes s. s. quasi fabulis utuntur 109; iam in hypocritis modernis ita suffocata est et sui quadam quotidiana usitatione et familiaritate vilefacta et inveterata 149; cf. THEOLOGIA.

SENTENTIAE, PROVERBIA etc., v. etiam JANOV 57—58, 82 sq. Quod per superhabundantiam sermonis dicitur, uni soli convenit 5. — In medio est quies vel in medio quaelibet res et virtus quietatur, extrema autem sunt labor et excessus. Inde venit vulgo in proverbium communiter ad dicendum: „Ego volo esse de medio", id est in quiete vel in pace 14. — Quid dicant peccatores de peccatis („non capris est plantata paradisus") 27. — Quid dicant laici ad suos reprehensores de peccatis 44 („communiter homines hoc faciunt" ɔc.). — Quid proclament populis simplicibus sacerdotes carnales et monachi de locis, imaginibus ɔc. 57/8. — Quid dicant monachi de suis patribus 60. — Quid dicant sacerdotes carnales de vita saeculari 65. — Quid dicant sacerdotes saeculares de monachis et monachi de sacerdotibus et alii de rusticis 67, et tertii de fugiendo ex Babylone 67/8. — „Corrige stultum et apponet, ut odiat te" et „Qui corripit stultum, sibi ipsi iniuriam facit" 160. Quod modo populus inventiones canonicorum et religiosorum admiratur 173. — Metrum vulgatum: „Dum canis os rodit, socium, quem diligit, odit" 204. — Illud vulgatum poeticum, quia copia facit egenum 360.

SEPULCRUM: avari sacerdotes erigunt s-a sanctorum in caelis 203.

SEPULTURA: insignis s. et officium splendidum pro mortuis est indumentum Antichristi 173; populi offerentes saltem devotionem s-ae 203.

SIGNA et portenta, v. IMAGINES, cf. II. Thess. 9: signa et prodigia mendacia 17; vae signis et portentis 17, v. INVENTIONES.

SOCIETATES militum, praedonum et latronum in Italia, Alemania et Bohemia: Guelfi et Ghibelini in Lombardia, rubra et alba rosa in Neapoli, s. nobilium et rusticorum in Alemania et „sybali" in Bohemia 61–62.

SOL: cum sol nostro emispherio appropinquat, quanto est ad nos propinquius, tanto sentitur nocivius et activius 334/5; a lumine praesentis iam solis vibrati et repercussi 335; sol iustitiae Jhesus 344, v. JHESUS.

SPIRITUS I. *Spiritus dei, sp. Jhesu, sp. sanctus:* dicitur aquila (Mt. XXIV. 28), opp. hypocrita 12; aquilae et docti a spiritu Jhesu 76; spiraculum virtutis Jhesu et sapientiae 45; est intellectus 54; sp-us Jhesu veritas atque charitas 217; — sp. J. septiformis, i. e. sp. universae et perfectae et sufficientissimae salutis et gratiae: quando venit, homines dignos se per Christum Jhesum adimplevit, omnia, quae sunt in hoc mundo visibilia et invisibilia, ad cooperationem salutis deum diligentibus adducens et con-

vertens, et omnem veritatem ipsos edocens, omni lumine illustravit et de claritate tamquam a domini spiritu transformando (II. Cor. III. 18) 230; sp. Jhesu omnipotens replet orbem terrarum universum (Sap. I. 7) 356; — non cura est sp-ui Jhesu et scriptoribus ipsius loqui vel scribere de gentilibus vel Sarracenis 178; — sp. J. et christiani 63, 131—132, cf. CHRISTIANI; sp. J. est magister ipsorum continuus et lex inobliquabilis 132; sp. Jhesu inhabitans (Rom. VIII. 11) 83, 136; homo suis viribus non praevalet ad cognoscendum suam ultimam voluntatem in agendis, nisi sit a spiritu Jhesu illustratus 158; divina voluntas innotescit tantum his, qui sunt participes spiritus Jhesu crucifixi *ib.*; doctus secundum Christi J. sp-um 12; docilis secundum spiritum J. Christi 14; docti, quos sp. sapientiae dei, quae est Christus J. crucifixus, inspirabit, eos omnem, quae est utilis, edocens veritatem (Joan. XVI. 13) 55; a sp-u J. inspiratus et in singulari intime edoctus 87; devotio et sp. J. 99; hi, qui sp-u J. aguntur 168; publice, secundum viam sp-us s. 190; — sp. J. et ecclesia 72—73, v. ECCLESIA; solus sp. dei scit et potest mandata talia adinvenire, quae sunt apta omni homini et omni loco et omni horae 139; quare possit et sciat hoc facere? *ib.*, cf. PRAECEPTA; — omnipotens spiritus J. in praedicatoribus 362, v. PRAEDICATORES; sp. J. unitivus in praedicatoribus operans 15; evangelista in sp-u dei existens 181. — *effectus sp-us J.:* unitas vitae Jhesu 15; colligatio in vinculo ferventis charitatis *ib.*; sp. J. adiuvat infirmitatem nostram 48; fluminibus sp-us s. ebrietas, crapula et avaritia ponunt obicem in christianis, qui solus revelat suis electis mysteria Antichristi 94—95; potestate sp-us J. derelinquere carnem, mundum cum suis pompis et carnem cum suis desideriis, et ambulare mentetenus in spiritu J. per fidem, spem et charitatem 104; omnes, qui sp-u J. habundabant et per hoc filii dei, fratres Christi et coheredes effecti 123; sp. J. solus ad terram rectam deducit 128. — homines in quibus *non* subest sp. J. crucifixi 167; qui non vigent sp-u J. crucifixi 103; sine sp-u Jesu christianorum multitudo 171; extincti sp-us J. Christi 174; sp-um J. non habentes 174; plebei, qui non habent sp-um Jhesu crucifixi 175; rotae non inunctae sp-us J. dilectione 156; per inventiones humanas desolantur animae hominum a sp-u Jhesu 214. — *sp. Eliae et Enoch,* i. e. sp. zeli et innocentiae, sp. fervoris et puritatis, sp. strennuitatis et devotionis 14; — *sp. hominis* solum cum spiritu Jhesu scit, quid sit in homine 138, et solum scit, et potest congruam et aptam legem ponere homini et confirmare. Alterius autem spiritus nullus 139.

II. *Spiritus maligni:* septem sp. m. nequiores 11 et passim; m. sp. cum laqueis infinitis 102, cf. SATHAN; operatio Sathanae per sp. m-os 11, cf. ANTICHRISTUS; mendacium et operatio spirituum 40.

SUPERBIA: singularis via Antichristi 45, v. ANTICHRISTUS. Superbi sacerdotes, v. SANCTORUM CULTUS 196—201.

TEMPLA, cf. IMAGINES: dedicationes t-orum 190; avari sacerdotes venerantur sanctos in caelis, quia inde habent multa t. et pulchra et inde habent multos dies festivos per circuli annum 204; t. magnifica et multipliciter decorata sunt indumentum Antichristi 173; auctor non confundit decorem domus domini neque detrahit splendoribus vasorum et reliquo

typico apparatui in t-is domini, sed detestatur abusum talium a sacerdotibus carnalibus 174.

TEMPUS, tempora, cf. ECCLESIA, E. et SAECULUM: t. saeculum novissimum 209, 343; secundum dispensationem t-um 354.

TEPIDITAS praelatorum, v. PRAELATI.

TESTES: prophetiae de Antichristo solis paucis dei t-bus revelata fuerunt 353, cf. PRAEDICATORES VERITATIS.

THEOLOGIA: hodie beata th. et sola, quae potest salvare animas fidelium, vel sola vicina saluti, a sacerdotibus patitur contemptum, nam ipsi eam fabulas consueverunt appellare et contentiose [iudicare], supereffertuntque sanctae scripturae suas leges et doctrinas hominum; atque plurimus populus clericorum, dimisso studio th-ae, ad honores assequendos convolat 129.

TRIBULATIO 47, cf. ANTICHRISTUS.

TURLPINUS, v. BEGHARDUS.

TYRANNUS: t. vel potestas saecularis, veluti praecessit a gentibus caesaribus Romanis 6.

UNIVERSITAS Parisiensis v. PARISIENSIS UNIVERSITAS.

USURA: diversae modo et subtiles u-ae laicorum 49, cf. ANTICHRISTUS.

VERBUM DEI: informatio verbi Jhesu crucifixi simplex 128; v. SCRIPTURA et PRAEDICATORES.

VERITAS est *Jhesus Christus* 6, 12, 20, 43, 45, 55, 56, 59, 68, 74, 78, 108, 110, 113, 114, 132, 158, 164, 170, 171, 181, 182, 184, 216, 229, 234, 235, 348, 355; — v. vitae et doctrinae J. Chr. et eius discipulorum et totius ecclesiae sanctorum 1; v. vitae Christi et doctrinae fuit diligere veritatem in corde, testificari in ore et facere in opere 2; quis sit contrarius v ti Jhesu 2—3; distinguuntur: peccator publicanus et simulator christianus 3; iniquus christianus et mali christiani votivi (sacerdotes et religiosi) 3; pagani, Judaei et christiani iniqui et infideles 3; male agentes et hypocritae, simplices et scientes malum 3; tempus plenum gratia et v-te 4; — *ad notionem:* v., quae palam et ad litteram deus dicitur 34; v., i. e. vera confessio 116; gratia et v. 4, virtus et gratia Jhesu Christi, v. dico sanctorum dei 346; iustitia et v. 4; lex et v. 360; sapientia et v. 23, 54; spiritus et v. 35, 39, 174, 175, sp. et v. scripturae apostolorum et prophetarum 209; virtus et v. Christi (dei) 4, 11, 13, 14, 26, 31, 39 (virtus vitae et sapientia Jhesu et veritas), 40, 68, 76, 97, 136, 193, 214 (v. et virtus fidei, spei et charitatis), 360; virtus dei et sapientia (I. Cor. I. 24) 7, 9, 21, 172, 229, 343, 344, 346; filii virtutis et sapientiae 21; Christus, i. e. dei virtus ex alto et dei sapientia 31; virtus et sapientia maturata et perfecta 346, thesaurisata 343; — veritas animi 34; v. charitatis 167, 214; charitas veritatis (opp.: superbia et contentio) 24, 41, 72; fraterna charitas, virtus Christi Jhesu et eius veritas 68; v. sanctitatis et religionis 16; — aeterna v. 54; evangelica v. fidelis et utilis secundum salutem J. Christi (est praedicatio crucis) 41; evangelii Christi v. 66; solida v. (opp.: fabulae) 190; v. Jhesu et sacramenti ipsius 216; — ambulare in timore dei et veritate 31, invitari v-tem 193; intendere v-ti et

spiritui intrinsece 174; zelanter praedicare v-tem et esse continuus in annuntiando populo christiano peccata eorum 66; audacter praedicare v-tem et nuntiare populo christiano peccata et domui Christi scelera eorum 107; pati tribulationes multas professores v-tis, illud est strata regia 357; pro Christi J. veritate et iustitia occubuere 357; — esse sub specie pietatis *sine* v-te inexistente 102; religio et apparentia sanctitatis sine v-te *ib.;* species et similitudo charitatis, sapientiae et cuiuslibet virtutis sine subsistentia Jhesu crucifixi veritatis 105.

VESTITUS sacerdotum superbus 47.

VIDUAE sanctae: sacerdotes avari odiunt v-as, virgines, heremitas, qua de causa 204.

VIRGINES, v. VIDUAE.

VIRTUS, v. VERITAS; exemplum v-tis potens, vivum et efficax est in sanctis nobis conviventibus 191; v. maturata 346, v. VERITAS. — *Virtutes,* cf. PRAECEPTA: ad extollendos sanctos proximos habemus exercicia magnarum v-tum diversarum et omnium meritorum, ut est iustitia et iudicium et opera misericordiae, ut pietatem, mansuetudinem et multa similia 189, cf. infra 190: v-tes, puta misericordia et iudicium, humilitas, castitas, pacientia, benignitas et similia 190; v-tes gratae et perfectae Christi Jhesu 190.

VITA appellatur via („hic in via") 32.

